² Edita in FN I 54-145. P. Láñez tunc temporis Bononiae laboribus Concilii distinebatur.

³ *Summarium* hispanicum editum est in FN I 146-256; italicum ibid. 256-298. De labore Polanci in biographia ignatiana vide FN II 23*-28*.

⁴ FN I 323-330 342-343 354-363. Natalis scripta de S. Ignatio illustravimus in FN II 2*-15*.

⁵ Opusculum Widmanstadii edidimus in FN I 780-805.

ansam explicandi plura in eo scripto, quod Romae parari et propediem typis domesticis excudendum esse de tota eiusdem patris felicitis historia, perlubenter audivimus. Valde rogo, ut excusa quaedam eius libri exemplaria quamprimum ad me Ratisbonam, vel ad nostros Ingolstadium transmittantur »⁶. In sua responsione ad Canisium, innuebat Láinez rem non adeo celeriter esse exspectandam: « La obra del D. Lucrecio non l'habiamo anchora vista, perchè ieri ricevemmo il plico. Del stampare la vita di Nostro Padre, non si farà così presto »⁷.

Non defuerunt interea narrationes quae *Vitae* defectum supplerent. In manibus omnium erat Lainii epistola, quae « è comune a tutti »⁸. *Acta* ipsa Ignatii, a P. Câmara exarata, satis vulgata fuisse videntur, praecipue ex quo annis, ut videtur, 1559-1561 P. Hannibal du Coudret ea in latinam linguam convertit⁹. Anno 1557 P. Nadal conscripsit suam *Apologiam ad Doctores parisienses*¹⁰.

Sed hoc et alia huiusmodi scripta verae Ignatii *Vitae* dici nequeunt. In Lusitania consilium *Vitam* Ignatii conscribendi concepit iuvenis humanista valentinus, Ioannes Petrus Perpinyà:

« El P. Perpinyán, que aora lee la primera classe, de cuya suficiencia tiene mucha noticia Luis González, me ha dicho que se le avia ofrecido pensamiento de escribir la historia del p. Ignacio, y della passar también a hazer la historia de la India. Si a V. P. le parece que él lo haga, mándeme avisar y embiar la instrucción que para ello sea conveniente, y creo sería bien, juntamente con ella, proseguir todo el discurso que la Compañía ha tenido hasta ahora, y después el publicarlo será quando nuestro Señor fuera servido y ordenaren por su tiempo los que tuvieren el cargo ».¹¹

⁶ BRAUNSBERGER, *B. Petri Canisii epistulae et acta*, II 30-31; FN I 780. Probabiliter tum Canisius in hac epistula tum Láinez in sua responsione, de qua in annot. sequenti, agere intendebant de *Actis* ignatianis a p. Câmara exaratis. Cf. TACCHI VENTURI, *Della prima edizione*, p. 31; LETURIA, *Nuevos datos*, 1856.

⁷ LETURIA, *Nuevos datos*, 1856, qui affert codicem *Germania-Gallia 1556-1559*, f. 157v. Hic codex restauratus fuit a. 1924 et signum habet nunc: *Epp. NN. 51*. In eo deest integer quaternio complectens, inter alia, folium 157. Opus Domini Lucretii de quo in epistula agitur, est opusculum Ioannis Alberti Widmanstadii, qui nomine Lucretii usus est.

⁸ Nadal ad Borgiam. EN III 423 n° 2.

⁹ De latina versione v. FN I 334-335.

¹⁰ FN II 38-113.

¹¹ Litterae Michaëlis de Torres ad Lainium, datae die 29 nov. 1558: *Lain. Mon.* IV 5. De Perpinyani intentione conscribendi S. Ignatii vitam v. SACCHINI, *Historia*, II n° 163; AA.SS. n° 965.

Anno 1561 Nadal secum Romam adduxit auctorem similis consilii. Sed p. Perpinyà anno 1566 mortem obiit Parisiis ¹², quin in re illa quidquam confecerit, quod sciamus.

Ex variis provinciis res urgebatur. Anno 1559, Siciliae provincialis Hieronymus Doménech, ad patrem generalem scribebat :

« Desearía mucho que V. Paternidad mandase hacer de propósito alguna buena información del principio y origen de la Compañía y de la vida de nuestro padre de buena memoria M. Ignacio, entre tanto que las especies son frescas y hay algunos que de vista pueden testificar. El p. Nadal tiene notadas algunas cosas. Conferiendo con el p. Polanco y después con V. P., pienso que se podría hacer una información, que será después de mucha consolación para los presentes y porvenir. Húmilmente se lo suplicamos por charidad se entienda en ello y se ponga en efecto » ¹³ ...

Responsio patris Láñez, generalis, per Polancum (14 ian. 1560), aditum aperiebat ad spem : « De la historia de la Compañía si tiene memoria, et si farà a suo tempo qualche cosa » ¹⁴.

Anno 1560 nova petitio veniebat ex Germania, eo vel magis quod ibi opus erat impugnationibus haeticorum resistere. P. Victoria, rector collegii viennensis, haec scribebat : « Desideratissima saria la vita di nostro padre piae memoriae M. Ignatio, et maggiormente havendosi publicato qua imperfectamente secondo quello stampato che mandai a V. R. » ¹⁵.

Huiusmodi preces exaudiri non potuerunt. Non multo post, a. 1562, Chemnitius in novum ordinem invexit. Ut eius oppugnationibus contra iret, P. Láñez, tunc in Concilio Tridentino distentus, theologum lusitanum Iacobum Paiva de Andrade rogavit ut Societatem defenderet; quod ille fecit duobus post annis, edito libro *Orthodoxarum explicationum libri decem* ¹⁶.

Dialogi quoque a P. Hieronymo Nadal conscripti (1562-1565) protestantibus opponebantur ¹⁷.

Etiam ex Hispania postulata venerunt. Die 2 octobris 1564 p. Solier, ex urbe Segovia proponebat ad generalem, inter alia :

¹² *Hist. Soc.* 42, f. 91.

¹³ *Ital.* 114, f. 33.

¹⁴ *Ital.* 116, f. 162v.

¹⁵ *Lain. Mon.* V 312. Significat germanicam versionem opusculi Ioannis Alberti Widmanstadii, de qua supra, annot. 5.

¹⁶ De huius operis historia v. introductionem in FN II 281-286; eam partem ubi de Societatis origine agitur v. ibid. pp. 286-303.

¹⁷ Vide introductionem et textus partem ubi sermo fit de Ignatii vita et de Societatis initiis in FN II 219-280. Integrum *Dialogorum* textum habes in EN V 524-774.

« Si será bien que se escriba en buen stilo la vida de nuestro padre Ignatio, de santa memoria »¹⁸.

Nescimus quatenus fuerit responsio Lainii, qui non multo post, 19 ianuarii 1565, supremum diem obiit quin propositum de obtinenda Ignatii *Vita* ad optatum exitum perductum viderit.

S. Franciscus Borgia, eius successor, saltem inde ab anno 1566, hoc negotium promovit, illud commendans patri Ribadeneyra. Designationem a generali susceptam Ribadeneyra ipse commemorat in prologo: « Sed in hoc onere ferendo... multa me sane consolantur. Primum quod illud ego, non mea sponte suscepi, sed illius voluntate adductus, cuius apud me auctoritas est, sicut debet esse, gravissima. Nam R. P. Franciscus Borgia, Societatis nostrae praepositus generalis, hoc mihi onus imposuit ».

Ut Ribadeneyram in suo labore adiuveret, curavit Borgia ut Romam mitterentur quaecumque scripta vel testimonia inveniri possent. Itaque, die 8 ianuarii 1567 ad P. Nadal scribebat:

« Perchè di qua andiamo mettendo in ordine le cose appartenenti alla vita di nostro P. Ignatio, di santa memoria, haverò charo che V. R. mandi con la prima comodità le cose che tiene di esso, delli scritti suoi, et cose notate per V. R. o per altri, in fuora di quello che scrissero li padri Luis Gonçalez et Ribadeneyra; et specialmente li scritti di cose di divotione et sentimenti spirituali di mano di N. P. Oltre questo, se tiene alcune cose appartenenti al principio della Compagnia, medesimamente ci lo mandi per il supradicto effetto della historia ».¹⁹

Die 15 iulii similis ordinatio mittebatur ad provinciales: « Comune para los provinciales. Perchè adesso si fa con diligentia la historia di N. P. Ignatio, di s. me., V. R. procuri di levar delle mani di chi tenessi alcuna cosa di questa materia, et la potrà mandar con qualche comodità a Roma; perchè se cè qualche cosa bona et vera si pigliarà, et poi quello che si publicarà sarà cosa certa et uniforme in ogni banda »²⁰.

Similiter apud eundem patrem Nadal res urgebatur:

« 5. Il P. Ribadeneira ha scritto con buona diligentia le cose della vita di N. P. Ignatio, di santa memoria. Et acciochè si levi la varietà, et forsi alcune cose manco bene essaminate, mi pare si levino di mano tutti li

¹⁸ *Hisp. 102*, f. 10v.

¹⁹ EN III 365.

²⁰ *Epp. NN. 116*, n° 74; Cf. BRAUNSBERGER, V 510 (3); *Hist. Soc. 48*, f. 154: « A dì 15 luglio si mandò un capitolo sopra la vita del p. Ignatio s. me. perchè chi avesse alcuna cosa della vita sua [sic]. Spagna, Francia, Aquitania, Fiandra, Rheno, Superiore Germania, Austria, Lombardia, Toscana, Napoli, Sicilia, P. Natale ».

trattati di cose simili in tutte le provincie. Et però V. R. habbia cura che questo si faccia in quelle per dove andarà. Non occorre altro in questo, se non raccomandarei molto nelle orationi et sacrificii di V. R. et desideriamo hormai intendere qualche buon effetto che abbia fatto l'acqua di Liege. Di Roma, li 15 di Luglio 1567 ». ²¹

Litterae quae praecedunt duplicem indicant rationem cur praepositus generalis scripta de sancto Ignatio colligi iusserit Romamque mitti; ex una parte intentio erat iuvare Ribadeneyram in suo labore conficiendo, ex alia vero *Vitae* ignatianae ab eo conscribendae magnam auctoritatem conferre.

Respondens Nadal ex Germania die 20 februarii 1567 literis die 8 ianuario a generali missis ²², paratum se ostendebat ad oboediendum, ita tamen ut exemplar documentorum Romam mittendorum penes se retineret. Ex hac responsione scimus Natalem possidere tunc temporis exemplaria *Actorum*, *Memorialis*, collectaneorum *De Actis* auctore Ribadeneyra, necnon *Ephemeridis* spiritualis p.^{is} Ignatii. En eius verba :

« Tutto quello che haverò io della vita del P. Mro. Ignatio, etc., che mi dimanda la P. V., mandarò con la gratia de Christo, quanto più presto possino esser copiate dal p. Ximénez, benchè credo sarà molto poco, levate due cose del p. Luygi González, l'una dalla vocatione del padre insino a che venne in Roma, l'altra d'alchune osservazioni particolari che lui notò in Roma, essendo ministro, che so esser in Roma, et quello del p. Ribadeneyra. Quello etiam delle devotioni et sentimenti del p. Mro. Ignatio nell'oratione, di mano sua, non l'ho havutto io; l'haveva n. P. Mro. Laynez, et penso lo lasciasi al p. Salmerón; io tamen ho la copia, et in omnem eventum, se quello non si trovase là, la mandarò quanto più presto puotrò » ²³ ...

Ubi vero scivit Nadal omnia scripta de S. Ignatio colligenda esse, aliquam expertus est difficultatem. En tibi quid Leodio scripserit die 14 augusti 1567 :

« Quanto a levare le scritte che sono in mano de nostri, delle cose del P. M. Ignatio, questi padri m'hanno pregato summamente che non si levino, insin a tanto che venghi la scrittura del p. Ribadeneyra; et che all'ora subito levarano ogni cosa. Et mi è parso non sforzarli, specialmente perchè la P. V. solo mi dice che questo faci io nelle provincie che ho da visitare ». ²⁴

Alii e contra statim parati erant ad scripta ignatiana colligenda. Die 16 augusti scribebat p. Salmerón ad generalem :

²¹ EN III 505.

²² Vide supra, p. 7, annot. 19.

²³ EN III 377.

²⁴ Ibid. 518.

« Vederò se in questa provintia [di Napoli] ce è cosa della vita de nostro p. Ignatio, bonae memoriae, et la manderò a V. P. ».²⁵

Canisius respondebat die 4 octobris:

« De historia B. P. N. Ignatii nihil reperio in provincia nostra, nisi scriptum italicum, cuius author fuit p. Polancus, quod non puto Romae desiderari ».²⁶

Ribadeneyra ex sua parte ordinationem patris generalis promovebat. Die 29 iunii 1567 ad Nadal scribebat:

« Scrivo esto a V. R., ... Lo 4º, para que V. R. procure de executar lo que ya N. P. ha mandado, y, a lo que creo, scripto a los provinciales, etc., y es que recojan buenamente lo que scriviò el p. Luis González, o qualquiera otro scripto de la vida de N. P., y lo tengan ellos y no permitan que se lea, ni ande por las manos de los nuestros ni de otros; pues, siendo cosa imperfecta, no conviene que estorve o disminuya la fee de lo que más cumplidamente se escribe. Y en esto se ha de usar la diligencia y prudentia que V. R. entiende que es menester, para que no se haga ruýdo ».²⁷

Litteris ad Dionysium Vázquez die 13 iulii rem inculcabat:

« No querría que se uviesse olvidado V. R. con su indisposición de acordar a nuestro padre que se dé orden a los provinciales de recoger las vidas de nuestro p. Ignatio, que andan entre las manos de los nuestros ».²⁸

Die autem 24 octobris scribendo ad Natalem, totam rem hoc modo explicabat:

« El recoger los scriptos del p. Luys Gonçales sobre la vida de N. P. no nasció de mí, sino de estos padres que lo acordaron a N. P., y a Su Paternidad le paresció bien, porque publicándose lo que se scrive, no paresciase que ay diversidad o contradición, o esto no tuviesse tanta auctoridad como lo que se scriviò casi por boca de N. P.; el qual, aunque en la substancia fue fidelísimo, en los particulares de algunas cosas es corto, y en la relación de los tiempos ya a la postre de su vejez le faltava la memoria. Tras esto V. R. haga lo que le paresçiere, que como no estoy en Roma, no lo é tractado con N. P., y no é osado de Junio acá bolver a ella, aunque me han dado hartos assaltos, porque no me entretengan y estorven. Es bien verdad que, por hallarme flaco de cabeça, é dexado de screvir días ha. Mi paresçer sería que es más seguro lo que N. P. ha ordenado, por los respectos que é dicho, y V. R. puede tomar lo que hallare, y quando estuviere acá y viere estotro se ordenará lo que mejor paresçiere ».²⁹

²⁵ *Epp. Salmeron.*, II 173.

²⁶ BRAUNSBERGER, VI 85. Clare ibi significatur *Summarium italicum*.

²⁷ EN III 490.

²⁸ *Ribadeneira*, I 616.

²⁹ EN III 540.

His munitus documentis, Ribadeneyra Tusculum se contulit ut labori scribendi incumberet. Interim munus superintendentis Collegii Romani retinebat. De suis laboribus informabat patrem Nadal, litteris die 29 iunii 1567 :

« Agora estoy en Frascada para entender en lo que V. R. tanto desea, que es en escribir la vida de nuestro bendito p. Ignatio. Háme lo mandado N. P.; yo lo he aceptado muy de buena gana. Tengo gusto y inclinación a ello, aunque, por mi flaqueza de cabeça, me cuesta trabajo. Confío en N. S. que se á de servir dello, si me da salud y tiempo para ello; porque temo que, passados estos dos meses, avré de bolver a estar en Roma por la necesidad que los collegios tienen, aunque, a mi pobre juicio, todo se avía de posponer a esto. Scrivo en latín mediano, sin affectación ni barbaria. Pienso escribir 4 libros. El 1º, desde el principio de su conversión hasta que vino á París. El 2º, hasta que fue hecho general en Roma. El 3º, hasta la muerte, con el progreso y dilatación de la Compañía. El 4º, de las virtudes particulares del padre. El 1º he casi acabado, digo el primer borrador, distincto en 16 capítulos. El 2º pienso que podré acabar este verano, si tengo salud. Lo demás quedará para otro año, o para quando N. P. general me diere tiempo; que estando en el collegio, con tan grande carga y poca salud, no es possible escribir nada, y aun lo que se haze aquí ha de ser a manera de pasatiempo, si ha de durar.

Scrivo esto a V. R., primero por su consolación; 2º, porque me ayude con sus oraciones, y de los collegios por donde passare. Y sepa que las 12 missas que V. R. ha ofrecido al scriptor desta obra me han animado mucho, y me animará más saber que los otros padres hazen lo mismo »⁸⁰.

Ex his litteris eruimus: 1º Ribadeneyram initio de sola vita Ignatii scribenda cogitasse, quattuor libris comprehensa. 2º Dum opus conscriberet, cogitavit, simul cum narratione vitæ, dare conspectum historiae Societatis usque ad obitum Ignatii, quod his verbis explicat in suo prologo: « quæ quidem, quoniam illo [Ignatio] vel duce gesta, vel defensore propulsata, vel moderatore constituta sunt, implicata mihi cum eius vita connexaque ita videbantur, ut seiungi commode secernique non possent ». Inde factum est ut liber tertius, qui usque ad mortem Ignatii protrahi debebat, in duos divisus sit. 3º Anno 1567 mense iunio primus liber sexdecim capitibus constans, absolutus erat. Aliquibus post diebus, 13 iulii, litteris supra allatis ad amicum Dionysium Vázquez, ei ponderabat commoditatem secessus tusculani, ad quem participandum eum invitabat: « porque aquí hallará cámara en que encerrarse, y bosques en que esconderse, y desiertos en que huyr, y todo el aparejo que quisiere para çenar y hartar essa hermanita; y si todo esto no bastare, no le faltará

⁸⁰ Ibid. 489-490.

quien le ayude a llorar los Threnos de Jeremía; de manera que para todo lo que quisiere, hallará aquí buena commodidad »²¹.

In autunno 1567 Ribadeneyra versabatur adhuc Tusculi, ubi responsionem Natalis accepit litteris ad eum missis die 29 iunii. Natalis responsionem non invenimus, sed talis erat quae animos Ribadeneyrae adicere poterat, litterae enim scriptae erant « con tanto fuego que, aunque yo estuviera frío en lo que tengo entre manos, bastara para escalentarme y animarme ». Haec rescribebat Ribadeneyra die 24 octobris, addens notitiam de statu laborum suorum his verbis :

« Mas yo lo estoy tanto, por gracia del Señor, que aviendo acabado los dos primeros libros de la Vida de nuestro bendito padre, e pedido a N. P. general que me dexé estar este invierno aquí en Frascada para seguir los demás, no teniendo cuenta con el frío y la incomodidad del lugar etc., y pagar a mi padre con él parte de lo que le devo. Y Su Paternidad me lo ha concedido. Y así pienso con la gracia del Señor este noviembre proseguir la scriptura. Pero, porque me hallo cansado del trabajo pasado, yré poco a poco; y aunque quiera, no puedo correr, porque me faltan muchas scripturas que es menester, y el p. Polanco está ocupado en buscar las que tiene en Roma, y en solicitar las que me faltan de fuera. Yo prometo a V. R. que yo no duerma, y que haga conforme a mis pocas fuerças lo que pudiere. Y espero en N. S. que quando V. R. bolviere, que hallará la obra en buenos términos, digo el primer borrón, para que con los suyos la pueda emendar y dar aquella bivez de espíritu de N. P., etc. El primer libro tiene 16 capítulos; y el 2º, 18; y acaba en la confirmación de la Compañía; el 3º será largo, y me costará mucho trabajo, porque avrá de coger de muchas scripturas y cartas, y éstas no se acaban de juntar; y el 4º aunque no sea muy largo, será costoso, porque desseo exprimir en él a N. P., y que aya mucho grano y poca paja. Digo a V. R. mis deseos, para que los encomiende al Señor, que en Él confío, y en las missas y oraciones que V. R. haze y hará hazer por esta obra. El estylo á mí me parece mediano, a otros más que mediano. Para estos tiempos no lo tengo por malo, si fuese verdad; especialmente que es claro y natural y no affetado, si la philautia no me engaña »²².

Relata a Ribadeneyra confirmavit Borgia, scribens die 9 octobris ad eundem Nadal :

« Estamparse an las Constituciones corregidas presto y el libro que el p. Ribadeneyra va perfeccionando de la vida de nuestro padre Ignacio, de buena memoria. De quatro libros que ha de llebar, tiene los dos hechos. Creo que será cosa de edificación y fruto »²³.

²¹ *Ribadeneyra*, I 615-616.

²² EN III 539-540.

²³ *Epp. NN.* 57, f. 434.

Prout Ribadeneyra Natali nuntiavit, perrexit ille suum opus conscribere Tusculi per totam hiemem et ver sequens. A die 24 octobris 1567 ad 16 iunii 1568 nullam eius epistolam servamus. Ultima Tusculi redacta quam habemus data est die 25 iulii 1568 ³⁴.

Mense octobri illius anni p. Ribadeneyra opus suum ad felicem exitum vergere asserebat, scribens ad fratrem suum, Alfonso de Villalobos:

« Heme ocupado estos meses pasados en escribir, por orden de nuestro padre general, una historia de la vida de nuestro padre Ignacio, fundador de nuestra religión, la cual tengo ya casi al cabo. Al presente estoy en Roma » ³⁵.

Temporis intervallo quod fluxit usquem ad iter in Lombardiam, die 2 maii 1569, operi suo ultimam manum apposuit. Prædie quam discederet, 1 maii, subscripsit prologum *Charissimis in Christo Iesu Fratribus* directum.

Cur lingua latina usus fuerit, declarat auctor in prologo primæ editioni hispanæ præmisso:

« Escrivíle en aquella lengua, que es común, porque le dirigí a toda nuestra Compañía, que está estendida y derramada casi por todas las naciones del mundo. Agora le he traducido y añadido en nuestra lengua castellana, para que nuestros hermanos legos de España, y otras personas devotas y desseosas de saber los principios de nuestra religión, que no saben la lengua latina, puedan gozar y aprovecharse dél en la suya ».

Vita ignatiana subiecta fuit examini quorundam patrum, prout Ribadeneyra asseruit a. 1595 in processu matritensi:

« Antes que se imprimiese, fue vista y examinada por orden del p. Francisco, general, por personas de la Compañía muy graves, y algunas dellas que havían tratado muy íntimamente con el dicho p. Ignacio » ³⁶.

Confirmatur testimonio patris Lancicii:

« Vitam p.^{is} Ribad. examinarunt et probarunt omnia: pp. Salmerón, Ecbadilla, Simon, Polancus, Natalis, Strada, Araoz, Ludovicus González, Torres, Christophorus Madridius et alii multi qui cum Ignatio familiarissime vixerunt, ut p. Oliverius Manareus, p. Palmius. P. Ribadeneyra Societatem est ingressus anno 1540, 18 sept., anno ætatis 14 inexpleto; egit cum p. Ignatio per 8 fere annos; in illius cubiculo dormiebat in eoque

³⁴ *Ribadeneira*, I 619.

³⁵ *Ibid.* 621.

³⁶ *Scripta*, II 153.

illi inseruiebat, in Missae sacrificio celebrando iuuebat, et in scribendo; ipsum comitabatur domo exeuntem, iter etiam cum eo peregit; tractavit cum eo, cum esset vir, multa graua negocia, et tractantem, cum esset inuenia, vidit »³⁷.

Nescimus an censores correctiones aliquas auctori imposuerint. Certe non huic difficultati tribuendum est quod quattuor anni elapsi fuerint antequam opus in lucem ederetur. Difficile fuit obtinere approbationem ex parte auctoritatis tum ecclesiasticae, tum civilis, quae hac in re quibusdam in urbibus severam se exhibebat. Quaerendae etiam erant pecuniae ad sumptus solvendos, quae ab omnibus provincialibus exquisitae sunt, prout nos docent litterae datae die 10 maii 1571.

« La vida de nuestro p. Ignacio se ha escripto en latín, tomando esse trabajo el p.^o Ribadeneyra, como abrá V. R. entendido por ventura antes de aora; tráttase de imprimirlo, y porque ha de servir para la Compañía en todas partes, la costa que se abrá de hazer en la impresión también abrá de ser común. V. R. escriua al procurador que de essa provincia viniere, dándole comission de contribuir por su rata, según aquí se acordaren todos los procuradores; que todo el gasto será poco »³⁸.

Difficile est, deficientibus litteris pro hac periodo usque ad a. 1571, omnes gressus percurrere quibus peruentum tandem est ad operis impressionem. In absentia ab urbe Roma praepositi generalis Borgiae, qui in Hispaniam se contulerat, vicarius generalis remansit Hieronymus Nadal. Litterae die 6 octobris 1571 ad Dionysium Vázquez Neapolim missae, de eius actis nos certiores reddunt. Scimus initio cogitatum esse de opere imprimendo Florentiae, sed frustra. Exclusis aliis urbibus, remanebant Venetiae et Neapolis. Cum ex parte Venetiarum complures timebantur difficultates, Neapolis electa est, ideoque pater Vázquez rogatus ut, vel per se vel per alium, negotium hoc promoveret:

« Il libro del p. Pietro — scribit Nadal —, non si può stampare in nessuna maniera a Fiorenza, come si havea designato; resta che si stampi o in Venetia o in Napoli, se in Italia si ha da stampare. In Venetia ancora mi dicono ch'è molto difficile, et specialmente per l'approbatione etc. et correctione. Il p. maestro Pietro et io habbiamo pensato che in Napoli si potrebbe far l'effetto, et, non havendo da andar là esso per questo ef-

³⁷ FN III 685.

³⁸ *Epp. NN. 115*, n° 99; cf. *Hist. Soc. 48*, f. 157v: « A dì X di maggio 71 si mandò una comune sopra il lasciare il collegio di Teramo et sopra il contribuire per stampar la vita del p. Ignatio: Spagna, Portogallo, Superiore Germania, Austria, Rheno, Fiandra, Sicilia, Napoli, Lombardia, Francia, Aquitania ».

fetto, ambidoi vorremmo pregare V. R. che pigliasse questo assunto, perchè sempre haveria alcuno di casa che potesse attendere all'emendatione della stampa, almanco all'ultima mano. V. R. mi scriva, di gratia, per il primo il suo parere et animo »³⁹.

P. Vázquez munus sibi demandatum libenter suscepit. En quae scripserit ad vicarium generalem, die 13 octobris 1572:

« Quanto alla stampa del libro della vita di nostro P. bonae memoriae io desidero che si faccia, et che si faccia qui, per havere questo merito di più con tal memoria; oltre che mi move molto dirmi V. R. che me lo prega, della quale parola mi vergognaria se non sapessi che questo è stilo di sua humilità et suavità etc. Io, padre mio, ho fatto hieri et hoggi grande diligentia sopra questo, et trovo: 1° que le migliori stampe che sono a Napoli sono queste delle conclusioni che mando alla R. V., le quali questa dominica si sustentaranno in nostro collegio per Bonacorso etc. Trovo lo 2° ancora che per darci licentia il consiglio regio di stampare queste conclusioni, fu bisogno darli a esaminare a un frate Zoccolante, perchè due licentie si ricercano, una del arcivescovo et altra del consiglio reggio. Lo 3° trovo che saria possibile et mi dano alcuna speranza che, portandosi qua il libro e mostrandolo a questi signori et pregandoli che ci lo rimettano a noi istessi, lo faranno, ma questo non è cosa certa; ben però dicono che, se non si porta il libro nella mano, non accade andar a parlarli di dare licentia. Trovo lo 4° che in Eboli, che è una cittadela giornata e mezza di Napoli, sono bone stampe, migliori di queste di Napoli, ma che bisogna havere le due licenze di Napoli, et mandare là un correttore che si trovi tutto il tempo della stampa a Eboli. 5° trovo che la spesa è maggiore che in Roma, perchè la carta si porta di lontano et con gabelle eccessive. Se con questo V. R. vorrà mandare il libro, io farò tutto lo sforzo mio perchè la cosa riesca bene et degna della opera et del authore »⁴⁰.

In hac epistola exprimebat Vázquez commoda et incommoda quae Neapoli pro impressione sese offerebant. Ut videtur, commoda praevaluerunt, nam p. Nadal die 27 octobris, statim post acceptas litteras Vazquezii, ei mittebat originalem textum *Vitae*.

Die 9 novembris opus a censoribus extra Societatem examinabatur: « El libro del p. Ribadeneyra lo vede adesso il licentiatto Berrocal, grande nostro amico, per ordine delli S.^{ri} Regenti del re, poi lo vedrà l'altro per l'arcivescovo »⁴¹. Die 16 novembris addebat:

« Il termino in che si trova il libro del p. Pietro de Ribad.ra, esso lo dirà a V. R., et conoscerà che volentieri mi sono adoperato etc. »⁴².

³⁹ *Ital. 68, f. 288v.*

⁴⁰ *Ital. 148, f. 118v.*

⁴¹ *Ibid. f. 205.*

⁴² *Ibid. f. 246.*

Commercium epistolare inter Dionysium Vázquez et Urbem frequens fuit. Usque ad finem anni 1571 tres alias eius epistulas de hac re habemus. Die 30 novembris scribebat:

« De la stampa del libro, con el p. Pietro me entiendo, por no dar ocupación a V. R. Harta nos dará acá y allá, según comienza. Mas, como salga bien, lo daremos por bien empleado. Y ya me mortificaría si no se hiciese aquí »⁴³.

Typographus electus fuit Iosephus Cacchio, qui laborem inceptum mense novembri 1571 perfecit mense martio sequentis anni. Simul typis mandavit epistolam de martyrio Beati Ignatii de Acevedo et sociorum eius. Die 29 martii p. Vázquez haec ad vicarium scribebat:

« Con el divino favor son ya acabados de estampar los libros de *Vita* patris nostri y también la epístola de patribus et fratribus ab Ugonottis occisis etc. Embío a V. R. un libro de la *Vida* encuadernado y 50 ejemplares de la epístola. También embío a algunos de esos padres el libro, por ser fruta nueva y de Nápoles. El cuidado que V. R. pide de que no se dé el libro a forastero, se guarda y guardará con exacción, quanto fuere en my mano. Yo creo que el estampador no queda con ninguno; que 25 que avía escondido, ya me los ha dado. Grande diligencia he hecho para que no quede rastro por allá; no sé si bastará.

Aquí tengo 500 libros, con mi llave guardados. V. R. podrá dellos o nuestro padre disponer a su contento. De unos pocos que yo hice añadir para esta provincia, doy algunos a estos padres.

Los 500 vienen a costar 75 ducados de aquí, que sale cada libro en carlín y medio, hoc est menos de julio y medio, con aver hecho muchos gastos perdidos en restampar y en dar al estampador regalos etc.

La epístola estampada también ha salido destes 75 ducados, y podrá V. R. disponer de más de 400 ejemplares, porque hice estampar 500 y he dado algunos etc. Destos 400 van agora los 50 a V. R.

Postdata. Con el percacho van diez libros encuadernados y cinquenta epístolas... Deseo que V. R., tomando para él, mande los demás al p. Ribadeneyra, que yo le escribo a quién se den, que son todos los padres profesos de la Compañía, y les escribo⁴⁴.

Hae litterae nos edocent: pretium editionis fuisse 75 ducatorum neapolitanorum, inclusa editione epistulae de martyribus brasiliensibus; numerum exemplarium fuisse 500.

Vitae exemplaria Romam mense aprilis missa sunt:

« Con él [Andrea Gerardi] y con los doradores que han estado un año en Nola dorando el tabernáculo y con otro conocido que irá, espero enviar a V. R. y al p. Pietro alguna cantidad de los libros estampados etc. »⁴⁵.

⁴³ Ibid. f. 284v.

⁴⁴ *Ital.* 145, f. 228.

⁴⁵ Ibid. f. 246.

Die 3 maii mitti coeperunt exemplaria in varias provincias ⁴⁶. Initio eiusdem mensis missus est patri Vázquez elenchus exemplarium mittendorum, secundum domicilia uniuscuiusque provinciae. Exemplaria mittenda erant 445, reliqua 55 reservabantur generali.

Eodem tempore severe prohibebatur Vazquezio ne opus extra Societatis domos propagari sineret, quod eidem patri iniunctum fuerat etiam antequam opus in lucem ederetur ⁴⁷.

« V. R. non dia in niessuna maniera fuor di casa il libro della *Vita* di nostro padre Ignatio di santa memoria, et ne avvertisca tutti, et tenga molto conto del numero, rinnovando etiam la diligentia et certezza che lo stampatore non se ne ritenga alcuno di nascosto. Intendo medesimamente che il padre maestro Salmerone non li dia fuor di casa, se non quando domandasse alcuno o sapesse che lo volesse pigliare per dar » ⁴⁸.

Similis instructio missa est etiam in Hispaniam.

Rationes huius prohibitionis hae adductae sunt. Teixeira in sua censura dicit opus fuisse collectum « até se retraduzir ou acrescentar » ⁴⁹. Praecipua ratio videtur adduci a p. Ramiro in sua epistula ad auctorem ⁵⁰. Cum *Vita* ignatiana eo destinata esset ut verum vultum tum Ignatii, tum Societatis exprimeret, antequam publici iuris fieret optabatur ut a quam pluribus videretur. « Quiçá querrá [el padre vicario] que primero, visto por la Compañía, se avise lo que falta o sobra, para que se pueda remediar antes que se publique ».

Talis tamen prohibitio non stricte servata est. Anno 1573 *Vita* nota erat etiam apud externos; pater ipse generalis quibusdam saecularibus viris eam dono dedit ⁵¹.

⁴⁶ « A di 3 maggio si cominciò a mandar [corr. ex: si mandarono] li libri stampati della Vita del ben.º p. Ignatio alli seguenti luoghi: Germania p. Canisio (1), Ferrara N.P.G. (2), a Loreto (2), Francia provinciale (2), Aquitania provinciale (2), Austria et Polonia (XI), Sup. Germania (3), Rheno (3), Fiandra (3), Lombardia (2), St. Andrea (2), Collegio Romano (2), Seminario, Collegio Germanico, Penit[enzieria] ». *Hist. Soc.* 42, f. 158. Numeri quos apponimus intra parenthesesim, in textu repertiuntur supra nomina. Exemplaria destinata aliquanto post ad regiones Americae, Mexicum et Peruviam, perierunt in naufragio navis quae patrem Plaza visitatorem vehebat. *Monum. Mexicana*, I 108 114; *Monum. Peruviana*, I 656.

⁴⁷ Vide textum allegatum in annotatione 44.

⁴⁸ Nadal patri Vázquez, Roma 22 martii 1572. *Ital.* 69, f. 61.

⁴⁹ Vide infra, *Censuram* n° 8, et *Monum. Xaveriana* II 800.

⁵⁰ Eam infra edimus inter *Censuras*, n° 1.

⁵¹ TACCHI VENTURI, *Della prima edizione*, p. 9, enumerat Paulum Morigi et marchionem de Soncino.

Societatis patres de opere impresso laeti fuerunt. Mense augusto 1572 prima exemplaria in Hispaniam pervenerant. Vallisoletto haec scribebat ad Natalem pater Aegidius González Dávila.

«...y sobre todo nos ha a todos animado y consolado la *Vida* de la bendita memoria de N. P. Ignacio, que acá han llegado los dos libros que V. R. embió »⁵².

In epistula ad Natalem Matrigo missam legimus:

« Los libros de la *Vida* de N. P. Ignacio que truxo el p. Luna vinieron a manos del p. Araoz que, aunque está muy bien empleado, es ocasión ésta para pedir a V. R. me mande embiar media dozana, que serán bien menester, y aún más. Y el libro ha salido tal, que es para dar muchas gracias a Dios N. S. »⁵³.

Non multo post primam editionem *Vitae*, res magni momenti evenerunt pro tota Societate. In nocte 30 septembris 1572 pie obiit Romae praepositus generalis Franciscus Borgia. Ei successit p. Everardus Mercurianus, electus die 23 aprilis 1573. Tempore Congregationis generalis (12 aprilis - 16 iunii 1573) *Vita* ignatiana ad mensam lecta est, et patres congregati per Iacobum Jiménez interrogati sunt quid de ea sentirent⁵⁴. Hinc originem sumpserunt nonnullae e censuris quas ad calcem nostri voluminis edimus. Novem post dies ab absoluta Congregatione generali, missa est ad provinciales epistula qua iuebantur, si quis aliquid addendum vel minuendum in *Vita* inveniret, id generali significare:

« A dì 25 giugno [1573] si diede lettera comune sopra le vocationi insigni di quelli della Compagnia, et sopra l'avisar N. P. G. del aggiongere o minuire aliquid al libro della vita del P. Ignatio a tutti [corr. ex: alli] provinciali che furono alla Congregazione generale »⁵⁵.

Interim urgebantur normae iam antea traditae, ne scilicet *Vita* divulgaretur. Quaeenam fuerit hoc tempore mens novi praepositi generalis apparet in epistula patris Ioannis Baptistae Peruschi data Mediolani, die 6 decembris 1574, qui *Vitam* in italicam linguam verterat⁵⁶:

⁵² *Hisp.* 117, f. 86.

⁵³ *Ibid.* f. 100.

⁵⁴ *Constat ex ipsius Ribadeneyrae declaratione, Scripta*, II 153-154.

⁵⁵ *Hist. Soc.* 48, f. 159.

⁵⁶ *Ital.* 145, f. 303. P. Ioannes Baptista Peruschi, romanus, natus c. 1525, ingr. 1555 (*Chron.* V 53), professus 20 dec. 1566, fuit primus

« Ihus. Molto R.do in X°. P.°
Pax X' etc.

Io tradussi la vita del p. Ignatio, non sapendo che ci fosse ordine alcuno contrario, anzi che la latina si era data a forestieri; e se ben Antonio da Piperno, per non haverla potuto avere et portare a Roma, come ha fatto molta instantia, per non esservene qui altro che una copia, ha fatto del rumore, non son restato, sapendo l'ordine di V.P., di far quel che ho possuto, et far vedere che si ricuperassero quelle copie che penso siano a Venetia, ancorchè io non so senon una persona che l'habbi havuta per copiare, ch'è Maria Chiara Cornara, tanto devota et spirituale; et non potendo io, per esser di qua, l'ho scritto al p. provinciale. La copia che io ho, non la prestarò a nessuno senza sua licentia. Qui non ne ha avuto copie nessuno, senon Ms. Giulio Petrucci, alimosiniere et molto intrinseco del cardinale. Se io glie l'havessi voluta levare, ci saria stato del rumore et mala sodisfazione, et tanto più che per una cosetta di non haver lassato subito visitar un nostro P.° infermo, che stava con certi affanni, et darli certi melangoli che portava, quali però hebbe, ci fu del rumore contro di me col cardinale, et pur non veniva da parte sua, che non era nella città; et lui è quello dal quale haviamo l'elemosina per questa casa di X scudi il mese. Sichè V.P. faccia Lei quel che li pare seco, io l'ho avisato dell'ordine havuto, ma non voglio contrastar con nessuno. Se ho errato la prego a perdonarmi, che ho pensato far bene alla Compagnia, a far conoscere che cosa ella sia et chi fosse il p. Ignatio, et però tenevo forse stampata sua vita, ne ho havuto mai tal intentione che si stampasse, come forse m'hanno imputato, come è solito, ovvero mi dia quella correctione ch'io merito, che l'accetterò volentieri; et non essendo questa per altro, alli s. sacrifici et orationi sue mi raccomando. Di Milano li 6 di dicembre 1574.

Di V. P. R.da servo minimo nel Signore

Gio. Batt. Peruschi ».

In sua responsione, die 13 ianuarii 1575 data, laudabat Mercurianus oboedientiam patris Peruschi, dicens inter alia: « ... gli avvertimenti che ci diedero sopra di essa *Vita* i padri dell'ultima Congregatione, i quali vennero qua, ricercano che si vegga maturamente il modo col quale una cosa di tanta importanza et la quale dee essere così durevole esca più perfettamente che si potrà ... »^{56a}.

Congregatio provincialis Provinciae toletanae, die 7 octobris 1575, sequens approbavit postulatum, quo tum nova impressio textus latini *Vitae* tum eiusdem operis hispana translatio a patre generali petebatur:

« Sexta die congregationis [6 octobr. 1575] actum est an petenda esset facultas a tua Paternitate ad denuo excudendum librum de vita patris

rector Seminarium Romani, inde ab a. 1564 (*Epp. Salmeronis*, I 554; II, p. VII 3; SCADUTO, 332 441); mortuus est Romae, 18 dec. 1598 (*Hist. Soc.* 42, f. 11). Anno 1574 erat praepositus domus mediolanensis.

^{56a} *Ven.* 1, f. 58v.

nostri Ignatii, tum etiam ut idem liber in vulgarem linguam transferri, typis etiam tradi possit. Placuit congregationi id a tua Paternitate petere »⁵⁷.

Anno 1576 p. Mercurianus, huic postulato respondit: « Non est denuo excudendus, sive latine sive hispanice; suo autem tempore scribetur cum hoc fieri debeat; nam diligenter hic liber modo iterum perpenditur »⁵⁸.

Sensus diffidentiae erga opus Ribadeneyrae ex parte novi generalis clare apparet ex eo quod munus novam *Vitam* Ignatii conscribendam commiserit patri Ioanni Petro Maffei, asserens tale fuisse optatum patrum Congregationi generali participantium⁵⁹. P. Maffei labori incubuit inter annos 1573 et 1579, quo anno per Hispaniam iter faciens directus in Lusitaniam, colloquia cum testibus qui Ignatium cognoverant habuit. Interea p. Ribadeneyra, in Hispaniam destinatus, opus suum in hispanicam linguam vertebat. Orta est hoc facto singularis controversia inter duos sancti Ignatii biographos, cuius puncta principalia in nostro tertio volumine *Fontium Narrativorum* S. Ignatii exposuimus⁶⁰. Neque ille *Vitam* Ignatii, nec Ribadeneyra novam editionem suae ediderunt tempore generalatus patris Mercuriani († 1 augusti 1580). Primam editionem fecit Maffei anno 1585. Prima editio hispana operis patris Ribadeneyrae anno 1583 in lucem prodit. De qua versione deque aliis huius operis editionibus longius nobis agendum est.

CAPUT II

DE PRIMA EDITIONE HISPANICA (1583)

Iam tempore vicariatus patris Polanco (1572-1573) postularent nonnulli ut *Vita* Ignatii in hispanicam linguam verteretur;

⁵⁷ *Congr. 41*, f. 180v; cf. *Congr. 42*, f. 213v.

⁵⁸ *Congr. 41*, f. 182v. Ipse tamen Mercurianus, litteris datis mense augusto vel septembri anni 1575 ad p. Antonium Cordeses, toletanum provincialem, dicebat: « Quando viniere el procurador, traiga memoria para tratar de la segunda elección [*sic*] de la vida de nuestro padre Ignacio ». *Tolet.* 1, f. 54. Tum hic tum in congregatione provinciali de qua supra, agebatur de paranda congregatione procuratorum, quae Romae coadunata est a. 1576.

⁵⁹ Sic Maffei, litteris ad patrem Claudium Aquaviva, 23 octobris 1581. FN III 210^a.

⁶⁰ FN III 208-216; cf. FN II 36*-39*.

quibus vicarius respondit tale consilium probari, si vir inveniretur qui versionem conficeret. Res tamen ad exitum perducta non fuit.

De laboribus Ribadeneyrae pro *Vita* S. Ignatii in hispanicam linguam convertenda nihil scimus ante diem 8 octobris 1577. Eo die haec scribebat ille ad patrem Aegidium González Dávila, assistentem Hispaniae:

« É añadido a la vida de N. P.* algunas cosas, que a estos padres an parecido buenas y provechosas. Será lo añadido tanto como qualquiera de los cinco libros. Púseme a hazer esto, por no tener los papeles para la vida de N. P. Laynez. Eme holgado que no se aya buuelto a imprimir este librito (aunque muchos le desean y tienen por provechoso), porque agora se podrá hazer con más plenitud, si a N. P.* no pareciere que lo que me dizen que haze el p. Maffeo es más a propósito, que sí deve de ser; aunque mucho importa, para que la verdad de la historia se crea, el poder dezir: — vi, oy, dixome, díxele —. Y pues hablo desto, é sabido que lo quel p. Polanco escribió para que dello se sacase la historia de la Compañía, se dio al p. Maffeo; ay en aquella escritura muchas cosas tocantes a faltas y sindicaciones de padres muy antiguos y graves de la Compañía, como Simón, Mirón, Torres, etc., y no es bien que anden en manos de gente nueva, ni aun de la antigua, pues no á de bivar esta memoria para siempre »¹.

Scimus igitur Ribadeneyram anno 1577, id est, tribus annis post reditum in Hispaniam, in opere suo augendo occupari; nova tamen impressio ipsius pendebat a voluntate praepositi generalis. Prima editio hispana lucem primo vidit a. 1583, sed iam a. 1578 versio hispanica facta erat.

Huius anni servatur manuscriptum in archivo provinciae toletanae S. I. signatum 1622 bis. Manu diversorum librariorum exaratum, multas habet correctiones et additiones ab ipso Ribadeneyra conscriptas.

Est volumen perpulchre corio religatum, mensurae 220 × 155 mm. Constat 186 foliis numeratis, quorum nonnulla alba inter librum et librum. Initio et in fine adsunt etiam folia alba non numerata.

Titulus in dorso: VIDA DE S. IGNACIO. Titulus in prima pagina: *Ihs. / La vida del Padre / Ignacio de Loyola fundador de la religión / de la Compañía de / Jesús / Scripta primeramente en latín por el P. Pedro / de Ribadeneyra religioso de la misma / Compañía y agora nuevamente / traducida en romance / y añadida por el / mismo auctor. Sequitur ana-*

¹ Ribadeneira, I 797.

gramma nominis Iesu cum legenda: SIT IN CORDE. Ad calcem annus: 1578.

Ad latus huius tituli Ribadeneira manu propria addidit: « En la qual brevemente se declara el origen y progreso de la dicha religión hasta / el año de 1556 en quel el Padre Ignacio murió. / Dirigida al Illmo. y Revmo. Don Gaspar de Quiroga / Cardenal y Arçobispo de Toledo, Inquisitor General y del / Consejo de Estado de su Magestad »².

In fol. 5: « IHS M. A mis charissimos hermanos, los Hermanos Coadjutores de la Compañía de Jesús en España ».

f. 8v. Libro primero de la vida ... f. 34. Libro segundo. f. 64. Libro tercero. f. 110. Libro cuarto. f. 136. Libro quinto.

In prologo ad Fratres Coadiutores, supra allato, dicit scopum versionis hispanicae esse satisfacere iisdem Fratribus « que están en España y no saben la lengua latina ». Quod solis Fratribus Coadiutoribus versio fuerit destinata apparet ex comma addito et postea deleto: « y otra gente devota ».

Ad eundem scopum consequendum, scil., ut Fratres Coadiutores lingua vernacula *Vitam* Ignatii legere possent, talem fieri versionem postulavit p. Hieronymus Doménech, litteris scriptis Valentia ad P. Mercurianum, die 22 aprilis 1579. Certe ignorabat ille tunc temporis talem versionem factam fuisse. En eius verba :

« Con esta ocasión he pensado de representar a V. P. lo que días ha había pensado, si fuesse servido que se traduxesse la que el p. Ribadeneira ha hecho en latín en romance, para consuelo de los Hermanos que no la entienden, por no saber latín. Y habiéndose de traduzir en este romance, creo que el dicho padre lo haría bien, y podríanle avisar si algo huviesse de mudar o quitar. V. P. verá lo que conviene, que por ver el deseo grande de los Hermanos, tanto aquí como en otras partes, pensé de representarlo a V. P. »³.

In sua versione paranda nullo interprete usus est, sed ipse laborem sibi assumpsit, non adeo sollicitus de verbo ad verbum transferendo, quam de fidelitate in narratione factorum. Aliqua addidit quae vel antea nesciebat, vel non pro certis habebat. Alia in editione latina omissa erant brevitatis causa, quae nunc, intendendo aedificationem, utilia visa sunt.

² De hoc manuscripto v. E. del PORTILLO, *El original de la primera edición castellana de la vida de N. P. S. Ignacio por el P. Ribadeneira*, in: *Razón y Fe*, 42 (1915) 289-298.

³ *Hisp.* 187, f. 178.

Sed iam in prima operis editione prologus, de quo supra, mutatus est in alio « Al christiano lector », ubi tamen iidem conceptus, saepe iisdem verbis expressi habentur ac in praecedenti. In opere impresso addita est dedicatio ad cardinalem Quiroga ⁴, quae in posterum praemittitur hispanis editionibus. Ratio huius dedicationis, prout ibi dicitur, fuit magna illius cardinalis erga Societatem benevolentia, quodammodo iam ab ipso Ignatio praevisa, qui scripsit: « quando el cardenal don Juan Siliceo con buen zelo (que así se ha de creer) nos desfavorecía, [Ignacio] me dixo a mí que vendría otro arçobispo de Toledo que favoreciesse y abraçasse tanto la Campañía, quanto el arçobispo Siliceo la desfavorecía ».

In litteris ex Hispania ad generalem missis, annis 1580-1586, pauca inveniuntur de *Vita* S. Ignatii. Plura habent epistulae praepositi generalis ad Hispaniae socios, inde a tempore Claudii Aquaviva, qui die 19 februarii 1581 Mercuriano successit.

Finita versione hispana anno 1578, missa est Romam pro revisione, quae finita nondum erat anno 1582 mense ianuario; die enim 8 dicti mensis scribebat Aquaviva ad Ribadeneyram:

« La de V. R. de 30 de 8º recibí, y creo se acordará bien V. R. lo que yo gustava deste trabajo que V. R. ha tomado, tan provechoso a la Campañía, en sacar a luz la vida de la sancta memoria de nuestro padre Ignacio, y así me parece bien que se añada lo que V. R. me scrive, y lo que acá se ofreciere que advertir, se avisará a V. R. con brevedad; y no hallo inconveniente de que se torne a imprimir en latín con estas addiciones, pues nunca se notó falta en el latín, sino antes por ventura lo contrario. Y quando [*delet*: el P. Maffeo aya acabado] se revea lo que ha scripto el p. Maffeo, se mirará con todo cuidado no haya cosa contraria ni diversa de lo que V. R. uviere scripto, porque, teniendo quenta con esto, ya V. R. sabe que no offende, antes edifica y ayuda escribir muchos la vida de un sancto, y el dezir uno lo que otro dexa, no es contrariedad, sino muy usado, y así se halla aun en los evangelios. 8 de enero [1582]. *Sequitur*: Añadida al P. Ribadeneyra: Como se haya visto el libro en romance, entonces se enviará lo que paresciere sobre él y sobre el latino, y entonces se podrán imprimir » ⁵.

Post elapsum annum, Ribadeneyra nondum acceperat censuram sui operis. Haec tamen facta iam erat, nihilque deerat

⁴ Gaspar de Quiroga, natus in Madrigal, fuit primum vicarius generalis Compluti, a. 1572 episcopus conchensis, deinde Inquisitor generalis. a. 1577 archiepiscopus toletanus, a. 1578 creatus cardinalis a Gregorio XIII. Obiit die 12 novembris 1594. V. GULIK-EUBEL, III 51 335.

⁵ *Tolet.* 1, f. 132r-v.

nisi opportunitas eam in Hispaniam mittendi. Hoc scribebat Aquaviva ad Ribadeneyram die 3 ianuarii 1583 :

« Aunque he deseado mucho hallar tiempo para leer el libro de la *Vida* de la santa memoria de N. P. Ignacio, no me ha sido posible, y por esto se ha detenido hasta agora que, viendo quán poco lugar me dan las ocupaciones, lo encomendé a otros padres, y ya lo han visto; y con la primera ocasión de persona propia, que será presto, se embiará a V. R. ... »⁶.

Paucis post diebus, 9 ianuarii, alia mittebatur per patrem Briones, qui simul *Vitam* ignatianam gerebat cum approbatione eam typis mandandi.

« El p. Briones, portador de ésta, lleva el original de la vida de N. P. de s. mem. y la censura que acá ha parecido, con que se podrá imprimir; y confío en nuestro Señor ha de ser para mucha gloria suia y consolación de todos, y se sacará el fruto que se desca de la imitación de la vida del que el Señor nos dio por dechado. Ase detenido por lo que en el correo pasado escribí a V. R. »⁷.

Accepto originali, opus typographo regio, Alfonso Gómez, commissum est, qui laborem suum ante finem anni 1583 perfecit. Licentia provincialis, Aegidii González Dávila, data est 3^o iulii; regia, diei 8 augusti; approbatio Inquisitionis toletanae, die 7 decembris. Taxa fuit trium « maravedís » pro quinterno, subscripta a secretario Consilii regii, Petri Zapata del Mármol, die 19 decembris.

Die 15 februarii 1584, pater generalis cum auctore gratulabatur de felici editione operis :

« Heme consolado mucho que aya salido tan bien el trabajo que V. R. dice ha puesto en la impresión del libro de la vida de santa mem. de N. P. Ignacio, pues siendo lectura tan propria para los nuestros y de que se deve esperar tan grande fruto, quanto más la pudieren gozar todos, tanto será de mayor consolación y se extenderá más, pues del de latín no podían gozar nuestros hermanos coadjutores, y para todos se añade a esta lo que de nuevo V. R. a puesto. Esperámosla ya por acá con deseo y podría ser buscásemos quien la traduxese bien en nuestro vulgar ... »⁸.

⁶ Ibid. f. 160v.

⁷ Ibid. f. 161.

⁸ Ibid. f. 220v.

CAPUT III

RELIQUAE EDITIONES VITAE TEMPORE AUCTORIS

Post primam editionem hispanam, a. 1583, anno sequenti alia sequuta est, tertia autem a. 1586. Ad textum latinum quod attinet, post editionem principem nulla alia facta est usque ad a. 1586.

Ad historiam libri iuvat examinare adiuncta quae has editiones comitata sunt, et editiones inter se comparare.

Haec puncta generalia statuere licet: Altera editio latina (1586) multa addit quae non aderant in editione principe (1572). Minor est differentia inter editiones hispanas. Altera (1584) aliquantum differt a prima (1583), magis tertia (1586) a secunda (1584). Variantes sunt praecipue additamenta. Pauca omnino omittuntur in successivis editionibus ex iis quae in praecedentibus aderant.

Altera latina et tertia hispana, factae Matrili eodem anno (1586) ab eodem typographo (Alfonso Gómez), eadem mensura iisdemque characteribus, quasi ultimae habendae sunt, eo sensu quod post eas auctor textum vix mutaverit. Quod absolute dicendum est de textu latino.

De additionibus, in quae auctor scripserit in prologo « Ad christianum lectorem », alteri editioni hispanicae praemisso, et in tertia iterum edito:

« De las añadidas, ay algunas que yo no supe quando le compuse. Aunque hize todas las diligencias posibles para saberlas todas, pero como se publicó el libro y se derramó por toda la Compañía, con esta ocasión se descubrieron en diversas partes algunas cosas de mucho peso y sustancia, tocantes a nuestro padre, que no estaban en el libro; de las quales los mismos padres de la dicha Compañía me avisaron, y aun hubo otros padres de otras religiones, que por la grande caridad que tienen a la nuestra y devoción a nuestro santo padre, me escribieron algunas que yo no sabía, las quales me pareció añadir para agradecer la caridad de los que me las avisaron, y aprovechar a los demás que las leyeren ».

Ad calcem huius capituli dabimus elenchum omnium harum additionum.

P. Claudius Aquaviva, generalis, primam editionem hispanam valde laudavit. Respondens anno 1584 postulato cuidam provinciae Castellanae, scripsit: « Laudamus piam devotionem Congregationis erga P. N. Ignatium; eius *Vita* extat, in qua

quae communicanda videntur, exponuntur ». ¹ Vidimus iam quid dixerit litteris die 15 februarii 1584. ² In aliis ad auctorem, die 15 iulii eiusdem anni datis, dicebat magnum fructum ex libri lectione expectari licere; simul tamen nonnulla indicabat corrigenda.

« Hame sido de mucho consuelo que el trabajo y tiempo que V. R. ha empleado en la nueva edición de la vida de nuestro padre Ignacio de buena memoria aya salido tan bien, quanto se vee por la mucha satisfacción y contento que a los de allá y acá ha dado. Espero en el Señor que, a medida del contonto que da, será también la utilidad que della sacarán todos; y es muy importante, como V. R. me dice por la suya, que en la edición latina se añada lo que tiene añadido la española, para que todos la puedan goçar, aunque me parece que esto se dilate hasta tanto que la española más se comunique, estienda y reciba de todos; y en el entretanto, de acá embiaremos a V. R. algunas cosas que en ella se han advertido que, por ser tocantes al Instituto, converná corregirlas, y restampar solas aquellas hojas que fueren enmendadas, para que en ella no quede cosa en que se pueda reparar; y entonces se dará orden que por acá se traduzga en vulgar italiano » ³.

Haec animadversio cum magna probabilitate respondebat observationibus factis in provincia toletana (vide infra *Censuram* n° 7) quae mense praecedenti, 15° iunii, Romam missae fuerant.

Ribadeneyra respondit patri generali die 24 augusti, litteris quae amissae sunt, impossibile esse, in iam publici iuris facta editione, mutationes inducere. P. Aquaviva die 8 octobris addebat :

« Recibí la de V. R. fecha a los 24 de agosto, y aunque en los libros ya estampados de la *Vida* de nuestro p. Ignacio me parece bien que se disimule la enmienda de los advertimientos que allá se embiaron, pues ya no será posible recoger los muchos que se han comunicado, pero desearía que a lo menos en esta estampa que aora se hace, a lo menos se enmendasen las cosas que con ésta embiará el P° Ximénez; porque la primera y segunda estampa serán las que más se comunicarán, y importaría que en la segunda se corrigiese la primera, porque si a otra se aguarda no servirá tanto, pues no será tan venal como las dos primeras; las demás, pues no son tan substanciales, se podrán quedar por aora como V. R. dice en la suya » ⁴.

In folio separato p. Aquaviva mittebat elenchum rerum corrigendarum in secunda editione. Omnia pertinent ad capita XXI

¹ *Congr. 94, f. 89r-v. FN I 347.*

² *Supra, p. 23.*

³ *Tolet. 3, f. 3v.*

⁴ *Ibid. f. 13.*

et XXII libri tertii quae editio hispanica addiderat latinae, de rebus ad Societatis Institutum pertinentibus.

« ... Lo que todavía ha parecido será bien que se emiende en la 2ª edición de la *Vida* de N. P. escribirá aparte el P.º D.º Ximénez, a que me remito.

Letra A B C. Lo que se nota en las censuras ⁵, a que responde V. R. ⁶ en estas letras A B C, se avrá de emendar según el intento de la misma censura, o quitándose totalmente, pues bastantemente se dize en la extravagante que se ha de inserir ⁷, hablando en estos lugares al modo que la extravagante habla.

Letra G pág. 153. Por las razones que se dizen en la censura ⁸, conviene emendar este lugar y no dezir “tan graves causas”, sino contentarse de la generalidad con que hablan las Constituciones de la Compañía o la extravagante misma que se ha de inserir; y podriase dezir que no se despiden ligeramente, sino con mucha consideración, oración y causas muy justas.

Letra H fol. 164 pág. 2. También se ha de emendar esto de dos maneras de collegios, porque es ageno del Instituto, ni lo que N. P. en aquellos primeros hizo fue todo para [que] lo imitásemos; de otra ni se tendría noviciado de dos años, ni se guardarían otras muchas constitutiones.

Letra R fol. 179 pág. 2. “Una missa cantada”: diga una missa con solemnidad que usa la Compañía, pues ésta es manera de hablar de nuestras Constituciones y no aquella ⁹, y es de guardarse nuestro modo, pues que el cantarla es dispensación, y se podrá quitar quando al general pareciere o a la Congregación general ¹⁰.

Puncta a patre generali auctori missa serius pervenerunt quam ut induci possent in secunda editione. Paulo inferius videbimus quomodo correxerit textum in tertia editione hispana.

Altera etenim editio vix in lucem prodierat, cum iam de tertia paranda cogitabatur. Hoc Ribadeneyra patri generali communicabat, qui ei die 31 decembris 1584 respondebat:

« En lo de la estampa (*deletum*: tercera) del libro de nuestro padre, nos consolamos mucho que se despache con tanta brevedad, que esa es cierta señal del gusto que da a los que la leen; la tercera que V. R. quiere

⁵ Censura provinciae toletanae; infra: *Censura* n.º 7.

⁶ Hanc responsionem non servamus, ideo nescimus quid haec paragra-phus significare intendat. Probabiliter responsio Ribadeneyrae continebatur in eius epistula diei 24 augusti, de qua paulo superius.

⁷ Hanc «extravagantem» non vidimus.

⁸ *Censura* n.º 7, ad p. 153, ubi agitur de causis dimissionis e Societate.

⁹ In *Constitutionibus*, p. IV, c. I, n.º 2 [310], dicitur: «Cada año assímismo, el día que se entrega la possession del colegio, se diga una Missa solenne en él por el fundador y bienhechores». In *Declaratione* A additur: «Solemnidad se entienda al modo que se usa en la Compañía y en tal lugar donde se dice la Missa».

¹⁰ Hae animadversiones servantur in cod. *Tolet.* 3, f. 16r-v.

hacer me parece muy bien, y a su tiempo yo avisaré al provincial y al procurador desas provincias que descarguen a V.R. del cuidado de la estampa, pues en esto pide razón y justicia; pero deseo que la entren un poco hasta que de acá avisemos de algunas advertencias que creo conveñá las vea V.R., para que del todo salga esta tercera impresión limada y acabada. Diciembre último » ¹¹.

Die 28 martii 1585 urgebat generalis correctiones propositas, unam alteramve addebat:

« La de V.R. recibí con este ordinario; y aunque creo que con el presente no se podrán emiar las advertencias que pide, porque aún se va viendo el libro, pero emiarse han con el primero, para que en la tercera impresión se metan, en la qual no me inclino a que se ponga cathálogo de los collegios de la Compañía, porque aunque a algunos particulares pueda ser gustoso el saber cuántos y cuáles son los collegios y casas de la Compañía, de suyo no es conveniente, ni creo que universalmente parecerá bien a todos, como por otra tengo avisado » ¹².

Simul cum tertia hispana parabat Ribadeneyra alteram editionem latinam. P. Aquaviva propositum laudavit, ea tamen conditione ut correctiones inducerentur:

« ... La licencia que V.R. pide para estampar la obra de latín irá juntamente con las advertencias de las cosas que se han de mejorar en la tercera estampa y la extravagante, por las mismas razones que en la estampa de romance convino tomar y dexar della; conveñá también que de la mesma suerte se ponga en la de latín, porque no creo que será conveñiente que aquellas proposiciones y otras particularidades que allí ay, vayan en el libro » ¹³.

Die 12 augusti addebat:

« Creo que irán con ésta las advertencias para la tercera impresión del libro de V.R. y juntamente las adiciones para el de latín » ¹⁴.

Videamus nunc quonam modo Ribadeneyra in tertia editione hispana textum mutaverit, sequens instructionem a generali die 8 octobris datam. Puncta tria corrigenda ibi indicabantur:

¹¹ Ibid. f. 22.

¹² Ibid. f. 30v.

¹³ Ibid. f. 34v.

¹⁴ Ibid. f. 39v.

1°. De causis dimissionis

Editio 1^a (1583)
Cap. XXI, p. 153

«Las quales mandan que no se despida ninguno, sino con mucha consideración, ni por enfermedad en que aya caído sirviendo a la Compañía, ni por causas ligeras que se puedan por otro camino remediar, sino por cosas tan graves y que hagan tanta fuerza, que no se puedan llevar sin daño notable de la Compañía, o del mismo que se despide, y el retenerle fuesse en grave perjuizio de la charidad».

Editio 3^a (1586)
Cap. XXII, p. 218v

«Las quales mandan que no se despida ninguno, sino con mucha consideración, ni por enfermedad en que aya caído sirviendo a la Compañía, ni por causas ligeras que se puedan por otro camino remediar. Y para dezirlo en una palabra, las causas principales de despedir se resumen en dos, que son, quando a la Compañía, o al mismo que se despide, conviene que se despida. Porque en tal caso el no hazerlo sería en grave perjuizio de la charidad, con la qual todas las demás cosas se deven regular».

2°. De collegiis

Cap. XXII, p. 164v.

«Dos maneras de colegios tiene la Compañía, como tocamos en el capítulo passado. La primera es de los colegios que son como seminarios de la misma Compañía; en los quales nuestros estudiantes, después que en las casas de probación fueron novicios, y se exercitaron en la devoción, mortificación y toda virtud, estudian y se hazen letrados, para que, acompañando la doctrina necesaria con la buena vida, puedan servir à la Yglesia de Dios en los ministerios que usa la Compañía, cada uno conforme a su habilidad y talento. La otra manera de colegios es, en que los nuestros no aprenden, sino enseñan todas las sciencias que son necesarias para un perfecto theólogo, comenzando desde los primeros principios de gramática, hasta lo más subido de la sagrada Theología».

Cap. XXIII, p. 246v.

«Los colegios que tiene la Compañía, son como seminarios de la misma Compañía, en los quales nuestros estudiantes, después que en las casas de probación fueron novicios y se exercitaron en la devoción, mortificación, y toda virtud, estudian y se hazen letrados, para que, acompañando la doctrina necesaria con la buena vida, puedan mejor servir a la Iglesia de Dios en los ministerios que usa la Compañía, cada uno conforme a su habilidad y talento. Pero estos colegios de tal manera son seminarios de la Compañía (como diximos), que en algunos dellos, los nuestros no enseñan a los otros sciencias, sino que ellos las aprenden; pero muchos otros son tales, que en ellos se enseñan todas las sciencias que son necesarias para un perfecto theólogo, comenzando desde los primeros principios de gramática, hasta lo más subido de la sagrada Theología».

3°. De missis pro benefactoribus

Cap. XXII, p. 164v.

« Dizense muchas Missas cada semana y cada mes por sus almas, y particularmente en el colegio que ellos fundaron. En cada un año, el día que se hizo la entrega del colegio a la Compañía, se dize en él una Missa cantada, y las demás por el fundador; al qual también se le da esse día una candelá de cera con sus armas, en señal de reconocimiento y gratitud ».

Cap. XXIII, p. 266v.

« Dizense muchas Missas cada semana y cada mes por sus almas perpetuamente, y particularmente en el colegio que ellos fundaron. En cada un año el día que se hizo la entrega del colegio a la Compañía, se dize en él una Missa solemne, y las demás por el fundador; al qual también se le da esse día una vela de cera con sus armas en señal de reconocimiento y gratitud ».

Extra Hispaniam editiones factae sunt latinae, ad exemplar anni 1586. Anno 1587 a Plantin, Antwerpiae; anno 1589 Romae; anno 1590, Ingolstadii; anno 1595, Lugduni; anno 1602 Coloniae, ut de reliquis hic taceamus (vide nostrum elenchum initio voluminis, in Indice operum impressorum). Ex editione Plantiniana et Coloniensi iterum data est in lucem anno 1731 in opere *Acta Sanctorum*, tomo VII mensis iulii, sub titulo: « Vita altera », ubi Bollandistae textum quidem originalem retinuerunt, nova tamen capitum divisione inducta. Alia tandem editio latina facta est Viennae Austriae a. 1744.

Ad hispanam quod attinet, notandum est tertiam vulgatam fuisse cum exstarent adhuc exemplaria secundae. Hoc apparet ex epistula patris Aegidii González Dávila ad patrem generalem, data Granatae die 26 octobris 1586:

« De la segunda impresión del libro del p. Ribadeneyra hay aquí tantos ejemplares de los quales no han podido salir, que tengo por cierto se podrán tomar pocos desta 3ª, con averse dado de la segunda un buen número a mercaderes de judías para gastarlos. De los de latín se tomarán algunos. Habíanme propuesto que se leyesen en nuestras clases a los escolares de fuera, y no me parece, si V. R. no lo ordena, para que no digan los padres que así queremos a sus hijos atraer a nosotros »¹⁵.

Paucos post dies, 2 novembris, scribebat p. Hieronymus Roca, Aragoniae provincialis:

« Ya se ha escrito al p. Miguel Garcés y al p. Ribadeneyra nos embien para esta provincia buen número de las vidas de N. P. de santa memoria, así de latín como de romance. También nos hará V. P. mucha caridad de

¹⁵ *Hisp. 152*, f. 168v.

mandar se nos embien a la primera comodidad una docena de libros de N. P. en latín del p. Maffeo, que no hay más de una en toda la provincia y los dessean mucho y piden en todos los collegios »¹⁶.

In hac tertia editione vulgatae sunt duae epistulae patris Ludovici de Granada ad patrem Ribadeneyra, quas editioni textus *Vitae* praemittimus. Exinde in omnes reliquas editiones transierunt. De hac re scribebat Aquaviva ad Ribadeneyram die 12 augusti 1585:

« y aunque parece conveniente que la carta del p.^o fray Luis se ponga en el de romance, pero creo sería bien que la pusiese el librero como de suyo, diciendo dos palabras, que aquella letra ha venido a sus manos y, por parecerle a propósito para la autoridad del libro, la ha querido poner en él; porque con estas o otras semejantes palabras estimo no se faltará a la modestia religiosa. Esto digo porque, como el p.^o fray Luis en aquella carta alaba los trabajos de V. R., será sin ofensión de la modestia que el librero mesmo la ponga y no vuestra R., a quien toca »¹⁷.

Patris Aquavivae optatum in praxim deductum est. Vide animadversionem « El impressor al lector » quae textum epistularum antecedit.

Post editionem anni 1586, octo anni elapsi sunt antequam nova fieret editio hispana. In posterum Ribadeneyra nullam aliam editionem separatam parabit. Parvo volumine in 16^o succedit volumen in folio. Anno 1594 *Vita* Ignatii edita est simul cum *Vitis* duorum successorum eius in regimine Societatis, patrum scilicet Laínez et Borgiae. « En las quales [*Vidas*] se contiene su fundación de la Compañía, progreso y aumento hasta el año 1572 », prout legimus in subtitulo huius editionis.

Anno 1596 pater Ribadeneyra in parvo volumine collegit eam partem sui operis quae magis propria erat ad aedificationem: librum quintum *Vitae* Ignatii, cui additum est: « un capítulo de las virtudes del P. Laynez et quartus liber vitae S. Francisci Borgiae »¹⁸.

Tandem Ribadeneyra ante mortem edidit Matrivi sua opera omnia « agora de nuevo revistas y acrecentadas », duabus editionibus, altera anno 1595, altera anno 1605. Anno 1611 Ribadeneyra pie obiit, ideoque haec editio anni 1605 ultima fuit ab auctore curata. Prout iam diximus, post a. 1586 mutationes pau-

¹⁶ Ibid. f. 172.

¹⁷ *Tolet.* 3, f. 39v.

¹⁸ Vide elenchum editionum, initio nostri voluminis.

cae omnino sunt. Hoc notandum: in editionibus precedentibus Ignatius vocabantur « el Padre Ignatio »; in editione a. 1605, post factos a. 1595 processus ordinarios in ordine ad beatificationem, vocatur semper « el bienaventurado padre Ignacio ».

Postquam a. 1601 Ribadeneyra breviorē *Vitam* S. Ignatii suo operi *Flos Sanctorum* addidit (de qua infra, cap. V § 1), haec *Vita* plurimas habuit editiones et translationes in varias linguas, immo *Vitae* longiori praevaluit, quae non nisi recentioribus temporibus iterum edi coepit, prout videre licet in elenco editionum et versionum.

PRÆCIPUAE VARIANTES SINGULARUM EDITIONUM

Damus hoc loco brevem quendam conspectum ostendentem praeclipuas differentias inter successivas editiones. Eas his signis distinguimus: 1l, 2l = 1°, 2° latina; A B C D E F = 1° - 6° hispana.

Lib. I. cap. I, A B omittunt particularia quaedam de Ignatii familia et educatione.

Cap. II. Tremor in domo et cubiculo Ignatii, *om.* A, B.

Cap. IV. Nomen confessoris Ignatii in Monteserrato, *om.* A, B, C.

Cap. VII. Illuminatio ad Cardoner. Comparatio cum aliis donis acceptis ab Ignatio decursu 62 annorum, *om.* A, B. Considerationes finales: « Parecerá por ventura a algunos que estos que habemos contado son extraordinarios favores de Dios... » *om.* 1l.

Cap. X. Quonam modo Elisabeth Roser Ignatium noverit durante contione quadam. *Om.* A.

Cap. XV. Dum Salmanticae carcere detineretur, quaedam religiosae feminae ad Ignatium scripserunt ut eum consolarentur. *Om.* A, B.

Lib. II.

Cap. I. Cum Ignatius venit Rothomagum (Rouen), nonnulli eum ad inquisitorem parisiensem detulerunt. *Om.* A, B.

Cap. V. Azpeitia in quadam contione satisfactionem dedit pro quodam viro qui eius culpa punitus fuerat. *Om.* A, B.

Capita XVIII et XIX. Penitus *omittuntur* in A, B.

Lib. III.

Cap. II. Rib. sese offert ad defectus Ignatii in lingua latina corrigendos. *Om.* 1l.

Cap. V. Pontifex Societati committit templum S.ⁱ Andreae « delle Fratte ». *Om.* 1l.

Cap. IX. Fundatio collegii complutensis. *Om.* A, B, C.

Cap. XI. Labores Beati Petri Fabri in Germania. Vocatio S. Petri Canisii. *Om.* A, B.

Cap. XII. Integrum caput abest a 1l, A, B.

Cap. XV. Ignatius impedit quominus Borgia ad cardinalatum promoveatur et Canisius ad episcopatum vindobonensem. *Om.* A, B.

Cap. XVI. Fundatio collegii barcinonensis. *Om.* A, B, C.

Cap. XIX. Id. collegii panormitani. *Om.* A, B, C.

Cap. XXII. Societatis institutum et forma describitur. *Om.* ms. M et 1l.

Cap. XXIII. Bulla confirmationis Societatis, a Gregorio XIII concessa, om. 1l, A, B.

Cap. XXIV. De collegiis Societatis, om. ms. M, 1l.

Lib. IV.

Cap. I. Ignatius vult secundo renuntiare generalatui. *Om.* A, B, C.

Cap. XII. Adiuncta quaedam de morte S. Francisci Xaverii. *Om.* A, B.

Cap. VIII. Fundatio coll. perusini. *Om.* A, B, C.

Cap. XV. Fundatio collegii marcenensis (Marchena). *Om.* A, B.

Cap. XVI. Translatio corporis S. Ignatii ad templum nominis Iesu, anno 1587. *Om.* A, B, C.

Lib. V.

Cap. I. Dona mystica ab Ignatio accepta. *Om.* A, B, C.

Cap. II. Particularia quaedam de itinere Rothomagum versus. *Om.* A, B. Quid faceret Ign. si Deus eius electioni relinqueret ex una parte mortem cum salute certa, ex altera vitam cum incertitudine de futuro. *Om.* A, B, C.

Cap. III. Numquam de Deo locutus est, etiam cum peccatoribus, quin fructum receperit de illo colloquio. *Om.* A, B, C.

Cap. V. Litterae ad ducem Naxerae de matrimonio neptis cuiusdam. *Om.* A, B, C.

Cap. IX. Deus Romae providet sociis in magna annonae caritate. *Om.* A, B.

Cap. X. Illusiones a quibusdam habitae ob ficta phaenomena mystica. *Om.* A, B, C.

Cap. XIII. Deus conversiones operatus est, motus Ignatii humilitate. *Om. A, B.*

De miraculis post scriptam vitam, quae addita sunt *Vitae* in opere *Flos Sanctorum*, *om. A, B, C, D, E.*

DE VERSIONIBUS

Cum opus Ribadeneyrae compositum fuerit lingua latina, nihil mirum si propositum in linguas vernaculas illud vertendi cito ortum fuerit. Cogitatum est statim de conficienda versione italica. P. Polanco, vicarius generalis Societatis post mortem S. Francisci Borgiae, die 3 ianuarii 1573 patri Dionysio Vázquez commendabat ut patri Ioanni Petro Maffei aliquos fratres concederet, qui eum in vertendo opere iuvare possent, si id utile videretur.

Haec versio Maffei ad exitum non pervenit. Immo, ut vidimus, post electum patrem Everardum Mercurianum, *Vita Ribadeneyrae* crisi subiecta est, novusque generalis ipsi patri Maffei munus commisit novam vitam ex integro reficiendi.

Interea, haec ignorans, pater Ioannes Baptista Peruschi anno 1574 italicam versionem conscripserat, quae ob causas supra expositas non fuit impressa¹⁹. Prima vera versio fuit hispana, ab ipso auctore in lucem data a. 1583. Eam secuta est anno 1586 italica, auctore Ioanne Giolito de' Ferrari, Venetiis. Haec sequitur hispanam versionem anni 1583.

« Era ben ragionevole che la vita dell'institutore d'una tal religione si sapesse; e però essendo stata scritta dal R. P. Gio. Pietro Maffei in lingua latina con tanto ornato stile, quanto da huomini dotti all'età nostra desiderar si possa; et havendola io a' mesi passati data fuori con le mie stampe, me ne innamorai di maniera, che mi venne in pensiero, per beneficio di molti, di tradurla in lingua italiana. Ma essendomene poi venuta alle mani un'altra composta in lingua spagnuola dal R. P. Pietro Ribadenera (il quale molte cose vidde et udì dallo stesso p. Ignatio) assai più copiosa; contenendo non solo la vita di quel gran servo di Dio, ma anco molti particolari di quei primi padri, et insieme dichiarando l'Instituto e la propagatione di detta Compagnia; inserendovi parimente i collegi fondati sotto diversi pontefici, da varii imperadori, regi, prencipi, prelati et università, quasi in tutte le parti del mondo; vie più m'accesi di desiderio di comunicar tal historia nella nostra lingua ».

Aliarum versionum et editionum in varias linguas elenchum damus initio voluminis, in *Indice operum impressorum*.

¹⁹ Vide supra, p. 18-19.

CAPUT IV

DE FONTIBUS VITAE S. IGNATII

Vita sancti Ignatii, a Ribadeneyra conscripta, egregium locum occupat in historia modernae historiographiae. Accurata scriptoris humanistica efformatio, una cum attenta rerum observatione, praeclara memoria et modi scribendi elegantia, ei instrumenta fuerunt ad biographiam conscribendam quae inter similia opera sui temporis palmam obtinet¹. In critica disquisitione factorum, ad modernam historiae conceptionem accedit. Remanet certe tendentia ad exaltationem sui herois, quae in biographis temporis humanismi, Svetonii imitatoribus, propria est. Gradatim campus visionis auctoris dilatatur. Initio sistit fere in enarrando externo cursu eventuum. Postea, una cum vita fundatoris describenda apparet evolutio operis ab eo conditi, scilicet Societatis. Itaque liber qui debebat esse tertius, in duos evolvitur, ad dandum conspectum expansionis Societatis, tam in ministeriis apostolicis quam in conditis domiciliis. Nonnulli censes, quorum dictamina edimus, hoc consilium improbarunt, sed in hodierna ratione historiam scribendi talis usus reprehendus non est. Post editionem principem latinam, visionem suam aperit adhuc magis Ribadeneyra, addens libro tertio capita XXII et XXIII quibus, a particularibus ad universalialia ascendens, rationem dat Instituti Societatis et modi gubernandi ab Ignatio adhibiti. Offert etiam conspectum unius e Societatis ministeriis, quae sunt collegia (cap. XXIV). Omittuntur facta mirabilia quae in operibus scriptorum mediae aetatis tam magnum spatium occupant. Postea explicare tenebitur auctor cur miracula absint vel abesse videantur a *Vita* S. Ignatii.

Quod autem nostro operi praecipuam laudem confert est methodus critica. *Vita* S. Ignatii utitur methodis hodie acceptis, scilicet recursum ad scripta documenta et, ubi fieri potest, directo

¹ En quae de *Vita* scripserint duo egregii historiographi. Eduardus FUETER: « Der Humanismus hat keine Biographie hervorgebracht, die dem Werke Ribadeneiras an die Seite stellen liesse. Die klassische Form hat dem Inhalte keinen Schaden zugefügt ». *Geschichte der neueren Historiographie*³ (1936) p. 283. Benito SANCHEZ ALONSO: « Son insuperables desde estos dos puntos de vista [critica historica et scribendi elegantia] ... la Vida del padre Avila, escrita por su discípulo, fray Luis de Granada, y la Vida de S. Ignacio, también por su discípulo predilecto, el P. Pedro de Ribadeneira ». *Historia de la historiografía española*, t. II (1944) p. 86.

testimonio. Ad hoc obtinendum Ribadeneyra versatus est in optimis condicionibus. Sanctum Ignatium novit inde ab aetate quatuordecim annorum et per spatium quo protracta est Societatis gubernatio ex parte sancti Ignatii, scilicet per sexdecim fere annos, ei affuit, octo annos Romae cum sancto conditore egit. Nec solum cum Ignatio sed etiam cum eius primis sociis fraternam consuetudinem per id tempus habuit.

Rigoris critici testimonia sunt Ribadeneyrae *Collectanea*, in nostro altero volumine edita, in quibus pro singulis factis vel dictis annotata videmus tum nomen testis, tum annum, mensem atque etiam diem quo testimonium acceptum est ².

Memoria Ribadeneyrae fuit extra ordinem, prout ipse agnoscebat: « La diversidad de los tiempos es cosa que se ha de mirar mucho; y en lo que yo é escrito, V. R. se puede asegurar que es puntualmente como yo escribo, porque Nuestro Señor me á dado un poco de memoria en esto de los años » ³.

Multorum eventuum fuit R. testis ocularis. Agnovit saepe ipse opportunitatem qua gavisus est res propriis oculis videndi: « Como soy tan cierto y fiel testigo de su vida ... ». « Como yo era uno de los que en este tiempo estaban en Roma ... ». « Yo anduve con los padres aquel día y vi lo que pasó ». Similes locutiones repetitae inveniuntur in eius scriptis. Ideo, cum rescivit munus vitam S. Ignatii scribendi commissum fuisse a generali Mercuriano patri Ioanni Petro Maffei, non dubitavit se illi praeferre: « aunque mucho importa, para que la verdad de la historia se crea, el poder dezir: vi, oý, díxome, díxele » ⁴.

De rigore critico Ribadeneyrae haec in universum dici possunt. Examinatis omnibus et singulis eius operis capitulis, nulum fere factum invenitur cuius fons non appareat, vel cuius ipse scriptor testis non sit. Iam inde a prima operis pagina ostenditur hoc studium veritatis narrandae. Legimus enim in prologo editionis hispanae: « Y porque la primera regla de la buena historia es que se guarde verdad en ella, ante todas cosas protesto que no diré aquí cosas inciertas y dudosas, sino muy sabidas y averiguadas ».

² Tres series horum collectaneorum edidimus in altero vol. operis FN: 1^o *De Actis patris Ignatii* (pp. 317-394); *Dichos y hechos* (pp. 485-499); tandem *Collectanea* sine titulo (pp. 408-421), ab ipsomet Ribadeneyra castigata, quae immediata sunt praeparatio pro scribendo libro V *Vitae*.

³ Rib. ad Orlandini, mense decembri 1597. FN III 418.

⁴ *Ribadeneira* I 797.

Eadem declaratio, iuramento firmata, facta est a R. in processu informativo matritensi pro Ignatii glorificatione:

« A la tercera pregunta dixo que no ay cosa en el dicho libro de la vida del p. Ignacio, que él escribió, que él entienda que es falsa; a lo menos que no se acuerda que aya scripto cosa falsa sabiendo que lo es, antes cree y tiene cierto que todo lo que dize en el dicho libro, moralmente hablando, es verdadero, porque puso gran diligencia y cuidado en guardar entera verdad y en escribir lo que vio y oyó del mismo p. Ignacio, o lo que él contó de sí, o otras personas graves contaron dél, o él pudo sacar de originales y papeles muy ciertos y averiguados. Y assí, todo lo que este testigo dize en el dicho libro que vio y oyó del p. Ignacio, lo vio y oyó dél mismo; y lo que dize aver oydo de otras personas graves, también es verdad que lo oyó como en el dicho libro se contiene »⁵.

Ad confirmationem huius declarationis, tria addidit argumenta: 1° Antequam *Vita* typis mandaretur, iussu patris generalis subiecta fuit examini virorum magnae auctoritatis, quos inter nonnulli cum Ignatio intime egerant. 2° Viventibus adhuc, cum liber in lucem prodiit, multis qui sanctum conditorem noverant, nullus ex his falsa esse reperit facta in libro contenta. 3° Cum durante tertia Congregatione generali, a. 1573, liber lectus fuit ad mensam, p. Mercurianus, generalis, iussit patrem Iacobum Jiménez interrogare omnes et singulos patres praesentes, an falsitatem reperissent. Cui interrogationi, omnes negative responderunt, vel si quid repererunt, actum est de punctis exigui momenti. Re quidem vera, nonnulla notata sunt tum in illa occasione, tum postea, prout legenti censuras ad calcem huius voluminis editas, apparebit, sed semper actum est, vel de rebus omnino parvis, vel de iis quae ad vitam sancti Ignatii non pertinebant, qualia sunt ea quae de missionibus dicuntur.

In prologo « A los Hermanos en Christo carísimos de la Compañía de Jesús », ipse Ribadeneyra nobis suos fontes informationis aperit; fuerunt autem: propria experientia, *Acta antiquissima* a patre Cámara conscripta, ea quae Ignatii socii vel verbo vel scripto Ribadeneyrae retulerunt:

« Contaré lo que yo mismo oí, vi y toqué con las manos en Ignacio, a cuyos pechos me crié desde mi niñez y tierna edad... Por esta tan íntima conversación y familiaridad que yo tuve con nuestro padre, pude ver y

⁵ *Scripta* II 153. Certe in *Vita* non desunt errores vel res minus accurate dictae, quas in annotationibus indicare conabimur. Quod dicitur ex gratia capite IX libri II de tentatione a Simone Rodrigues habita Bassani, nihil videtur esse nisi transpositio eventus qui in Lotharingia locum habuerat.

notar no solamente las cosas exteriores y patentes que estaban expuestas a los ojos de muchos, pero también algunas de las secretas que a pocos se descubrían. También diré lo que el mismo padre contó de sí, a ruegos de toda la Compañía [hic refert quonam modo *Acta* scripta fuerint]... Escribiré así mismo lo que yo supe de palabra y por scripto de nuestro padre maestro Laynez ... »⁶.

Unde, praeter ea quae ab ipso visa vel audita sunt, fontes praecipui sunt *Acta antiquissima* (sic dicta Autobiographia) et Lainii epistola ad Polancum, a. 1547 scripta.

Vita in *Actis antiquissimis* praecipue innititur; hoc ei magnum momentum confert⁷. *Vita* nihil fere est nisi humanistica explanatio rerum quae in *Actis* continentur. Ribadeneyra sibi comparavit exemplar *Actorum* ubi primum a Câmara scripta sunt. Ignatius ipse fecit ut Ribadeneyrae opus illud traderetur, antequam hic in Flandriam et P. Câmara in Lusitaniam venirent⁸. Cum iter instaret, nec posset Rib. per se ipse documentum transcribere, hoc munus commissum fuit fratribus Sebastiano Romei et Benedicto Perera. Ribadeneyra suum exemplar *Actorum* retinuit, secumque illud adduxit cum in Hispaniam translatus est. Cum testis fuit in processibus matritensibus a. 1606, hoc exemplar servabatur in Collegio Imperiali illius urbis.

Dependentia *Vitae* ab *Actis* apparet ex attenta analysi primi libri et magnae partis secundi. Ribadeneyra introducit in sua narratione integram substantiam documenti. Sequens usum sui temporis, facta in *Actis* contenta exornat. Ut clarum est, necessaria fit distinctio inter substantiam factorum et formam litterariam qua facta exponuntur.

Alius fons primarius Ribadeneyrae fuit *Lainii epistola de S. Ignatio*. Scimus eum possedisse non iam exemplar aliquod documenti, sed ipsum originale, quod probabiliter secum Matritum adduxit cum in Hispaniam a. 1574 destinatus est. Certe originale hoc Matriti servabatur quo tempore ibi processus tum informativus (a. 1595) tum remissorialis (a. 1606) facti sunt. Hoc scimus ex ipsius Ribadeneyrae declaratione⁹. Usus epistolae Lainianae non adeo late patet quam usus *Actorum*. Adsunt tamen loci in quibus Ribadeneyra fortasse exclusive pendet a Lafnez, quale est caput VII libri II, ubi describitur iter sociorum Ignatii Parisiis Venetias versus.

⁶ Infra, p. 69.

⁷ Vide FN I 343-346; AA. SS. § XCII, nn. 962-964.

⁸ FN I 344.

⁹ *Scripta* II 156.

« Destos originales se ordenó y sacó casi toda esta historia », dicit Ribadeneyra in suo prologo. Non tamen fuerunt fontes unici, neque hoc fieri poterat, nam *Acta* referunt tantum ea quae evenerunt ante Societatis confirmationem a. 1540. Epistola autem Lainii, licet scripta a. 1547, pauca facta continet quae post dictam confirmationem evenerunt.

Alii fontes enumerandi sunt :

1°. *Memoriale* Beati Petri Fabri. 2°. Litterae S. Ignatii ad Agnetem Pasqual de peregrinatione palaestinensi, nunc amissae et de quorum existentia ab uno Ribadeneyra edocemur¹⁰. 3°. Documenta de deliberationibus Romae habitis a. 1539, ante Societatis confirmationem. 4°. Lainii exhortationes in Collegio Romano a. 1559 quibus ipse affuit. 5°. Ephemeris spiritualis S. Ignatii. 6°. Ignatii epistolae. 7°. *Memoriale* Ludovici Gonçalves de Câmara. Viceversa Ribadeneyra quandoque fuit fons pro *Memoriali*¹¹. 8°. Bullae et alia pontificia documenta concessa ante *Vitae* editionem. Duae bullae integrae in *Vita* inseruntur: bulla « Exposcit debitum » data a Iulio III die 21 iulii 1550, et bulla « Ascendente Domino » Gregorii XIII, die 25 maii 1584. Utrumque documentum Societatis institutum confirmat, estque eius authentica declaratio.

Fontes supra recensiti tales sunt pro duobus primis *Vitae* libris. Pro libris III et IV, qui in illustrandis laboribus Societatis eiusque foundationibus versantur, suntque compendiaria historia primae evolutionis Societatis, Ribadeneyrae usui fuerunt, praeter memoriam personalem, epistolae undique Romam missae, testimonia coaevorum et quidquid sollerti historico prae manibus habere licuit.

Liber V, qui de sancti Ignatii virtutibus agit, nobis exemplum est diligentiae a Ribadeneyra adhibitae in rebus ponderandis et definiendis. Eius collectanea, a nobis in secundo volumine edita¹², nihil aliud sunt nisi adversaria pro diversis capitibus huius libri. Ad introductiones annotationesque secundi voluminis lectorem amandamus, ut Ribadeneyrae curam in rebus bene fundandis et in scribendi ratione perpolienda demonstratur.

Fons tandem praecipuus sunt declarationes Ribadeneyrae factae ab ipso Ignatio. Saepe legimus declarationes, quales: « Como él me dixo, según él me contó » et his similia. Si censores

¹⁰ L. I, c. XI, infra p. 156-157. Cf. FN I 1-4.

¹¹ FN I 511 533 546 554-556 568-569 581; II 321.

¹² pp. 408-421.

hoc improbarunt, nobis non displicet scire Ribadeneyrae observationes in immediata rerum observatione saepe fundari.

Prout iam diximus, in processibus asseruit Ribadeneyra nihil contrarium veritati a se scriptum esse. Cum praecipua difficultas adsit in rebus praeter ordinem naturae, suum esse duxit probationes pro his rebus offerre.

Inter eventus extra ordinem numerandus est raptus octiduanus ab Ignatio Minorissae habitus. Nec Ignatius in *Actis*, nec Laínez in epistula ad Polancum, nec quisquam alius inter antiquissimos de Ignatii vita scriptores, hoc mirum factum retulerunt. Primus illius testes quem novimus Ribadeneyra est, et quidem iam a prima *Vitae* editione libro I, capite VII. In processibus, suos de hoc eventu fontes aperuit. Ribadeneyra illum accepit Barcinone anno 1544 ex ore Elisabethae Roser, cum haec Ignatii pia benefactrix sub oboedientia Ignatii admitti petebat. Non fuit illa testis praesentialis, sed rem scivit ex ore: « de los mismos que en Manresa se havían hallado presentes y velado al padre cuando estaba en aquel arrobamiento ». Testis etiam fuit Ioannes Pasqual, Agnetis Pasqual filius, cum a. 1574 Ribadeneyra Barcinone constitit. Ioannes Pasqual raptui ignatiano praesens fuerat cum esset aetatis sexdecim annorum, illoque per motus matri suae nuntiavit apparentem Ignatii mortem his verbis: « mare, et sant es mort ». Haec sunt duo testimonia a Ribadeneyra adducta¹³, de quorum auctoritate iudicium lectori relinquimus.

Alia res admiratione digna fuit visio Ignatii prope Romam. Ribadeneyra testem adhibet patrem Laínez in exhortatione habita Romae, a. 1559. « Nos lo contó el p. Laynez a los padres y hermanos que estábamos en Roma, en una plática, declarándonos el *Examen general* del p. Ignacio y de nuestro Instituto, y yo me hallé en aquella plática, y la oý de la misma manera que escribo ». Idem fere repetit in *Vita* l. II, c. XI, atque etiam in processibus.

Post haec, in *Vita* Ribadeneyra sequentia addit quae notatu digna sunt: « He querido particularizar los originales que tengo desta visitación divina, por se tan señalada y de tan grande confianza para los hijos de Ignacio; y lo mismo podría hacer en las demás que en esta historia se cuentan, pero déjolo por evitar prolijidad »¹⁴.

¹³ *Scripta* II 155-156.

¹⁴ Lib. II, cap. XI, ad finem, p. 275.

Amor veritatis in Ribadeneyra apparet etiam in prologo secundae editionis tum latinae tum hispanae. In hac, postquam asseveravit se semper egisse: «teniendo la verdad que escribo delante, y no apartándome della», haec subiungit explicans additamenta in nova editione inducta: «De las añadidas ay algunas que yo no supe cuando le compuse. Aunque hize todas las diligencias posibles para saberlas todas... Otras ay que, aunque avian venido a mi noticia, no las tenía yo por tan averiguadas, que quisiese escreviras, hasta agora que las he sabido de raíz».

Ex dictis apparet quanta fides Ribadeneyrae assertis sit tribuenda. Conatus est ille quidem adhaerere veritati. Attamen, hoc etiam admittendum est: ubi Ribadeneyra non agit tamquam immediatus testis, eam vim eius asserta habent quae ex fonte derivat. Iam, hic fons vel ab ipso auctore traditur, vel faciliter a lectore inveniri potest. Forma litteraria aliquando res amplificat, non tamen eas mutat vel deformat.

CAPUT V

QUAESTIONES VARIAE

1) SCRIPTA IGNATIANA RIBADENEYRAE PRAETER VITAM.

1. *Testimonium de Ignatii sanctitate in processu ordinario Matritensi, a. 1595.* P. Claudius Aquaviva, Societatis Iesu quartus praepositus generalis, a. 1595 Ribadeneyram designavit ad promovendam in Hispania causam canonizationis S. Ignatii¹. Ribadeneyra magno studio huic muneri incubuit. Inter alia, epistulas dedit ad patres Congregationis provincialis Toletanae a. 1597², ad P. Virgilium Cepari et ad postulatorem generalem causarum, patrem Laurentium Paoli³. In processibus tum ordinario, tum remissoriali matritensibus, testis vocatus est. Occasione primi processus, testimonium perhibuit de Ignatii sanctitate, quod est perpulchrum veluti complementum *Vitae ignatianae*⁴. In processu remissoriali, fuit testis primus toletanus, ad deponendum vocatus die 11 octobris 1606⁵. Finitis processi-

¹ Litteris datis die 25 septembris. *Scripta* II 260³.

² Ibid. 402-406.

³ Ibid. 513-515; 516-520.

⁴ Ed. in *Scripta* II 150-167.

⁵ *Scripta* II 802 et deinceps, sub titulo: *Primus toletanus*.

bus, opusculum edidit: *Relación de lo que ha sucedido en el negocio de la canonización del Bienaventurado P. Ignacio de Loyola, fundador de la Religión de la Compañía de JESÚS, y de lo que acerca de su beatificación ha hecho la Santidad de Nuestro Señor Paulo papa V este año de 1609. Escrita por el P. Pedro de Ribadenebra de la Compañía de Jesús. Madrid. 1609*⁶.

2. *Tractatus de modo gubernandi S. Ignatii*. Scriptus circa a. 1610, a nobis recens iterum editus in FN III 606-634. Vide ibi praefationem.

3. *Sententiae ignatianae*. Collegit Ribadenebra brevem fasciculum sententiarum S. Ignatii, quae inveniuntur saepe editae tamquam appendix praecedentis tractatus in quibusdam editionibus *Vitae*. De eis v. FN III 634-636.

4. *Vita Ignatii imaginibus expressa*. Quantum Ribadenebra contulerit ad obtinendam Ignatii imaginem, a Claudio Sánchez Coello depictam, ostenditur in relatione facta a Christophoro López, Ribadenebrae socio coadiutore, a nobis iterum edita in FN III 236-249. Ipse López, in *Vita Ribadenebrae*, postquam de illa imagine sermonem fecit, haec addit: «*Hiço los diez y seys quadros grandes de la vida del sancto, de tan buena traça y mano, que pueden parecer donde huviere buenas pinturas ... Y por remate, hizo hazer las estampas de la vida del san[cto], sacadas de los mismos qu[ad]r[o]s, por los mejores oficiales de estampa: que ay en Flandes*»⁷. Quisnam fuerit auctor qui sexdecim illas imagines depinxit, nobis aperit inferius ipse López: «*Pero con deseo que tal rostro [Ribadenebrae], digno de tanta estima, quedase retratado, hize yo que el pintor Juan de Mesa, que hizo los quadros de la vida de nuestro sancto padre, me le retratasse del mismo tamaño de su rostro, a escusa suya; y así lo hizo diez años antes que muriesse*». Patet ergo pictorem fuisse Ioannem de Mesa († 1614)⁸. Ex eius pictis tabulis retractae sunt quattuordecim imagines in aes incissae, manu insignium

⁶ SOMMERVOGEL, VI 1755 n° 15; PALAU, *Manual del librero*, VI (ed. 1926) 269.

⁷ *Rib.* II 477.

⁸ THIEME-BECKER, *Allgemeines Lexikon der Bildenden Künste*, XXIV, 427, ubi dicitur Ioannem de Mesa seriem hanc imaginum S. Ignatii depinxisse a. 1604. De his depictis tabulis Ioannis de Mesa v. etiam M. BATLLORI, *La colección pictórica Batllori de Orovis*, in: *Analecta Saora Tarraconensia*, 17 (1944) 161-197, praecipue in appendice: *Juan de Mesa (siglo XVI-XVII) San Ignacio enfermo*, pp. 187-197.

artificum flandrorum, quorum nomina sunt: Theodorus Galle, filius Philippi et frater Cornelii senioris (nn. 1, 6); Cornelius Galle, frater praecedentis (frons, nn. 2, 5, 6); Adrianus Col-laert (nn. 3, 7, 9, 14) et Carolus Van Mallery (nn. 4, 8, 11, 13). Tabulae hae collectae sunt in editione facta Antwerpiae anno 1610, sub titulo: VITA / BEATI PATRIS / IGNATII LOYOLAE / RELIGIONIS / SOCIETATIS JESU / FUNDATORIS / AD VIVUM EXPRESSA / EX EA QUAM / P. PETRUS RIBADENEYRA / EIUSDEM SOCIETATIS / THEOLOGUS / AD DEI GLORIAM / ET / PIORUM HOMINUM USUM / AC UTILITATEM / OLIM SCRIPSIT / DEINDE MADRITI PINGI / POSTEA IN AES INCIDI / ET NUNC DEMUM / TYPIS EXCUDI CURAVIT / ANTVERPIAE / ANNO SALUTIS / CIO.DC.X. — Imaginum mensura est 361 × 285 mm. Tabulae signantur numeris I-XIV. Singulae tabulae referunt facta diversa vitae S. Ignatii, quae ad calcem uniuscuiusque explicantur, adductis locis *Vitae* a Ribadeneyra scriptae, unde desumpta sunt⁹. In aliquibus exemplaribus additur folium non numeratum continens novem S. Ignatii miracula, signata litteris A-I.

Praeter hanc editionem a. 1610, duae aliae factae sunt, altera Lutetiae a. 1612, altera iterum Antwerpiae a. 1622 occasione canonizationis S. Ignatii. En tibi utriusque frontem:

VITA / BEATI PATRIS / IGNATII LOYOLAE / RELIGIONIS / SOCIETATIS IESV / FVNDATORIS / ad vivum expressa / ex ea quam / P. Petrus Ribadeneyra / eiusdem Societatis / theologus / Ad Dei gloriam / et / Piorum hominum usum / Ac utilitatem / Olim scripsit / Deinde Madriti pingi / Postea in aes incidi / Et nunc demum / Tipis excudi curavit / Lutetiae / Anno salutis n 1612. — Ad calcem: « A Paris par Jean le Clerc / Rue Sainct Jean de latran¹⁰.

⁹ Descriptionem singularum tabularum vide sis apud *Rib.* II 479-481. Huius editionis originalis rariora sunt exemplaria. Unum adest Romae in Bibliotheca nationali, aliud incompletum item Romae in Bibliotheca nostri Instituti historici. Recens iterum edita est minore forma, cura patris P. Tacchi Venturi: *S. Ignazio di Loiola nell'arte dei secoli XVII e XVIII* (Roma, Casa editrice Alberto Stock, anno 1929). Tabulae VII-XIX sunt omnes tabulae desumptae ex editione Antverpiensi a. 1610, excepta fronte et tab. XII quae nihil est nisi Urbis Romae delineatio in qua designantur domus et pietatis opera a S. Ignatio fundata vel promota.

¹⁰ PALAU, *Manual*, VI 269. Huius editionis notitia et valde imperfecta imaginum reproductio habetur in versione slovacica *Vitae* brevioris: *Zivot*

VITA / SANCTI PATRIS / IGNATII LOYOLAE / RELIGIONIS / SOCIETATIS IESV / FVNDATORIS / AD VIVVM EXPRESSA / EX EA QVAM / P. PETRVS RIBADENEYRA / EIVSDEM SOCIETATIS THEOLOGVS / AD DEI GLORIAM / ET / PIORVM HOMINVM VSVM / AC VTILITATEM / OLIM SCRIPSIT / DEINDE MADRITI PINGI / POSTEA IN AES INCIDI / ET NVNC DEMVM / TYPIS EXCUDI CVRAVIT / ANTVERPIAE / APVD IOANNEM / GALLAEVM — [Sine anno] ¹¹.

Haec est *Vita* imaginibus impressa quae cum nostro Ribadeneyra relationem habet. Nostrum non est disserere de aliis *Vitis* similibus: altera edita est a. 1609, curantibus patribus Nicolao Lancicio et Philippo Rinaldi ¹². Constat 79 imaginibus desumptis, prout asserunt, e tabulis a Petro Paulo Rubens depictis. Saepius alias edita est, additis novis imaginibus. Altera *Vita* in aes incisa est a Hieronymo Wierx (1553-1620), habetque duodecim tabulas exprimentes totidem facta supernaturalia S. Ignatio concessa. Secundum Hamy, qui novam editionem excudi fecit Parisiis a. 1897, Wierx opus suum perfecit a. 1590, editio tamen facta est Antwerpiae, ut videtur post S. Ignatii canonizationem ¹³.

5. *Vita Ignatii in opere Flos Sanctorum*. Inde ab editione *Vitae* ignatianae facta anno 1594, ad calcem operis nuntiavit Ribadeneyra propositum suum scribendi vitam brevioris sancti Conditoris, operi *Flos Sanctorum* addendam, et quidem ut suppleret defectum miraculorum qui in *Vita* longiore a quibusdam animadversus erat. Brevioris hanc vitam addidit Ribadeneyra

svätého Ignáca z Lojoly, vypracovaný dľa Pátra Petra Ribadeneyra S. J. V Budapešti, 1905.

¹¹ Huius editionis facta est nova reproductio a. 1950 Barcinone, cura Patris Ioannis Creixell: *Album histórico ignaciano. Reproducción fotográfica a trascripción del original... A cada lámina acompaña su texto explicativo en español, inglés, italiano y francés*. Barcelona (Tip. Delta) 1950.

¹² De labore patrum Lancicii et Rinaldi in hac editione paranda v. prioris *Memorabilia*, in FN III 707. De hac *Vita* v. BLIARD, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, tom XI, col. 1485, n° 17, a). Ibi dicitur incisio-nes desumptas esse e tabulis a Petro Paulo Rubens depictis.

¹³ A. HAMY S. I. *Vie de Saint Ignace gravée par Jérôme Wierx. Imprimée sur onze des douze planches originales dont elle se compose, et un fac-simile obtenu par photogravure*. Paris 1897. Cf. L. ALBIN, *Catalogue raisonné de l'oeuvre des trois frères Jean, Jérôme et Antoine Wierx* (Bruxelles 1866).

ad calcem secundi voluminis operis *Flos Sanctorum*, anno 1601 et iterum anno 1609 editi¹⁴. Post titulum huius voluminis additur: « Al cabo se pone la vida del Bienaventurado P. San Ignacio de Loyola, Fundador de la Campaña de Jesús ». In editione a. 1601 haec vita occupat paginas 801-876; in editione a. 1609, pp. 1-59 Supplementi. Hanc *Vitam* huic nostrae editioni inserere proposueramus prout supra diximus, sed magnitudo voluminis nostri operis id impedit. In varias linguas, inclusa graeca, brevior haec *Vita* translata est. Intentio auctoris referendi dona supernaturalia Ignatii manifesta est. En tibi elenchum nonnullorum eventuum extra ordinem qui in ea narrantur: p. 814: I. reddit vitam viro qui laqueo se suspenderat; p. 815: moritur quidam qui dixerat Ignatium mereri flammis comburi; p. 820: sanationes quaedam; p. 840: revelationes ab Ignatio habitae, apparitiones S. Petri (cf. *Vitam* l. I, c. I), Beatæ Virginis (cf. *Vitam* l. I, c. II, VI, VII); p. 841: videt in Hostia Christum; a Deo illuminatur; raptus octiduanus (cf. *Vitam* l. I, c. VII); p. 842: Christi apparitiones (*Vita* l. II, c. XI); videt Hoces in caelum ascedentem (*Vita*, l. II, c. XII); Coloniae apparet patri Leonardo Kessel; apparet Ioanni Pascual Barcinone; p. 843: splendor circum caput et vultum Ignatii; p. 844: donum prophetiae; p. 847: odium daemoniorum in Ignatium et potestas huic data contra ipsos; a daemone possessum Azpeitiae liberat; p. 848: alium Romae, alios Laureti et alibi. A p. 855 ad p. 872 refert sanationes corporales. Tandem in eadem pagina 872 cur in his enumerandis longior fuerit explicat his verbis: « Y como no es santo canonizado y propuesto a toda la Yglesia por la S. Sede Apostólica para ser invocado y reverenciado, como son los otros [santos] cuyas vidas escribimos, ha sido necesario referir algunas cosas y milagros más particulares, que en las vidas de otros santos se pudieran cercenar ». Inde apparet, si scopus *Vitae* longioris fuit historia per simplicem eventuum narrationem, hic quaeri directe S. Ignatii glorificationem ab Ecclesia.

2) DE RIBADENEYRAE LINGUA ET MODO SCRIBENDI.

Quamquam hic consideramus *Vitam* sancti Ignatii ut opus historicum, nonnulla breviter dicenda sunt de eius qualitatibus

¹⁴ SOMMERVOGEL, VI 1738, qui tradit diem et annum approbationis: 28 febr. 1608; PALAU, *Manual del Librero*, VI (Barcelona 1926) 270.

litterariis, quae auctori locum honorificum meruerunt inter scriptores classicos hispanos.

Lingua eius latina ab ipsomet Ribadeneyra hoc modo iudicatur: « Scrivo en latín mediano, sin affectación ni barbaria »¹. Quod iudicium veritati consentaneum dicendum est. Auctor noster longis studiis humanisticis efformatus est Lutetiae, Lovanii, Patavii. Notandum est occasione studiorum eius, quae Lainio nimis longe protracta videbantur, Ignatium per Polancum scripsisse celebrem epistolam de studiis humanisticis².

Hispanica lingua Ribadeneyrae « mediocritatem » illam certe superat. Vincentius de la Fuente, in sua praefatione ad editionem operum in *Biblioteca de Autores españoles*³ sibi proponit quaestionem, an Ribadeneyra inter classicos hispanos annumerandus sit. Respondet: « Si la información de clásico se hiciese como la de la nobleza, la ejecutoria de Rivadeneira la hubiese hecho fray Luis de Granada »⁴.

Rib. vixit annis 1527-1611 quibus saeculum aureum linguae hispanicae comprehenditur. Natus Toleti, ab infantia didicit puram linguam hispanam, quam numquam oblitus est in longis annis extra patriam positus. Ipse agovit Dei beneficium: « Porque haviendo yo salido de España de 12 años, y vivido tantos años fuera della, y predicado mucho en italiano y en Flandes en latín, sin exercitar mi lengua natural, ¿quién havía de creer que yo

¹ EN III 489. Alio loco scripsit: « El estylo a mí me parece mediano, a otros más que mediano. Para estos tiempos no lo tengo por malo, si fuese verdad; especialmente que es claro y natural y no affectado, si la philautia no me engaña ». EN III 540. Cf. supra, pp. 10, 11.

² Data die 21 maii 1547. *MI Epp.* I 521-526.

³ Vol. LX, p. XX, 177.

⁴ Significat duas epistulas Ludovici Granatensis ad Ribadeneyram, quas vide infra, p. 57. In priore dicebat: « en nuestra lengua no he visto hasta oy libro escrito con mayor prudencia y mayor eloqüencia y mayor muestra de espíritu y doctrina en la historia y mayor temperamento en alabar su Instituto ». In alia epistula data die 13 augusti 1588, ubi eum laudat ob historiam schismatis Angliae, dicit: « Del estilo no digo nada, porque se nació con vuestra paternidad, y ese había yo menester para alabar esta obra ». Edita a V. de la Fuente, loc. cit. p. 177. Comparatio cum Ludovico Granatensi ab aliis instituta est, prout nos docet Fr. López: « Quando algunas personas alababan el acierto en sus escritos y el estilo tal y tan bueno, y dezían que era mejor quel del padre Fray Luis de Granada (que le tuvo tan aventajado en nuestra lengua), todo lo atribuía a Dios, y dezía que no sabía cómo era aquello, y así se deshazía y lo defendía como si dixeran mal del sancto Fray Luis, favoreciéndole a él, y le alabava y favorecía sus escritos sobre manera ». *Rib.* II 444.

pudiese scrivir lo que he scripto en castellano, y con la aceptación que ha sido recibido, si Vos no me huviéradés movido? ... »⁵. Rib. sibi tribuere poterat id quod de se scripsit Ioannes de Valdés: « hombre criado en el reino de Toledo y en la corte de España »⁶.

Lingua Ribadeneyrae ea est quae viguit inter magnos scriptores asceticos et mysticos hispanos. Potius quam ad fluidam sed non nimis accuratam eloquentiam Ludovici de Granada et ad simplicem facilemque sanctae Teresiae, accedit ad ponderationem et mensuram Ludovici de León. Non fortuito accedit ut prima editio hispanica *Vitae* prodierit eo ipso a. 1583, quo Legionensis in lucem dedit immortale suum opus *Los nombres de Cristo*. Pariter ac Legionensis, Rib. adhaeret principio: « selección, no invención », relate ad vocabula adhibenda, scribens eo modo « que de las palabras que todos hablan elige las que convienen y mira el sonido dellas, y aun cuenta a veces las letras y las pesa y las mide y las compone »⁷. De labore limae Ribadeneyrae haec scribebat eius socius Fr. López: « Gustava mucho de borrar lo que había trabajado y escrito, y decía: ¡qué sabrosa me queda la mano cuando borro algo! »⁸.

Similis illi Ludovici Legionensis, lingua Ribadeneyrae est limpida et clara. Formae expressionis accedunt ad modulum classicum: perfecta correspondentia inter locutiones et membra locutionum, constans aequilibrium, rythmus permanens.

Notandum est Ribadeneyram in editionibus posterioribus, annorum 1595 et 1605, rediisse ad formas populares a Valdés laudatas⁹, et sic eum scribere *truxo*, dum in praecedentibus, ab anno 1583, scripserat *traxo*. Quantum autem ad binas consonas litteras, redit ad formas simplificatas quas Valdés propugnavit, scribens: *dotrina*, *acetó*, *respeto*, *delito*, *inorantes*, dum in prioribus editionibus scripserat: *doctrina*, *acceptó*, *respecto*, *delicto*, *ignorantes*.

Comparatis editionibus, priores annorum 1583, 1584, 1586, vix differunt inter se. In ed. a. 1595 inducuntur variantes, tam

⁵ Rib. I 84.

⁶ *Diálogo de la lengua*.

⁷ Verba Ludovici Legionensis allata a Menéndez Pidal in *La lengua de Cristóbal Colón* (Colección Austral) p. 93. « El lenguaje llano y conciso era el ideal estilístico del siglo XVI, desde Valdés en adelante ». LAPESA, p. 43.

⁸ Rib. II 470.

⁹ MENÉNDEZ PIDAL, *El lenguaje del siglo XVI*, in *Cruz y Raya* (15 de septiembre de 1933) p. 42.

grammaticales quam lexicographicae. Hic transitus in Hispania locum habuit saeculo XVI in finem vertente et ineunte XVII, eo scil. tempore quo incipit declinare periodus illa quam Menéndez Pidal vocat: « de los grandes místicos »¹⁰. Qui particularia voluerit, nostrum apparatus criticum inspiciat, ubi omnes variantes posuimus quas invenimus. Ex earum lectione apparebit differentias quidem adesse, eas tamen non esse adeo magnas, ut ultima editio alia omnino a prioribus dici possit, prout affirmat Vicentius de la Fuente¹¹. Lectio huius nostrae editionis iuvabit etiam ad videndum usum trium parium consonantium, quae versus finem saeculi XVI in hispanica lingua eam mutationem subierunt quae in Hispania viget adhuc: confusionem scil. consonantium fricativarum *z* et *ç*, *s* et *ss*, *j* et *x*, quae in quibusdam regionibus duplicem habebant sonitum, alium sonorum, surdum alium, sed in Veteri Castella eodem modo pronuntiabantur cum sonitu surdo: *ç*, *ss*, *x*, prout nunc in Hispania fit¹².

Ad modum scribendi quod attinet, utitur Rib. formis illis quae sui temporis propriae sunt, ex gr. biblicis allusionibus: « Estávase todavía nuestro Ignacio tendido en una cama, herido de Dios, que por esta vía le quería sanar, y cojo como otro Jacob, que quiere decir batallador, para que le mudase el nombre y le llamase Israel, y viniese a decir: Vi a Dios cara a cara y mi ánima ha sido salva »¹³. Adhibet frequentes dialogos et monologos, praecipue in primo libro, ut cum refert colloquium Ignatii cum fratre suo Martino, Loyolae habitum (Lib. I, cap. III), et tentationes Minorissae superatas (Lib. I, cap. VI). Secundum placita humanismi, personas depingit, nec omittit in fine libri descriptionem physicam et ethopoeiam sui herois (Lib. V, cap. XVIII). Res maxime characteristicae sui temporis secundum Menéndez Pidal, erat usus duplicium verborum et adiectivorum, locutiones parallelae et antitheticae. Placet Ribadeneyrae res exornare pulchris vocabulis. Unum exemplum sufficiat:

« Con los estímulos destes pensamientos andava tan afligido, que ni en la oración hallava descanso, ni con los ayunos v viglias alivio, ni con las disciplinas y otras penitencias remedio. Antes derribado con el ímpetu de la tristeza, y desmayado y caído con la fuerza de tan grave dolor, se

¹⁰ Ibid. p. 45.

¹¹ *Biblioteca de autores españoles*, p. XV.

¹² MENÉNDEZ PIDAL, *El lenguaje del siglo XVI*, p. 57; M. de MONTOLIU, *La lengua española en el siglo XVI*, in *Revista de filología española*, 29 (1945) 153.

¹³ Lib. I, cap. II initio.

prostrava en el suelo, como sumido y ahogado con las olas y tormentas de la mar; entre las quales no tenía otra áncora ni otro refugio sino allegarse, como solía, a recibir el santísimo Sacramento del Altar »¹⁴.

Imagines in sermone Ribadeneyrae non desunt, sed eae sunt fere quas usus sui temporis consecravit, ex gr.: « endereçar la proa de sus pensamientos a otro puerto más cierto y más seguro que hasta allí, y destejer la tela que había tejido, y desmarañar los embustes v enredos de su vanidad »¹⁵.

Ad conclusionem huius nostrae brevis expositionis iuverit adducere sententiam duorum peritorum, qui sunt Marcellinus Menéndez Pelayo et Raphaël Lapesa. Dicit prior:

« Es el P. Rivadeneyra uno de los prosistas más dulces, halagadores y amenos de nuestro siglo de oro. En su estilo todo es apacibilidad, discreta llaneza, perfume de beatitud, sabor de cielo, e ingenua y no aprendida elegancia. Con haber mucho arte, está bien dismulado... Es el P. Rivadeneyra autor más para leído de seguida que para citado y admirado por trezos sueltos »¹⁶.

En verba Raphaëlis Lapesa:

« La *Vida de San Ignacio* del P. Pedro de Ribadeneyra es, sin duda, una de las obras históricas más atractivas del siglo de oro. La técnica humanística, sabiamente aplicada a la vida del fundador y nacimiento de la Compañía de Jesús, da como resultado un tipo nuevo de relato en que la extraordinaria figura del biografiado resalta en toda su vigorosa genialidad. Se aparta del academicismo habitual en la literatura hagiográfica y, frente a la monotonía de ésta, ofrece sabor moderno »... « La crítica ha sido siempre favorable a esta obra, si bien más pronta al encomio que al análisis detenido »¹⁷.

3) INFLUXUS RIBADENEYRAE IN BIOGRAPHOS POSTERIORES.

Ut nihil dicamus de *Vita* Ioannis de Polanco, quae ignota remansit usque ad eius editionem in nostris *Monumentis*, primus post Ribadeneyram Ignatii *Vitam* narravit p. Ioannes Petrus Maffei (1ª editio a. 1585). De relationibus inter utrumque biographum vide ea quae diximus in FN II 37*-38* et FN III 208-236, ubi censuram denuo edidimus Ribadeneyrae in opus

¹⁴ Lib. I, cap. VI.

¹⁵ Lib. I, cap. II.

¹⁶ *Estudios y discursos de crítica literaria*, tomo II, p. 65 (Edición nacional de las obras de M. y P., Madrid, 1941).

¹⁷ LAPESA, *La Vida de San Ignacio del P. Ribadeneyra*, in *Revista de filología española*, 21 (1934) p. 29.

sui aemuli. Maffei fontes suos non indicat. Scimus tamen eum viam aliquanto diversam sequutum esse a suo praedecessore; dum enim Ribadeneyra fontem praecipuum sibi elegit Ignatii autographiam, Maffei hoc documentum minime ignorans¹, sequitur praecipue vestigia Polanci, etiam quando hic errat². Ribadeneyra tamen etiam dux illi est.

Post duos hos biographos, alii novi non apparent usque ad initium saeculi XVII. P. Lancicius, archivi romani optimus cognitor, qui tam multa collegerat de S. Ignatio dum annis 1601-1606 patrem Orlandini iuivit in paranda Historia Societatis³, opus suum de vita S. Ignatii quod meditabatur non absolvit⁴. Post beatificationem S. Ignatii (a. 1609), *Vitas* scripserunt p. Petrus Paulus Bombino italice a. 1615 et p. Georgius Ferus lingua bohemica a. 1619. Occasione canonizationis (a. 1622) aliae *Vitae* apparuerunt, sed sine nova luce. Notanda inter alias ea quae scripta est lingua gallica a p. Petro Morin (edita ipso a. 1622), in *Vita Ribadeneyrae* fundata.

Generatim loquendo, *Vitae* confectae saeculo XVII omnes in praecedentibus nituntur, additis notitiis ex processibus et bullis. Veri fontes, quales sunt Ignatii autobiographia et epistulae, in archivis latent. Exemplo sit *Vita* Ioannis Eusebii Nieremberg (hispanice a. 1631), « resumida y añadida de las bulas y relaciones de su canonización, y de otros graves autores ». P. Andreas Lucas suam edidit Granatae a. 1633. Dicit se ad scribendum motum fuisse eo quod biographi praecedentes non pauca omiserint, qualia sunt de virtutibus theologalibus Ignatii, de miraculis et divinis illustrationibus. Verumtamen Ribadeneyram defendit, quia « no es razón poner tacha en uno de los grandes historiadores ... que pintó el retrato vivo de S. Ignacio con tan estremado pincel y vivos primores de espíritu y eloqüencia, realçando de punto en muy subidos quilates nuestra lengua propia española, que le podemos llamar el Livio y Tulio christiano de nuestros tiempos ». Ipsum ducem sequitur: « sus pisadas seguiremos en esta historia, añadiendo, o lo que no llegó a su noticia, o per serle entonces dudoso dejó ... o le hizo pasar entre renglones la modestia y ni-

¹ Vide FN I 346.

² Ibid. et FN II 509.

³ Cf. FN III 639.

⁴ In prologo sui opusculi *Gloria Sancti Ignatii*, scribit: « ... reservans caetera pro alio opusculo, quod ... cupio scribere de vita Sancti Ignatii » Cf. FN III 696.

4 · MON. IGNAT. - VITA IGNATII LOYOLÆ

mio recato y el temor de un santo tan emulado y perseguido, cuya vida escribía ».

P. Daniel Bartoli, cuius prima editio *Vitae* facta est Romae a. 1650, Ribadeneyram laudavit: « la cui penna il tien tuttora vivo e chiaro al mondo ». De suis fontibus haec dicit: « le trarrò [le memorie] non da verun moderno scrittore, ma da quelle prime fonti, onde furono derivate anco le altre pubblicateci da principio: dico, dagli autentici manoscritti del Santo, e de' Padri Pietro Fabro, Diego Lainez, Simone Rodriguez, Pietro Ribadeneyra, Giovanni Polanco, Luigi González, Girolamo Natale, Olivier Manareo ... Oltre a ciò, da molti e gran volumi di lettere; e da quello che ne' processi per la canonizzazione deposero seicento settantacinque testimoni, che ne furono esaminati »⁵. Scimus re vera Bartoli prae manibus habuisse documenta archivi romani Societatis, et inter alia narrare voluisse ea quae vel nescierunt, vel scribere omiserunt « gli antichi e legittimi scrittori delle sue azioni, il Ribadeneyra, l'Orlandini, il Maffei »⁶. P. Iosephus Boero, Societatis archivo olim praefectus, in sua editione a. 1863 *Vitae* Ribadeneyrae, haec de Bartoli asserit: « Converrebbe che essi vedessero, come io ho veduto, i grandi spogli che questo infaticabile uomo [Bartoli] ha fatto di grandi fasci di lettere e di scritture e di libri, appuntando minutamente ogni cosa nei suoi repertorii, per quindi esser fedele ed esatto nello stendere con tutta verità le sue storie ».

In Gallia saeculo XVII *Vitas* scripserunt patres Ioannes de Bussières (ed. Lugduni a. 1670) et Dominicus Bouhours (ed. Lutetiae a. 1679). Humanista hic praeclarus, eleganti modo scribendi usus temporis Ludovici XIV, facta essentialia pertexuit quae apud Ribadeneyra, Maffei et Bartoli invenit additis processibus in ordine ad canonizationem et bullis de Societatis Instituto.

Quid simile fecit in Italia Ludovicus Carnoli (usus pseudonymo Virgilii Nolarci) a. 1687, qui etiam habuit prae manibus scripta patrum Orlandini et Lancicii.

In Hispania *Vitam* typis mandari fecit a. 1686 p. Franciscus García. De suis fontibus dicit: « se ha sacado principalmente de las historias de Ribadeneira, Mafeo, Orlandini, Andrés Lucas, Eusebio, Bartoli ». Sed habuit etiam « otros papeles manuscritos de los padres Diego Laynez, Alonso de Salmerón, Juan

⁵ p. 25.

⁶ Ib. p. 23.

de Polanco, Pedro de Ribadeneira, Luis González ... también de las apuntaciones que el mismo Santo escribía de los favores que le hacía Nuestro Señor; y finalmente, de los procesos ... Todos los cuales papeles originales y auténticos hallé en el Archivo del Colegio Imperial de la C. de J. de Madrid, y los he tenido en mi poder ». Pro certo habendum est haec manuscripta documenta ea esse quae Ribadeneira penes se habuit et Matriti reliquit (vide supra, p. 37). Horum usus fontium singularem valorem confert, sicut etiam operi patris Bartoli, *Vitae* cuius auctor fuit p. García.

Saeculo XVIII prodiit volumen septimum mensis Iulii operis *Acta Sanctorum* (Antwerpiae 1731), in quo organice colliguntur omnia quae de sancto Ignatio reperire licuit et ignatiana Autobiographia primo in lucem profertur. P. Ioannes Pien (Pinius) in redigendo suo *Commentario praevio* uti potuit quamplurimis documentis Archivi Romani Societatis, sibi a p. Ignatio Pien, fratre, Româ transmissis. Inter biographos S. Ignatii, Pinius primum locum tribuit Ribadeneirae, cuius iam in prima linea sui Commentarii hoc modo laudes intexit: « Reverendus pater Petrus Ribadeneira, inter eos omnes, qui in illustrandis sanctissimi Parentis ac Fundatoris nostri gestis operam posuere, praecipuam laudem promeritus » ... In ipso Commentario haec addit: « Ceterum, omnibus egregii biographi dotibus Ribadeneira admodum excelluit. Fuit enim rerum, quas scripsit, scientissimus; documentorum, unde scriberet, instructissimus; veritatis tenacissimus in materia et forma scribendi; in rerum autem delectu, si quis alius, accuratus; quibus omnibus magnum superaddit auctoritatis pondus, integritas vitae plane singularis ». Non solum autem in suo *Commentario* auctoritate Ribadeneirae Pinius saepissime nititur, sed, id quod maximum est, integram eius *Vitam* ignatiana in opere suo inserit, post Ignatii autobiographiam, ex editionibus Antwerpiensi 1587 et Coloniensi 1622, mutata divisione librorum et capitum, additis etiam ad calcem capitum nonnullis annotationibus.

Studium evulgandi doctissimas lucubrationes Bollandistarum, biographos induxit ad *Vitas* scribendas, quae inexhausto illo thesauro uterentur. Talis fuit in Italia intentio patris Antonii Francisci Mariani (Bononiae a. 1741), in Hispania autem patris Francisci Xaverii Fluvia (Barcinone a. 1753).

Societatis expulsionem et sequens suppressio secum attulerunt, ut obvium est, suspensionem operum de sancti Ignatii vita. Haec resumuntur saeculo XIX. Anno 1848 p. Christophorus Ge-

nelli edidit Oeniponte *Vitam* quae duces habet priores biographos, inter quos etiam Mariani, *Acta Sanctorum*, sed etiam optima documenta, qualia sunt Autobiographia, Ignatii epistulae in lucem datae a p. Menchaca, nonnullaeque aliae a patre Puyal transmissae. Apparet in Genelli studium directe fontes adeundi, unde eius opus ad criticam modernam prope accedit. P. Victor Kolb opus eius iterum imprimi fecit cum additionibus, anno 1894.

In ipso saeculo XIX sentiunt biographi studium iterum lectoribus offerendi opera duorum magnorum biographorum Ignatii, Ribadeneyrae et Bartoli. P. Carolus Clair, ad id incitatus a praeposito generali Petro Beckx et ab historico patre Elesbano de Guilhermy, curavit a. 1891 editionem gallicam *Vitae* nostrae, additis ad finem capitum notitiis diversis ad complendum textum Ribadeneyrae. Librum quintum in compendium redegit.

Quid simile fecit a. 1893 p. L. Michel cum opere patris Bartoli, addita gallica versione ephemeridis spiritualis sancti Ignatii, ex eius prima editione, a patre Ioanne Iosepho de la Torre curata.

Haec dicta sufficiant, usque ad saeculum XX.

4) RIBADENEYRAE CURSUS VITAE.

Natus Toleti die 1 novembris 1526⁷, filius erat Alvari Ortiz de Cisneros et Catharinae de Villalobos. Cognomen sibi assumpsit aviae maternas. Nomen Ribadeneyrae variis modis scriptum invenitur. Ipse saepissime nomen suum abbreviatum scribebat. Unum certum est: usus constans litterae *b*, exclusa *v*. In scriptis hispanis praevallet usus *y*, quam litteram invenimus in subscriptionibus et in editis libris lingua hispanica. Ideo eam formam adhibemus.

Anno 1539 mense maio, cum cardinalis Alexander Farnese Toleti inveniretur, missus a Paulo III occasione mortis imperatricis, Caroli V uxoris, petivit a matre Petri ut hunc secum Romam adducere permitteret « prometiéndome de hazerme grande hombre, come él dezía »⁸. Dum Romae servitio cardinalis additus esset, quodam die rixa orta est inter amicos, Ribadeneyra domum redire noluit « a lo que se puede creer por miedo de los azotes ». Confugit tunc ad doctorem Petrum Ortiz, cuius curae puerum mater tradiderat. Is Petrum Ignatio commisit die 18

⁷ *Rib.* I, p. VI.

⁸ *Ibid.* p. 7.

septembris 1540, novem ante diebus quam Societas Iesu a Paulo III confirmaretur⁹. Viginti circiter menses Romae sub Ignatii magisterio remansit, simul patres adiuvans tamquam scriba. Misus Lutetiam ad studia perficienda, paulo post Lovanium confugere debuit ob exortum bellum inter Carolum V et Franciscum I; sed etiam haec commoratio brevis fuit. Ineunte februario 1543 Romam rediit. Post longam periodum luctae interioris et aegritudinis corporalis, die 30 septembris 1545 vota simplicia Societatis emisit¹⁰ et mense sequenti Patavium petiit ad studia continuanda, quibus vacavit quattuor continenter annos. Destinatus a. 1549 ad collegium panormitanum, mense octobri eo se contulit. Anno 1552 iterum Romam evocatus est ut in Collegio Germanico rhetoricam doceret. Sacerdotio initiatus est die 8 decembris 1553. S. Ignatius eum a. 1555 in Flandriam misit ad obtinendam admissionem Societatis in illo territorio, quam non sine difficultate tandem obtinuit die 3 augusti 1556. Anno sequenti, die 3 februarii Romam rediit. Professione auctus die 3 novembris 1560, mense sequenti factus est Tusciae provincialis. Idem munus gessit postea in Sicilia (1562-1565). Post electionem S. Francisci Borgiae ad generalatum (2 iulii 1565), nominatus fuit superintendens Collegii Romani, quo munere fungebatur cum *Vitam* ignatianam scripsit. Prologum eius signavit die 1° maii 1569, pridie quam in Longobardiam proficisceretur, illius provinciae visitator (1569-1570). Postea Romae superintendens domorum Societatis fuit et Hispaniae Assistens (1571) durante itinere S. Francisci Borgiae in Hispaniam. Post electum generalem patrem Everardum Mercurianum, anno 1574, mense iunio, rediit in Hispaniam, ubi vixit primum Toleti et inde ab a. 1583 Matriti usque ad mortem, die 22 septembris 1611. Per hos 37 annos impigre laboravit in compositione suorum operum quae ei meruerunt nomen insigne inter historicos, ascetas et litteratos viros sui temporis.

5) RATIO EDITIONIS.

Ob rationes supra (p. 1) allatas, edimus iuxtapositos textus tum latinum tum hispanum *Vitae S. Ignatii*, inducentes divisionem et numerationem paragraphorum, ut clare perspiciatur alterius textus cum altero correspondentia.

Textus latinus desumitur ex editione altera Matritensi, anno 1586 confecta, ultima ab auctore parata. Eas omnes sententias

⁹ Ibid. p. 9.

¹⁰ Ibid. p. 44; II 297-299; ARSI, *Ital.* 57, p. 272.

et verba quibus hic textus a textu editionis principis (a. 1572) differt, typis italicis distinguimus, ut facile lectori appareat quid editio illa princeps contineat, quid in altera mutatum vel additum fuerit. In apparatu critico afferimus variantes lectiones omnes eiusdem editionis principis.

Textum hispanum exhibemus editionis Operum omnium Ribadeneyrae, Matrili factae anno 1605, cum sit ultimus textus a Ribadeneyra typis mandatus. Verba fideliter transcribimus prout in dieta editione inveniuntur, adhibitis tantum litteris *u v, i j* secundum hodiernum usum. Apparatus criticus affert variantes lectiones unius textus manuscripti qui servatur (M) et quinque editionum hispanarum praecedentium, quae sunt annorum: 1583, 1584, 1586, 1594, 1595, quas designamus litteris A B C D E. Ubi textus B sequitur textus A et C, omittitur.

Annotationes textui appositae paucae et breves sunt, tum quia moles voluminis maiorem amplitudinem non consentiebat, tum quia multae res et personae illustratae iam sunt in tribus praecedentibus voluminibus huius operis. Quae volumina, ubi ambiguitati non est locus, afferuntur cum indicatione solius numeri voluminis et paginae, intra parenthesim. Sic ex. gr. (I 370) = FN I 370. Salva brevitate, in annotationibus conati sumus omnia puncta declarare quae lectori utilia esse possunt: fontes, locos parallelos, chronologiam factorum, menda, nomina personarum et his similia. Consulto parci fuimus in adducendis auctoribus librorum vel articulorum.

Censuras quindecim, partim ineditas, in varias *Vitae* editiones ad finem voluminis adiungimus. Utiles illae quidem sunt, non solum ad videndum quid de *Vita* senserint coaevi, sed etiam ad puncta non pauca discutienda et dilucidanda.

PROLOGUS PRIMAE EDITIONIS HISPANAE

Al christiano lector ¹.

Este libro de la vida de nuestro padre Ignacio algunos años ha que le escreví yo y le publiqué en latín. Escrevíle en aquella lengua, que es común, porque le dirigí a toda nuestra Compañía, que está estendida y derramada casi por todas las naciones del mundo. Agora le he traducido y añadido en nuestra lengua castellana, para que nuestros Hermanos legos de España y otras personas devotas y desseosas de saber los principios de nuestra religión, que no saben la lengua latina, puedan gozar y aprovecharse dél en la suya. En lo qual no he usado de officio de intérprete que va atado a las palabras y sentencias ajenas, sino de autor que dize las suyas. Y assí, teniendo la verdad que escrivo delante y no apartándome della, no he mirado tanto las

1-10 *Textus M, loco Auius Prologi, sequentem habet:* IHS. A mis charísimos Hermanos, los Hermanos Coadjutores de la Compañía de Jesús en España. Los años pasados, Hermanos en Christo charísimos, por orden del padre Francisco de Borja, nuestro preposición general, que está en el cielo, yo compuse el libro de la vida del bienaventurado padre Ignacio, padre, guía y capitán nuestro, y fundador desta nuestra religión y mínima Compañía de Jesús. Y, porque le dirigía a toda la Compañía, que está estendida y derramada casi por todas las naciones del mundo, le escribí en latín, por ser para todos más a propósito esta lengua, que es más común y más universal que las otras. Fue Nuestro Señor servido que, como las cosas que en el libro se cuentan son propias nuestras, y ciertas y averiguadas, y que tienen exemplos de muy sólidas y esclarecidas virtudes, con el desseo grande que todos tienen de saberlas para imitarlas, fue mucho el consuelo y el fruto que de la lición deste libro se sacó; y del contentamiento y provecho universal que en toda la Compañía han rescivido los que saben latín y an podido leer y gustar las cosas que en este librito se cuentan, á nascido en los que no le saben mayor gana y desseo de leerle. Y con razón, pues los Hermanos que llamamos en la Compañía Coadjutores temporales (que son los que no tratan de saber letras en ella) no son menos hijos de Ignacio que los demás, ni menos religiosos por no tener letras que los scholares que las tienen, ni por tener el grado menor en los ojos de los hombres, le tienen menos seguro o menos necesario y perfecto en los ojos de Dios, que no estima ni mide la grandeza de los hombres por sus officios y estados, sino por sus coraçones y obras, y por el fervor de la charidad con que andan sus almas abrasadas, y traen como clavo atravossado un vivo y ardiente desseo de hazer y padecer mucho por amor de su Dios y Señor. Pues, para dar contento y consuelo a mis charísimos Hermanos que están en España y no saben la lengua latina, he tomado yo este trabajo de dezirles en la nuestra castellana lo que para edificación de los que la saben escreví antes en latín. En lo qual no he usado de officio ... *Sequitur ut in lín. 10.*

¹ Hic prologus invenitur etiam in tertia editione hispana, post duas epistulas Patris Ludovici de Granada, omittitur in reliquis. In textu manuscripto M adest Epistula ad Fratres Coadiutores Societatis in Hispania degentes, quae in prima iam editione omissa est. In eius locum positus est hic prologus « Ad christianum lectorem ».

cláusulas y sentencias con que ella se dize en latín, aunque tam-
 15 bién he tenido cuenta en procurar que el libro sea el mismo en
 la una lengua y en la otra; de manera que, guardando en la
 una y en la otra la propiedad de cada una dellas, en entrambas
 saque el cuerdo lector de la llaneza y brevedad con que se dizen,
 la verdad y peso de las mismas cosas que se escriben. Algunas
 20 cosas he añadido en este libro de romance y declarado que no
 están en el primero, o no tan explicadas como para el romance
 era menester. De las añadidas ay algunas que yo no supe quando
 le compuse. Aunque hize todas las diligencias posibles para
 saberlas todas; pero como se publicó el libro y se derramó por
 25 toda la Compañía, con esta ocasión se descubrieron en diversas
 partes algunas cosas de mucho peso y sustancia, tocantes a nues-
 tro padre, que no estaban en el libro, de las quales los mismos
 padres de la dicha Compañía me avisaron, y aun hubo otros
 padres de otras religiones que, por la grande caridad que tienen
 30 a la nuestra y devoción a nuestro santo padre, me escribieron
 algunas que yo no sabía, las quales me pareció añadir para agra-
 decer la caridad de los que me las avisaron y aprovechar a los
 demás que las leyeren. Otras ay que, aunque avían venido a
 mi noticia, no las tenía yo tan averiguadas que quisiesse escre-
 35 virlas hasta agora que las he sabido de raíz. También, con el
 desseo de no ser prolixo, dexé de industria algunas que me pa-
 recieron semejantes a otras que contava, de las quales se podían
 sacar las demás. Pero después me ha parecido añadir algunas
 otras, y especialmente aquellas que, aunque son del mismo jaez
 40 con las que antes se contavan, tienen alguna enseñança parti-
 cular para nuestro exemplo y doctrina. Y como tuve tanta cuenta
 con la brevedad, algunas vezes en el libro de latín se apuntan
 más las cosas que se explican. Y estas también he querido yo
 agora explicar más, para cumplir con el desseo de muchos, y
 45 para que, escriviéndose por menudo, mejor se entiendan, y sean
 de mayor fruto y provecho a los hermanos de la Compañía, para
 los quales especialmente esto se escribe. Y allende desto, porque
 algunas cosas se pueden dezir en latín con más brevedad que
 en castellano, assí porque la lengua latina lo lleva mejor, como
 50 porque los que leen aquella lengua comúnmente son más exer-
 citados y perciben mejor en pocas palabras lo que se dize.

Esto he querido aquí dezir para que nadie se maraville si
 hallare más o menos cotejando el libro de romance con el de

23-33 Aunque hize todas — que las leyeren *om.* M A || 49 castellano] romance M A

latín, o viere que contamos algunas cosas propias nuestras y menudas, pues las escrevimos para nuestros hermanos. 55

CARTA DEL PADRE FRAY LUYA DE GRANADA PARA EL PADRE PEDRO DE RIBADENEYRA, DE LA COMPAÑÍA DE JESÚS ¹.

M. R. P. en Christo. Gratia et pax Christi, etc.

Vuestra Paternidad me ha ganado por la mano, porque deseava escribirle y darle las gracias por este libro que los padres de aquí me avían dado, como a hijo antiguo que saben ser yo de la Compañía, el qual he leydo y agora torno a leer la quinta parte, maravillado de la vida y heroycas y admirables virtudes de aquel nuevo espejo de virtud y prudencia, que en nuestros

54-55 o viere — nuestros hermanos *om.* *M quod horum loco addit:* Espero en Nuestro Señor que, así como yo me he movido a hazer esto por obediencia y charidad y deseo de aprovechar a mis charísimos Hermanos con este mi pequeño trabajo, que así ellos le recibirán con alegría y agradecimiento, procurando con todas sus fuerzas de imitar los vivos exemplos de todas las virtudes de Nuestro Padre Ignacio, que tan excelentes y encumbradas en este libro se nos ponen delante, y espeçialmente aquellas que son más propias y más necesarias para la vocación a que el Señor los llamó, y de ser temerosos de consciencia, blandos y tratables, amigos de toda virtud y perfección, devotos y edificativos a los de dentro y fuera de casa, contentos con la dichosa suerte de Martha que les cupo, y zelosos de su Instituto y de la gloria de Dios, que es lo que Nuestro Padre Ignacio les pide y las palabras que usa tratando dello en las Constituciones. Y también será parte de agradecimiento el alcançarme a mí con sus oraciones perdón de mis muchos y graves peccados y gracia para comenzar, a cabo de tantos años, a servir a Dios Nuestro Señor con el fervor y espíritu que deve hazerlo el que, sin merecimiento suyo, tuvo tanta familiaridad con Ignacio y pudo conocer lo que aquí de él escribe, y por esto y por otros muchos respectos tiene más obligación de imitarle y ser verdadero hijo suyo y de la Compañía de Jesús. *Sequitur autographum:* Vuestro menor hermano y siervo en Jesu Christo. P^o de Ribadeneyra.

¹ Exemplar autographum prioris epistulae servatur Matrili, in Bibliotheca Regiae Academiae Historiae, in fasce signato: 11-11-2 / 53. Hae duae epistulae praemissae sunt inde a tertia editione hispana. Prout Ribadeneyrae commendatum fuerat (v. supra, p. 30), non ille eas operi suo addidit, sed tamquam ab editore prolatae apparuerunt, qui eis hanc notationem anteposuit: « El impressor al lector. Estándose imprimiendo este libro, vinieron a mis manos estas cartas del muy Reverendo Padre Fray Luys de Granada, de la Orden de Santo Domingo, para el P. Pedro de Ribadeneyra, de la Compañía de Jesús. Hame parescido ponerlas aquí para que el Christiano lector sepa lo que este excelente varón, y por su santa vida y admirable doctrina tan conocido y estimado en el mundo, siente desta presente obra. Y aunque el autor della no quiso ponerlas en la segunda impresión que hizo deste libro, y sé que no ha de gustar dello, todavía me he atrevido a ponerlas en esta tercera, porque el libro no carezca de testimonio tan grave, y el que le leyere dexee de gozar del estylo y espíritu del padre Fray Luys, que en ellas (como en todas las demás obras suyas) resplandecen ».

- 10 tiempos embió Dios al mundo para salud de infinitas almas. A todos mis amigos sin rezelo de lisonja he dicho lo que siento deste libro, y es que en esta nuestra lengua no he visto hasta oy libro escrito con mayor prudencia y mayor eloqüencia y mayor muestra de espíritu y doctrina en la historia y mayor
- 15 temperamento en alabar su instituto, sin perjuyzio de todas las Ordenes (antes con grande loa de todas ellas y de sus institutos), y más discretas y concluyentes razones para defender y aprobar los suyos, de quantos ay en semejantes o desemejantes materias escritos. Y ha propuesto V. P. a todos los hijos de la Compañía
- 20 un perfectissimo dechado de todas las virtudes del padre della, que ellos trabajarán siempre por imitar, y nuestro Señor pagará a V. P. el fruto deste trabajo y el beneficio perpetuo que en esto haze a todos sus hermanos, presentes y venideros. Y fue cosa muy conveniente hazer V. P. esto en este tiempo, donde da
- 25 testimonio de muchas cosas como testigo de vista, y otras que passó con el padre; y haze más verdadera su historia, pues se escribió en tiempo de tantos testigos de vista, donde no era lícito desviarse un cabello del hilo de la verdad. Por aquí tengo entendido ser verdad lo que dixo Quintiliano, que la eloqüencia
- 30 era virtud y parte de la prudencia, por ser ella prudentia dicensi. Sea nuestro Señor bendito que guió a V. P. en esta derrota por camino tan derecho, que sin embidia alabó su Orden y sin querella engrandeció las otras. El qual more siempre en la muy religiosa alma de V. P. con abundancia de su gracia.
- 35 De Lisboa, víspera de San Juan, de 1584.
D. V. P. siervo indigno por Christo

Fray Luys de Granada

CAPÍTULO DE OTRA DEL MISMO PADRE, RESPONDIENDO A UNA DEL PADRE RIBADENEYRA.

- Quanto toca al libro de V. P., confesso que no dixé en la carta (de 23 de junio) todo lo que siento. El fruto dél será que
- 5 el padre Ignacio no murió, sino que está tan bivo retrato de virtud en essas letras, como si lo estuviera entre nosotros; y ay lo tienen siempre bivo sus hijos, para ver en él, no la carne y sangre sino su espíritu y vida y exemplos de virtudes. Y lo que más noté en esta historia es que el que escribe la vida de un
- 10 santo ha de participar el mesmo espíritu dél para escribirla co-

mo conviene; lo qual aprendí, no de Quintiliano, sino de S. Buenaventura, que escribe la vida de su padre S. Francisco, y como él participava el mismo espíritu del santo, assí la escribe muy bien escrita, aunque las palabras no sean ciceronianas. Y para dezir la verdad sin lisonja, esto fue lo que más en su historia me contentó, porque en ella vi en el hijo el espíritu de su padre; y porque este es don del Padre de los espíritus, a él deve V. P. dar las gracias. Y assí le confesso que ninguna cosa ay en la escriptura que me desagrade, sino que todas me edifican y contentan, y querría por una parte no perdellas de la memoria, y por otra que del todo se me olvidassen, por leer muchas vezes el mesmo libro con el gusto que recibí la primera vez que le leý.

Los milagros que V. P. al cabo refiere, son para mí tanto más admirables que los otros, quanto es de mayor fruto la mudança de los ánimos que la de los cuerpos. San Bernardo refiere en la vida de San Malachías que este santo resuscitó un muerto, y después dize que mudó el coraçón de una muger muy brava, y este segundo tiene por mayor milagro que el primero¹; y tales son los milagros deste santo varón que son las mudanças de coraçones y vidas que él y sus hijos han hecho en todas las partes del mundo. Y ¿qué mayor milagro que aver tomado Dios a un soldado desgarrado y sin letras, y tan perseguido del mundo, por instrumento para fundar una Orden de que tanto fruto se ha seguido y que en tan breve tiempo se ha estendido tanto por todas las naciones del mundo? Sea, pues, bendito el autor de tales maravillas, el qual more en el ánima de V. P. con abundancia de su gracia.

De Lisboa, a 28 de julio.

Indigno siervo de V. P.

Fray Luys de Granada

AL ILUSTRÍSSIMO Y REVERENDÍSSIMO SEÑOR DON GASPAR DE QUIROGA, CARDENAL DE LA SANTA YGLESA DE ROMA, ARÇOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LA ESPAÑAS, CHANCILLER MAYOR DE CASTILLA, INQUISIDOR APOSTÓLICO GENERAL CONTRA LA HERÉTICA PRAVEDAD Y APOSTASÍA EN LOS REYNOS DE SU Magestad, y DE SU CONSEJO DE ESTADO.

Ilustríssimo y Reverendíssimo Señor.

Es tan grande y tan antigua la obligación y, conforme a ella, el desso que toda esta nuestra mínima Compañía de Jesús

¹ PL., 182, 1103.

10 tiene de servir a V. S. Ilustríssima, que tengo yo por muy grande
merced de Dios N. S. ofrecérseme tan buena ocasión de mostrar
este nuestro reconocimiento y desseo, con dirigir a V. S. Ilus-
tríssima el libro de la vida de nuestro Padre Ignacio, padre y
fundador desta nuestra religión, y con publicarle debaxo de su
15 nombre y amparo. A lo qual también me ha movido el parecerme
que, aviendo V. S. Ilustríssima favorecido siempre esta nueva
planta y obra de Dios desde que ella casi començó, no le será
cosa nueva ni dificultosa llevarlo adelante (como lo haze obli-
gándonos cada día más con nuevas mercedes y fundaciones de
20 colegios), ni dar con su autoridad fuerça a la verdad que en
esta historia se escribe; pues fue tan grande amigo de nuestro
padre Ignacio y tan familiarmente le comunicó y trató, y por
lo que vio y conoció en él sacará quán fundado en verdad deve
ser todo lo que dél aquí se dize. Y por saber yo esto, he querido
25 dirigir a V. S. Ilustríssima este libro, para que ninguno que le
leyere pueda poner duda en la verdad de lo que se escribe, ni
calumniar lo que ve confirmado con testigo de tanta autoridad,
y defendido y amparado con la sombra y escudo de V. S. Ilus-
tríssima. Aunque no creo yo que avrá ningún hombre christiano
30 y prudente que tal haga. Porque aunque nuestra religión no
fue en sus principios tan conocida de algunos, y les parecía en-
cubierta, como a las vezes lo suele estar el sol quando sale por
la mañana, pero ya, con el favor de nuestro Señor, resplandece
con tanta claridad, que por ninguna manera parece que se puede
35 con razón negar ser esta obra de su poderosa diestra, ni aver
sido el fundador della tal qual convenía que fuesse el que Dios
escogió para plantar y fundar en su Yglesia obra tan grande.
Assimismo he querido renovar con este mi pequeño servicio la
memoria de aquel sancto varón que tanto quiso a V. S. Ilustrís-
40 sima, y a quien V. S. Ilustríssima tanto estimó y amó. Porque
aunque tenga siempre muy fresca y presente esta memoria y
hable dél a menudo con grandes muestras de ternura y amor,
todavía pienso que se holgará V. S. Ilustríssima que por su me-
dio se publiquen las heroycas y esclarecidas virtudes deste siervo
45 del Señor, para que, siendo más sabidas, sean también más esti-
madas e imitadas de muchos. Y toca a mí hazer esto más que
a nadie, assí porque, de averme criado desde niño a los pechos
de nuestro padre, soy testigo de la amistad estrecha que entre
vuestra Señoría Ilustríssima y él huvo, como por la merced tan
50 conocida que V. Señoría Ilustríssima siempre me haze, como a
hijo (aunque indigno) de tal padre. Y cierto que, considerando

yo lo que nuestro bienaventurado padre Ignacio hizo en Roma con vuestra Señoría Ilustrísima, y cómo sin ser buscado le buscó, halló y ayudó, y la cuenta que después tuvo en conservar su amistad y en que los hijos que tenía en España le sirviessen, y que quando el cardenal don Juan Siliceo, con buen zelo (que assí se ha de creer) nos desfavorecía, me dixo a mí que vendría otro arzobispo de Toledo que favoreciesse y abrazasse tanto a la Compañía, quanto el arzobispo Siliceo la desfavorecía; no puedo creer sino que entendió nuestro bienaventurado padre quán grande príncipe y perlado avía de ser vuestra Señoría Ilustrísima en la Yglesia de Dios, y que como a tal tanto antes le mirava y reverenciava.

Suplico hùmilmente a V. S. Ilustrísima perdone este mi atrevimiento, pues se justifica por tantos y tan honestos títulos, y que reciba con esta historia mi voluntad y las voluntades y los coraçones de todos estos sus siervos que, por dessear ser en todo hijos de tal padre Ignacio y servir y acatar a V. S. Ilustrísima con el amor que él le trató, le ofrecen los bivos exemplos y gloriosas hazañas de su vida, para testificar con esto lo que estiman y precian esta deuda, y la affición de servir a V. S. Ilustrísima que de su santo padre heredaron.

Guardé nuestro Señor la persona de V. S. Ilustrísima muchos años, como nosotros se lo suplicamos y la santa Iglesia cathólica lo ha menester.

De Madrid día de los gloriosos Príncipes de los Apóstoles S. Pedro y S. Paulo, de 1583.

De V. S. Ilustrísima y Reverendísima, obediente y perpetuo siervo en Christo

Pedro de Ribadeneyra

CARISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS
SOCIETATIS IESU,

Petrus Ribadeneira salutem.

1. Vitam Ignatii Loiolae, nostrae Societatis autoris omnium-
5 que nostrum parentis optimi, scribere instituto. Magna certe pro-
vincia, tantum excellentium virtutum splendorem verbis non ob-
scurare, et parem rebus scriptionem afferre. Sed in hoc tamen
onere ferendo, multa me sane consolantur. Primum, quod illud
ego, non mea sponte suscepi, sed illius voluntate adductus, cuius
10 apud me autoritas est, sicut debet esse, gravissima. Nam R. P.
Franciscus Borgia, Societatis nostrae praepositus generalis, hoc
mihi onus imposuit, cuius ego vocem Christi vocem putare, eius-
que nutus intueri, summa religione atque observantia debeo¹.
Deinde, quod ad Deum, qui mirabilis in sanctis suis est², et
15 *fons atque origo sanctitatis omnis*, ex hoc meo labore, laudis
aliquid perventurum confido. Ille est enim, qui religiosa omnia
instituta stabilivit, et viam arctam et portam angustam esse ad
beatitudinem docuit³; et ne labore aut perveniendi difficultate
deterriti, animos desponderemus, ipsemet, qui et ostium⁴ et via⁵
20 est, dux etiam noster esse dignatus est; et suo exemplo, tum
compendiariam et *rectam*, tum vero facilem viam atque expe-
ditam nobis efficere. Ille admirabili providentia, omnibus pro-
pemodum saeculis atque aetatibus, divinos quosdam viros, quasi
coelestes faces, in terras mittit; ut singulari evangelicae disci-
25 plinae, et christianae perfectionis ardore flagrantes, ignem illum,

15 fons — omnis] omnis fons atque origo sanctitatis || 21 rectissimam

¹ Vide *Prolegomena*, p. 7.

² Ps. 67, 37.

³ Mt. 7, 13.

⁴ Io. 10, 9.

⁵ Io. 14, 6.

A LOS HERMANOS EN CRISTO CARÍSSIMOS
DE LA COMPAÑÍA DE JESÚS

1. Comienço, hermanos en Christo caríssimos, con el favor divino, a escribir la vida del bienaventurado padre Ignacio de Loyola, nuestro padre de gloriosa memoria y fundador desta mínima Compañía de Jesús. Bien veo quán dificultosa empresa es la que tomo y quánto avrá que hazer para no escurecer con mis palabras el resplandor de sus heroycas y esclarecidas virtudes, y para igualar con mi baxo estilo la grandeza de las cosas que se han de escribir. Mas, para llevar con mis flacos ombros esta tan pesada carga tengo grandes alivios y consuelos. Lo primero, el averla yo tomado no por mi voluntad, sino por voluntad de quien me puede mandar y a quien tengo obligación de obedecer y respetar en todas las cosas. Este es el muy reverendo padre Francisco de Borja, nuestro prepósito general, que me ha mandado escriviesse lo que aquí pienso escribir; cuya boz es para mí boz de Dios, y sus mandamientos mandamientos de Dios, en cuyo lugar le tengo, y como a tal le devo mirar y con religioso acatamiento reverenciar y obedecer¹. Demás desto, porque confío en la misericordia de aquel Señor, que es maravilloso en sus santos² y fuente y autor de toda santidad, que le será acepto y agradable este mi pequeño servicio, y que dél se le seguirá alguna alabança y gloria. Porque, verdaderamente, Él es el fundador y establecedor de todas las santas religiones que se han fundado en su Yglesia. Él es el que nos enseñó ser el camino de la bienaventurança estrecho y la puerta angosta³. Y para que no desmayássemos espantados del trabajo del camino y de las dificultades que en él se nos ofrecen, Él mismo, que es la puerta⁴ y el camino⁵ por do avemos nosotros de caminar

¹ del bienaventurado padre] de Ignacio de Loyola ABCD || ² resplandor del. y claridad M | y esclarecidas sup. ún. M || ³ 14 y respetar marg. M

quem mittere ipse in terram venit ⁶, exsuscitent, et inflammatis
 vocibus atque exemplis, extingui non sinant. Ille Ignatium do-
 navit nobis. Quare de Ignatio quae a nobis dicentur, a Deo pro-
 fecta, in Deum omnia referantur; cuius tanta est erga omnes
 30 homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quae sunt ipsius
 dona ⁷. Quod sancti ipsi agnoscunt et testantur, cum ante illius
 thronum coronas suas capitibus detractas reverenter deponunt.

2. Hue accedit cum aliorum, quos permultos esse intelligo,
 tum vero omnium vestrum, fratres, incensum quoddam haec au-
 35 diendi legendique studium; cui ego quidem, tam honesto praeser-
 tim ac pio, satisfacere pro mea parte vehementer cupio. Quis enim
 cum extremis iis calamitosissimisque temporibus, hanc Societatem
 Dei Opt. Max. beneficio constitutam, et tam longe lateque dissemi-
 natam, atque *brevissimo tempore* toto propemodum terrarum orbe

31 cum] dum || 39 brevissimo tempore] intra annos triginta

⁶ Lc. 12, 49.

⁷ Conc. Trid., Sess. VI, Decr. de iustific. DENZINGER-SCHÖNMETZER,
 1548.

y entrar, quiso ser también nuestra guía y allanarnos con su 30
 vida y exemplo y facilitarnos este camino, que a los flacos ojos
 de nuestra carne parece tan áspero y tan dificultoso. De suerte
 que, mirando a Él y siguiendo sus pisadas, ni pudiésemos errar,
 ni tuviésemos en qué tropezar ni qué temer, sino que todo el
 camino fuese derecho, llano y seguro y lleno de infinitas recrea- 35
 ciones y consolaciones divinas. Este Señor es el que, con mara-
 villosa y paternal providencia, casi en todos los siglos y edades
 ha embiado al mundo varones perfetísimos, como unas lumbre-
 ras y hachas celestiales para que abrasados de su amor y des-
 seosos de imitarle y de alcanzar la perfección de la vida christi- 40
 ana que en el Evangelio se nos representa, atizassen y des-
 pertassen el fuego que el mismo Señor vino a emprender en los
 coraçones de los hombres⁶, y con sus vivos exemplos y palabras
 encendidas le entretuviessen, y no le dexassen extinguir y acabar.
 Assí que todo lo que diremos de nuestro bienaventurado padre 45
 Ignacio manó, como río, de la fuente caudalosa de Dios; y pues
 Él es principio de bien tan soberano, también debe ser el fin
 dél y se le debe sacrificio de alabança por lo que Él obró en
 este su siervo y en los demás, porque es tan grande su bondad
 y tan sobrada su misericordia para con los hombres, que sus 50
 mismos dones y beneficios que él les haze los recibe por servicios,
 y quiere que sean merecimientos de los mismos hombres⁷. Lo
 cual los santos reconocen y confessan, y en señal de este reco-
 nocimiento quitan de sus cabeças las coronas, que son el galar-
 dón y premio de sus merecimientos, y con profundíssimo senti- 55
 miento de su baxeza y con humilde y reverencial agradecimiento,
 prostrados y derribados por el suelo, las echan delante del trono
 de su acatamiento y soberana magestad.

2. Ay también otra razón que haze más ligero este mi tra-
 bajo, y es el desseo grande que entiendo tienen muchos de los 60
 de fuera y todos vosotros, hermanos míos muy amados, tenéis
 más crecido, de oyr, leer y saber estas cosas; el qual siendo (co-
 mo es) tan justo y piadoso, querría yo por mi parte, si fuese
 possible, cumplirle, y apagar o templar la sed de los que la
 tienen tan encendida, pues para ello ay tanta razón. Porque, 65
 ¡qué hombre christiano y cuerdo ay que, viendo en estos mise-
 rables tiempos una obra tan señalada como ésta de la mano de

³² y tan dificultoso *corr. ex* y tan inaccesible *et ex* y lleno de abrojos y espi-
 nas M || ³⁹ y — celestiales *margin.* M || ⁴⁵ diremos] dixéremos *margin.* M || tan sobe-
 rano bien M || ⁵⁵ premio *corr. ex* servicio M | sentimiento *corr. ex* conocimiento M ||
⁵⁷ echan *sup. ún.* M || ⁶¹ tenéis *sup. ún.* M || ⁶² el cual] y M || ⁶⁶ qué hombre
 ay christiano y cuerdo M

5 · MON. IGNAT. · VITA IGNATII LOYOLÆ

40 propagatam intelligat, non iure eius ortum, initia, progressionem
requirat?

3. Atque haec quidem ratio, fratres, cum ceteris nobis communis est; illa praecipua, ut quem ducem sequimur, eius quoque
45 virtutem imitemur. Ut enim illustrium familiarum alumni, suos
quique duces sibi ante oculos ponunt, ut ad eorum normam, vitam
omnem suam et actiones dirigant; sic nos Ignatium, ducem
nobis divinitus datum, et sacrae militiae nostrae antesignanum
et principem proponere nobis debemus, et eminentem illius om-
50 nium virtutum formam, moribus si minus exprimere, certe quoad
possumus adumbrare. Erit etiam fortasse noster hic vobis non
solum utilis, sed etiam non iniucundus labor. Nam qui alicuius
vestigia persequi cupiunt, vitae quoque illius explicatione delectantur;
et cum voluptate audimus, quae cum fructu imitatur.

4. Quid illa, quae extremo loco a me posita, non extrema
55 apud me debet esse, grati videlicet animi pietas, et iucunda
quaedam eius viri recordatio, qui me in Christo genuit, aluit,
educavit? cuius ego piis lacrymis ac precibus meam vitam et
salutem acceptam ferre plane debeo? Quamobrem illius vitae
memoriam, iam prope senescentem, eo etiam ab oblivione homi-
60 num vindicare conabor; ut quoniam parem beneficii gratiam referre
nequeo, referam certe quantam maximam possum. Erit igitur
meus hic scribendi labor, Deo, ut spero, non ingratus, Ignatio
ipsi debitus, vobis, fratres, forsitan fructuosus, alienis minime,
ut opinor, molestus; mihi quidem, etsi propter corporis imbecillitatem
65 gravis, propter officium tamen pietatis iucundus; quem spero
equidem, hac tantarum rerum compensatione, levio-
rem futurum.

Dios, y una religión nueva, plantada en su Yglesia en nuestros días y estendida en tan breve tiempo, y derramada casi por todas las provincias y tierras que calienta el sol, no dessee si- 70
quiera saber cómo se hizo esto? ¿Quién la fundó, qué principios tuvo, su discurso, acrecentamiento y extensión, y el fruto que de ella se ha seguido? Mas esta razón, hermanos míos, no toca a nosotros solos, pero también a los demás.

3. Otra ay, que es más doméstica y propia nuestra, que es 75
de seguir e imitar a aquél que tenemos por capitán. Porque, así como los que vienen de ilustre linaje y de generosa y esclarecida sangre procuran saber las hazañas y gloriosos exemplos de sus antepassados y de los que fundaron y ennoblecieron sus familias y casas, para tenerlos por dechado y hazer lo que ellos 80
hizieron; así también nosotros, aviendo recebido de la mano de Dios nuestro Señor a nuestro bienaventurado padre Ignacio por guía y maestro y por caudillo y capitán desta milicia sagrada, devemos tomarle por espejo de nuestra vida, y procurar con todas nuestras fuerzas de seguirle, de suerte, que, si por nuestra 85
imperfección no pudiéramos sacar tan al vivo y tan al propio el retrato de sus muchas y excelentes virtudes, a lo menos imitemos la sombra y rastro dellas. Y por ventura para esto os será mi trabajo provechoso y también gustoso y agradable, pues el deseo de imitar haze que dé contento el oyr contar lo que imitar se 90
dessea, y que sea tan gustoso el saberlo, como es el obrarlo provechoso.

4. Pero ¿qué diré de otra razón, que aunque la pongo a la postre, para mí no es la postrera? Esta es un piadoso y debido agradecimiento y una sabrosa memoria y dulce recordación de 95
aquel bienaventurado varón y padre mío que me engendró en Christo, que me crió y sustentó, por cuyas piadosas lágrimas y abrasadas oraciones confesso yo ser esso poco que soy. Procuraré, pues, renovar la memoria de su vida tan exemplar, que ya parece que se va olvidando, y de escribirla, si no como ella merece, a 0
lo menos de tal manera que ni el olvido la sepulte, ni el descuydo la escurezca, ni se pierda por falta de escritor. Y con esto, aun-

70 que calienta *marg.* M || 82 bienaventurado *om.* M || 88 por ventura] quisé M || 98 *post* que soy *add.* M y que le devo después de Dios mi vida, mi salud y no solo cuanto bien tengo, sino mi anima y todo mi ser; y así también por este título tan debido procuraré de renovar la memoria de su vida tan exemplar y que parece que se va olvidando || 2 ni se pierda — escritor *marg.* M *corr.* *ex* ni se borre ni se deshaga por falta de escriptor, como suelen otras cosas que vemos acabadas y consumidas con el discurso del tiempo.

5. Et quoniam historiae prima lex veritas est, hoc in primis profiteor, me nihil inexplorati scripturum; sed res mihi notas, 70 certas testatasque literis proditurum. Ea enim in medium afferemus, quae nos ipsi, aut in Ignatio vidimus, aut ex ipso aliquando audivimus. *Siquidem tanta erga me Pater misericordiarum benignitate usus est, ut me puerum ac vix quatuordecim annos natum, nullo meo merito (nondum Societate nostra a Paulo III Pontif. Max. confirmata)*⁸ ad cognitionem Ignatii, atque ad eam familiaritatem adduceret, ut ab eius latere non discederem; sed domi, foris, omnibus in rebus illi praesto essem, eiusque dicta, facta, vultum, motus observarem, magno certe cum animi fructu, magna cum admiratione. Quae quidem tanto in 80 me quotidie magis augebatur, quanto et Ignatii virtus in singulos dies magis enitebat, et mihi eius splendorem, aetate progrediente, perspicere magis licebat. Propter hanc igitur diuturnam consuetudinem et familiaritatem, non solum exteriora et aperta cum multis, verum etiam interiora et recondita *quaedam Ignatii* cum 85 paucis, ex ipso saepe cognovimus. Deinde ea dicemus quae assidua multorum annorum flagitatione victus, et omnium fere patrum contentione, ipsemet Pater, de vita a se ante acta p. Ludovico Gonzali aperuit, idque eo anno, qui eius mortem antecessit, meditato, magnoque consilio fecit⁹.

90 6. Nam ex quo nostra primum Societas est instituta, et clarissimi omnium virtutum radii, quibus Deus animam servi sui Ignatii collustraverat, erumpere atque splendere caeperunt, magno desiderio omnes eius filii affecti sumus ea cognoscendi quae ad vitam patris nostri moresque pertinebant. Quibus videlicet 95 eum rationibus Deus evocasset, quibus initiis, mediis, profectibus

72-82 siquidem tanta — magis licebat om. || 82 Propter hanc igitur] cuius propter || 84 quaedam Ignatii om. || 90-37 Nam ex quo — apud me habeo om.

⁸ Ribadeneyra natus est a. 1526, die 1^o novembris, in Societatis domum receptus die 18 novembris a. 1540. Vide supra, p. 53.

que yo no pueda pagar lo mucho que a tan esclarecido varón devo, a lo menos pagaré lo poco que puedo. Así que será este mi trabajo acepto a Dios Nuestro Señor (como en su misericordia confío), a nuestro bienaventurado padre Ignacio devido, a vosotros, hermanos míos, provechoso, a los de fuera (si no me engañó) no molesto, a lo menos a mí, aunque por mi poca salud me será grave, pero por ser parte de agradecimiento, espero en el Señor que me le hará ligero, y por ser, como es por todos estos títulos, obra de virtud.

5. Y porque la primera regla de la buena historia es que se guarde verdad en ella, ante todas cosas protesto que no diré aquí cosas inciertas o dudosas, sino muy sabidas y averiguadas. Contaré lo que yo mismo oí, vi y toqué con las manos en nuestro B. P. Ignacio, a cuyos pechos me crié desde mi niñez y tierna edad. Pues el Padre de las misericordias fue servido de traerme el año de mil y quinientos y cuarenta (antes que yo tuviese catorze años cumplidos, ni la Compañía fuese confirmada del papa)⁸ al conocimiento y conversación deste santo varón. La qual fue de manera, que dentro y fuera de casa, en la ciudad y fuera della, no me apartava de su lado, acompañándole, escribiéndole y sirviéndole en todo lo que se ofrecía, notando sus meneos, dichos y hechos, con aprovechamiento de mi ánima y particular admiración. La qual crecía cada día tanto más quanto él yva descubriendo más de lo mucho que en su pecho tenía encerrado; y yo con la edad yva abriendo los ojos, para ver lo que antes, por falta della, no veía. Por esta tan íntima conversación y familiaridad que yo tuve con nuestro padre, pude ver y notar, no solamente las cosas exteriores y patentes que estaban expuestas a los ojos de muchos, pero también algunas de las secretas, que a pocos se descubrían. También diré lo que el mismo padre contó de sí, a ruegos de toda la Compañía⁹.

6. Porque, después que ella se plantó y fundó, y Dios nuestro Señor fue descubriendo los resplandores de sus dones y virtudes con que avía enriquecido y hermoseado el ánima de su siervo

⁸ esclarecido *corr. ex* santo M || 5 acepto *corr. ex* agradable M || 10 que me le hará ligero *corr. ex* que me será alegre y apazible; y por todos estos respetos que he dicho, espero en el Señor que me le hará ligero y fácil de llevar y por ser como ... M || 20-25 La qual — admiración *del. N* || 28 veía *vía M* || 28-32 Por esta — descubrían *del. N* || 34-47 Porque después — raíz y principio *om. M*

⁹ Quonam modo obtinuerint patres ut Ignatius vitam suam narraret scriptum reliquerunt tum p. Gonçalves da Câmara, tum p. Nadal in suis prologis ad *Acta*. Vide FN I 354-363.

purgasset, illuminasset, perfecisset. Aequum enim et rationi consentaneum videbatur, eos qui spiritualis huius aedificii lapides essent, scire atque omnino intelligere, quibus fundamentis hoc ipsum aedificium niteretur; et eius potissimum Patris vestigiis insistere, quem coelestis doctrinae magistrum atque huius viae ducem a Deo accepissent. Neque vero fieri poterat ut probe imitaremur, quae plene nobis cognita non essent. Quamobrem, summa diligentia res omnes Ignatii investigavimus, et ex eo ipso preteritae vitae rationes tantopere audire cupivimus, postulavimus, efflagitavimus; ipse vero continuus precibus et ardenti nostrorum studio cessit tandem, et se vinci passus est. Neque enim quae servis suis Deus confert beneficia, ipsis solis confert, sed ad multorum etiam utilitatem; et quanvis illi ipsi qui accipiunt, occultent saepe quae accipiunt, et silentii et humilitatis velo tegant; Deus tamen illos interdum movet et ad proferendum impellit. Ex quo cum beatus Franciscus sacra stigmata, quibus mirabiliter fuerat insignitus, occultare primum quidem vellet, postea tamen dubitare coepit, eane prodere Deo gratius futurum esset; quod cum in consultationem sanctus pater adduxisset, et ex sociis suis quaesivisset, num illustrationem quandam, quam a Deo acceperat, patefacere deberet, an dissimulare ac silentio premere? quidam ex sociis respondit, quod a D. Bonaventura iis verbis memoriae proditum est: « Frater, non solum propter te, sed etiam propter alios, scias tibi ostendi aliquando sacramenta divina; timendum propterea iure videtur, ne, si quod pluribus profuturum accepisti celaveris, pro talento abscondito reprehensibilis iudiceris »¹⁰.

¹⁰ S. Bonaventura in Vita sancti Francisci, cap. XIII. *Sancti Bonaventurae Opera omnia*, t. VIII, Ad Claras aquas (Quaracchi) 1898, p. 543.

Ignacio, tuvimos todos sus hijos grandísimo desseo de entender muy particularmente los caminos por donde el Señor le había guiado, y los medios que avía tomado para labrarle y perficionarle y hazerle digno ministro de una obra tan señalada, como es esta. Porque nos parecía que teníamos obligación de procurar saber los cimientos que Dios avía echado a edificio tan alto y tan admirable, para alabarle por ello, y por avernos hecho por su misericordia piedras espirituales del mismo edificio. Y también imitar como buenos hijos al que el mismo Señor nos avía dado por padre, dechado y maestro, y que no se podía bien imitar lo que no se sabía bien de su raíz y principio. Para esto, aviéndole pedido y rogado muchas veces, en diversos tiempos y ocasiones, con grande y extraordinaria istancia, que para nuestro exemplo y aprovechamiento nos dicesse parte de lo que avía passado por él en sus principios, y de sus trabajos y persecuciones (que fueron muchas) y de los regalos y favores que avía recebido de la mano de Dios, nunca lo podemos acabar con él, hasta el año antes que muriesse. En el qual, después de aver hecho mucha oración sobre ello, se determinó de hazerlo, y assí lo hazía, acabada su oración y consideración, contando al padre Luis Gonçález de Cámara, con mucho peso y con un semblante del cielo, lo que se le ofrecía; y el dicho padre, en acabándolo de oyr, lo escribía casi con las mismas palabras que lo avía oído. Porque las mercedes y regalos que Dios nuestro Señor haze a sus siervos, no se los haze para ellos solos, sino para bien de muchos; y assí, aunque ellos los quieran encubrir, y con su secreto y silencio nos dan exemplo de humildad, pero el mismo Señor los mueve a que los publiquen, para que se consiga en los otros el fruto que El pretende. San Buenaventura dize que quando el glorioso patriarca y seráfico padre San Francisco recibió las estigmas sagradas desseo mucho encubrirlas, y después dudó si estaba obligado a manifestarlas; y preguntando en general a algunos de sus santos compañeros si devría descubrir cierta visitación de Dios, le respondió uno de los frayles: — « Padre, sabed que Dios algunas veces os descubre sus secretos, no solamente para vuestro bien, sino también para bien de otros; y assí teneis razón de temer que no os castigue y reprehenda como a siervo que escondió su talento, si no descubriéredes lo que para provecho de muchos os comunicó »¹⁰.

¹⁰ con — istancia] con toda la instancia del mundo M || 49-50 para — aprovechamiento marg. M || 58 en acabando de oirlo M || 59 post oydo del. in marg. y todo esto tengo yo como entonces se escribió autogr. M || 59-86 Porque las mercedes — entonces se escribió om. M

7. Haec igitur causa fuit, cur permulti sanctissimi viri ea promerent et in hominum utilitatem proferrent, quae occulte, in secreto cordis atque intimis animi sensibus a Deo acceperant. Immo
 25 vero plurimi haec ipsa conscripserunt, et liquidas purissimasque animi voluptates, spiritus suavitates, divina plane et quae omnem sensum exuperant solatia, quibus benignissimus Dominus eos excitabat, sustentabat, inebriabat, et in se (ut ita dicam) transformabat, literis etiam consignarunt. Quae omnia in tenebris certe
 30 iacerent, nisi illi ipsi in lucem protulissent; et nisi Deus, qui tam liberalis erga illos fuit, summa etiam in nos benignitate, sanctos suos permovisset, ut quae in tenebris acceperant, in lumine dicerent, et quae in aure audiissent, praedicarent super tecta¹¹. Quamobrem, hanc Ignatio etiam nostro mentem iniecit
 35 auctorque fuit, ut de se ipse ea Ignatii ore exceperit, et totidem ferme verbis perscripsit. Eaque omnia, quemadmodum tunc quidem scripta sunt, apud me habeo¹².

8. Postremo ea etiam narrabimus, quae a R. P. Iacobo Layne, Societatis nostrae preposito generali, vel sermone, vel scripto¹³ accepimus; qui propter arctissimam coniunctionem et summam cum
 40 Ignatio societatem, in perferendis pro Christo et eius ecclesiae immensis prope laboribus, ipsis illis primis initiis, cum esset tempore ex sociis fere primus ex decem, amore omnium carissimus filius, multa vidit, multa notavit, eaque in quotidiano sermone,
 45 optanti mihi saepe narravit.

9. Ex iis igitur fontibus, haec nostra manarunt. Quae vero incertis autoribus, aut non satis locupletibus dici poterant, ea ne scribenda quidem putavimus. Est enim persuasum nobis, cum in
 50 omni re mentiri turpe esse, tum vero in sanctorum vita referenda turpissimum. Nam neque Deus, ad gloriam suam illustrandam, mendaciis nostris indiget; neque primam et summam veritatem, falsis narrationibus et commentitiis honorare velle, fas est. Atque hoc etiam spe aggredior maiore ad scribendum, quia non de anti-
 55 quissimi alicuius viri sanctitate mihi agendum est, in quo veritati quicquam affingere liceat, nemine propter vetustatem iam refellente; sed haec iis cognoscenda proferimus, quorum permulti

³⁸ ea etiam narrabimus om. || ⁴⁰ post summam add.: ipsis illis primis initiis laborandi etiamque || ⁴¹⁻⁴² in perferendis — initiis om.

¹¹ Mt. 10, 27.

¹² De usu *Actorum* apud Ribadeneyram vide *Prolegomena*, supra p. 37.

7. Y por esta razón ha avido muchos santos que publicaron y aun escrivieron los regalos secretísimos de su espíritu y las dulçuras de sus almas y los favores admirables y divinos con que el Señor los alentava, sustentava y transformava en sí; los quales no pudiéramos saber, si ellos mismos no los huvieran publicado; y si el Señor que era liberal para con ellos, comunicándoseles con tanto secreto y suavidad, no lo hubiera sido para con nosotros, moviéndolos a publicar ellos mismos lo que de su poderosa mano, para bien suyo y nuestro, avían recebido; y por esto movió también a nuestro Ignacio a dezir lo que dixo de sí. Y todo esto tengo yo como entonces se escribió ¹².

8. Escribiré assí mismo lo que yo supe de palabra y por escrito ¹³ del padre Maestro Laynez; el qual fue casi el primero de los compañeros que nuestro bienaventurado padre Ignacio tuvo y el hijo más querido; y por esto, y por aver sido en los principios el que más le acompañó, vino a tener más comunicación y a saber más cosas dél; las quales, como padre mío tan entrañable, muchas vezes me contó, antes que le sucediesse en el cargo y después que fue prepósito general. Y ordenávolo assí nuestro Señor (como yo creo) para, que sabiéndolas yo, las pudiesse aquí escribir.

9. Destos originales se ordenó y sacó casi toda esta historia. Porque no he querido poner otras cosas que se podrían dezir con poco fundamento, o sin autor grave y de peso, por parecerme que, aunque qualquiera mentira es fea e indigna de hombre christiano, pero mucho más la que se compusiesse y forjasse relatando vidas de santos; como si Dios tuviesse necesidad della, o no fuesse cosa agena de la piedad christiana querer honrar y glorifi-

⁹⁰ y el hijo más querido *corr. ex* assí fue también el hijo más querido M || ⁹¹ acompañó *del. en sus trabajos y persecuciones* M || ⁹² como padre — me costó *margin.* M || ⁹³ antes y después que sucedió en el cargo a Ignacio y fue prepósito general M || ⁹⁴⁻⁹⁵ y ordenávolo — para que] las quales, como yo creo, nuestro Señor ordenava que yo supiese, para que M || ⁹⁶ aquí] *corr. ex* yo M || ⁹⁷ casi toda *sup. lin.* M || ⁹⁹ Por parecerme] pareciéndome M || 1 la que — relatando *corr. ex* la que algunos componen en relatar M

¹³ Ribadeneyra habuit exemplar celebris epistulae Lainii de S. Ignatio. *Prolegomena*, p. 38.

coniunctissime cum eo ipso, de quo loquimur, familiarissimeque
vixerunt; ut summum virum iis, qui illum non viderunt, eorum
quibus ille notissimus fuit, virorum et praesentium testimonio
60 commendemus.

10. De instituto autem nostro et omni scribendi ratione,
paucis accipite. Ego cum initio proposuissem Ignatii tantummo-
do vitam conscribere, et praeclara illius exempla hominum me-
moriae commendare, postea tamen animo plus etiam aliquanto
suscepi. Nam quod viderem ab optimis viris nostrique amanti-
65 simis desiderari, et Societatis nostrae ortus atque progressus
cognitionem requiri, illud etiam attingere decrevi breviterque
explicare, Societatem quam longe Ignatius lateque propagaverit,
nonnullaque complecti eorum, quae in universa Societate, dum
ille viveret, *scriptione* digna mihi visa sunt. Quae quidem, quo-
70 niam illo vel duce gesta, vel defensore propulsata, vel modera-
tore constituta sunt, implicata mihi cum eius vita connexaque
ita videbantur, ut seiungi commode secernique non possent. Ne-
que mihi tamen hoc propositum est, omnia ut persequar, sed
ut pauca quaedam deligam, quae vel illustriora sunt, vel Socie-
75 tatis quasi cursum declarant; et quae nisi nunc recenti memoria
literis consignata sint, oblivione forsitan obruantur. De eorum
patrum vita, qui primi Ignatii filii ac socii fuerunt, et vivo Igna-
tio mortui sunt, de nonnullis praeterea, qui pro Christi fide am-
plificanda sanguinem profuderunt, singulatim mentionem facie-
85 mus; de illis, quia nos genuerunt in Christo; de his, quia mortem
naturae debitam, pro Christo potissimum reddiderunt. De iis, qui
adhuc vivunt parce loquimur, de mortuis paulo plenius. « Ante
mortem, ait Sapiens, ne laudaveris hominem quemquam »¹⁴; quasi
dicat, lauda post vitam, magnifica post consummationem.

74 scriptu

¹⁴ Eccli, 11, 30: « ne laudes ... ».

car al Señor, que es suma y eterna verdad, con cuentos y milagros fingidos. Y aun esta verdad es la que me haze entrar en este pié-
 lago con mayor esperanza de buen suceso y próspera navegación. Porque no avemos de tratar de la vida y santidad de un hombre que ha muchos siglos que passó, en cuya historia, por su anti-
 güedad, podríamos añadir y quitar y fingir lo que nos pareciesse. Más escrivimos de un hombre que fue en nuestros días, y que
 conocieron y trataron muy particularmente muchos de los que oy viven; para que los que no le vieron ni conocieron, entiendan que lo que aquí se dixere, estará comprovado con el testimonio de los que oy son vivos y presentes, y familiarmente le comunicaron y trataron.

10. Diré aora lo que pretendo hazer en esta historia. Yo al principio propuse escribir precissamente la vida del bienaventurado padre nuestro Ignacio y desembolver y descubrir al mundo las excelentes virtudes que él tuvo encogidas y encubiertas con el velo de su humildad. Después me pareció ensanchar este mi propósito y abraçar algunas cosas más. Porque entendí que avía muchas personas virtuosas y devotas de nuestra Compañía que tenían gran desseo de saber su origen, progreso y discurso; y por darles contento quise yo tocarlo aquí, y declarar con brevedad cómo sembró esta semilla este labrador y obrero fiel del Señor por todo el mundo, y cómo de un granillo de mostaza creció un árbol tan grande, que sus ramas se estienden de oriente a poniente, y de septentrión al mediodía, y otros acaecimientos que sucedieron mientras que él vivió dignos de memoria. Entre los cuales avrá muchas de las empresas señaladas, que siendo él capitán, se han acometido y acabado, y algunos de los encuentros y persecuciones que con su prudencia y valor se han evitado o resistido y otras cosas que siendo prepósito general se ordenaron y establecieron; y por estos respetos parece que están tan travadas y encadenadas con su vida, que apenas se pueden apartar della. Pero no por esto me tengo por obligado de contarle todo, sin dexar nada que de contar sea; que no es esta mi intención, sino de coger algunas cosas y entresacar las que me parecerán más notables o más a mi propósito, que es dar a entender el discurso de la Compañía; las quales, si aora que está fresca su memoria no se escriviessen, por ventura se olvidarían con el tiempo. Hablaré, en particular, de algunos de los padres que fueron hijos del bienaventurado padre Ignacio y sus pri-

18 al mundo *inarg.* M || 22 muchas *corr. ex* algunas M || 27 creció *corr. ex* se hizo M || 39 parecerán] parezcan M

90 11. Reliquum est, fratres, ut Deum precemur, nostris ut
 coeptis adspiret, et *hos libros quinque quasi* minuta quinque
 pie a nobis ad Ecclesiae sanctae aedificationem, in eius gazophy-
 latium oblata ¹⁵, benigne ad gloriam suam atque ad hominum
 salutem utilitatemque suscipiat. Vos vero, fratres, pro fraterna
 95 et mutua caritate nostra vehementer obsecro, ut a Deo impe-
 tretis, *ut mihi tribuat summum hoc beneficium, ut Ignatii mo-
 rum sanctitatem aliqua saltem ex parte possim imitari.* Cuius
 quidem, si in se deprimendo, constantia; in castigando, severitas;
 in periculis, fortitudo; in turbulentis rebus, tranquillitas; in lae-
 0 tis, moderatio; in omnibus pax et gaudium in Spiritu Sancto;
 si denique lectissimus virtutum eius omnium comitatus assidue
 nobis ante oculos versabitur, rectissimam habebimus regulam at-
 que certissimam, ad quam non solum mores nostros, vitamque
 conformare, sed etiam verum germanumque nostrae vocationis
 5 spiritum examinare possimus; cuius solida effigies et expressa in
 illius vita plane conspicitur.

91 hos libros quinque quasi] et haec minuta || 95 ut a Deo] ut mihi gratiam
 a Deo || 96 ut mihi-beneficium, ut om. || 96-97 Ignatii morum — possim imitari]
 Ignatium morum sanctitate imitandi || 6 post conspicitur add.: Romae Kal. Maii
 M.D.LXIX.

¹⁵ Mc. 12, 41-44.

meros compañeros, y murieron viviendo él; y también de algunos otros que merecieron del Señor derramar la sangre por su santa 45 fe. De los primeros, porque fueron nuestros padres y nos engendraron en Christo; de los segundos, porque fueron tan dichosos, que la muerte que devían a la naturaleza, la ofrecieron a su Señor y la dieron, por confirmación de su verdad. De los vivos diremos poco; de los muertos algo más, conforme a lo que el 50 Sabio nos amonesta, que no alabemos a nadie antes de su muerte ¹⁴, dando a entender (como dize San Ambrosio) que le alabemos después de sus días y le ensalcemos después de su acabamiento.

11. Resta, hermanos míos, que supliquemos hūmil e intensamente a nuestro Señor, que favorezca este buen desseo, pues 55 es suyo, y que acepte estos cinco libros, que como cinco cornadillos yo ofrezco a su Magestad ¹⁵, y con su acostumbrada clemencia los reciba y saque dellos la alabanza y gloria para sí, y provecho y edificación para su santa Yglesia. Demás desto afectuosamente os ruego, hermanos carísimos, por aquel amor tan entreñable que Dios ha plantado en nuestros coraçones y con que nos amamos unos a otros, que con vuestras fervorosas oraciones me alcancéis espíritu del Señor, para imitar de veras la vida y santidad deste bienaventurado padre, cuya constancia en abatirse, la aspereza en castigarse, la fortaleza en los peligros, la 65 quietud y seguridad en medio de todas las olas y torvellinos del mundo, la templança y modestia en las prosperidades, en todas las cosas alegres y tristes la paz y gozo que tenía su alma en el Espíritu Santo, devemos tener nosotros siempre delante, y poner los ojos en aquel lucido esquadrón de heroycas y singulares virtudes que le acompañavan y hermoseavan; para que su vida nos sea dechado y como un verdadero y perfetíssimo dibuxo de nuestro istituto y vocación. A la qual nos llamó el Señor por su infinita bondad, por medio deste glorioso capitán y padre nuestro. Que siguiéndole nosotros por estos passos, como verda- 75 deros hijos suyos, no podremos ir descaminados, ni dexar de alcanzar lo que para sí y para sus verdaderos hijos alcançó.

55 favorezca] con su gracia *add.* M || 56 y que estos cinco libros... El acepte y reciba M || 59 afectuosamente *om.* M || 64 deste bienaventurado Padre] de Ignacio M || 64-65 en el abatirse, su aspereza M || 67 su templança y modestia en las prosperidades y buenos sucesos M || 71-72 para que así su vida M || 74 infinita *corr. ex soberana* M || 75-77 Que siguiéndole — alcançó *corr. aut. ex* Para que, siguiéndole nosotros por estos passos contados no podamos ir descaminados, sino que, como verdaderos hijos suyos, alcancemos lo que él alcançó M

VITAE IGNATII LOIOLAE

LIBER PRIMUS

ORTUS IGNATII ET VITA ANTEQUAM A SAECULI VANITATE CONVERTERETUR

5

CAPUT PRIMUM

1. IGNATIUS Loiola, Societatis Iesu auctor atque institutor, nobili loco natus est in ea Hispaniae atque Cantabriae parte, quae Guipuzcoa vel Provincia vulgo dicitur¹, anno *humanae salutis* 1491², Innocentio VIII Pont. Max.³, Federico III Caesare Augusto⁴, Ferdinando atque Isabella⁵, Catholicis Hispaniarum regibus. Patrem habuit Beltranum, Loiolae dominum, Loioleae familiae perantiquae atque illustris caput⁶; matrem vero Marinam Sonem⁷,

8 *humanae salutis*] ab Incarnatione

¹ Guipúzcoa saepe « Provincia » simpliciter dicebatur. Sic etiam eam vocat Polancus in *Vita* latina, FN II 511. Vide Pablo de GOROSÁBEL, *Noticia de las cosas memorables de Guipúzcoa o descripción de la Provincia y de sus habitantes* (Tolosa 1900).

² Varias opiniones de anno natali S. Ignatii habuit Rib., donec tandem communiorem sententiam amplexus est. En tibi harum opinionum conspectum: 1° Ignatii natalis annus 1491, conversio aetatis anno 26° (secundum *Acta* n. 1: I 364), unde anno 1517; mors anno 1556, unde aetatis anno 65°. Vide DA n. 18 (II 331²⁰); 2° Ignatii conversio anno 1521, aetatis anno 26°, unde nativitas anno 1495, mors anno 1556 seu anno aetatis 61° (quae fuit opinio Polanci in *Vita* latina: II 512). Vide Ribadeneyrae epistolam ad P. Orlandini: FN III 419; 3° Relicto *Actorum* testimonio censoribusque morem gerens, tenet Ignatium natum a. 1491, conversum a. 1521 (unde 30° et non 26° aetatis anno) mortuum a. 1556, aetatis suae 65°. De his Rib. opinionibus v. FN I 20*; II 331²⁰. Cf. LETURIA, *Estudios ignacianos*, I 60-61.

³ Innocentius III summus pontifex rexit Ecclesiam annis 1484-1492.

⁴ Fridericus (1415-1493); imperator: 1440-1493.

⁵ Ferdinandus V Castellae, II Aragoniae (1452-1516); Elisabetha dicta « Catholica » (1451-1504).

⁶ Beltrán Yáñez de Oñaz y Loyola, filius Ioannis Pérez de Loyola et Sanciae (Sancha) Pérez de Iraeta. Vide *Chron.* I 516 ss.; DUDON, *Saint Ignace*, Note 2, pp. 608-613; LETURIA, *El gentilhombre*, 30 ss.; PÉREZ ARREGUI, *San Ignacio en Aspeitia*², p. 19.

LIBRO PRIMERO DE LA VIDA DEL B. P. IGNACIO DE
LOYOLA, FUNDADOR DE LA COMPAÑÍA DE JESÚS.

DEL NACIMIENTO Y VIDA DEL B. PADRE IGNACIO,
ANTES QUE DIOS LE LLAMASE A SU CONOCIMIENTO

CAPÍTULO PRIMERO

5

1. Iñigo de Loyola, fundador y padre de la Compañía de Jesús, nació de noble linaje en aquella parte de España que se llama la provincia de Guipúzcoa¹, el año del Señor de mil y quatrocientos y noventa y uno², presidiendo en la silla de san Pedro Innocencio papa VIII deste nombre³, y siendo emperador 10 Federico III⁴, y reynando en España los Católicos reyes don Fernando y doña Ysabel⁵, de gloriosa y esclarecida memoria. Fue su padre Beltrán Yañez de Oñaz y Loyola, señor de la casa y solar de Loyola y del solar de Oñaz, que están ambos en el término de la villa de Azpetia, y cabeza de su ilustre y antigua 15 familia⁶. Su madre se llamó María Sáez de Balda⁷, hija de los

⁶ Don Iñigo de Loyola *M sed* Don *deletum postea* | de la orden de la ... M 10 VIII] octavo AC || 12 Fernando] Hernando M || 13-21 Fue su padre — tuvieron estos cavalleros...] Fue su padre Beltrán de Loyola, señor de la casa de Loyola y cabeza de su antigua e ilustre familia. Su madre se llamó Doña Marina Sonnea, matrona igual en sangre y virtud a su marido. Tuvieron estos cavalleros ... MAB *omissis reliquiis*

⁷ In textibus hispanis A et B dicitur: María Sonnea. Cf. FN II 531. E contractu matrimoniali parentum S. Ignatii, die 13 iulii 1467 inito, quem inter acta ignatiana edemus, scimus verum nomen S. Ignatii matris fuisse: Marina Sáenz (Sánchez) de Licona. In processu azpeitiano anni 1595 vocatur Maria Sáez de Balda. Filia erat doctoris Martini García de Licona, domini de Balda, unde vocabatur etiam Marina de Balda, vel Sáez de Balda. De avo et matre Ignatii v. Darío AREITIO, *Nuevos datos sobre el abuelo materno de San Ignacio de Loyola*, in AHSI (1957) 218-219; Fausto AROCENA, *El abuelo materno de S. Ignacio*, in AHSI (1956) 7-15; ID. *San Ignacio de Loyola y el linaje de los Balda*, in *Boletín de la Real Sociedad Vascongada de amigos del País*, 1 (San Sebastián 1945) 177-183; ID. *A propósito de la naturaleza de la madre de San Ignacio*, ib. 11 (1955) 449; ID., *Problemas históricos guipuzcoanos en la vida de S. Ignacio* (San Sebastián 1956); DUDON, *Saint Ignace*, Note 3, pp. 610-611; LETURIA, *Damas vascas en la formación y transformación de Iñigo de Loyola*, in *Estudios ignacianos*, I 71-74; H. RAHNER, *Aus der Geschichte des Hauses Loyola*, in op. *Ignatius von Loyola als Mensch und Theologe*.

aeque nobilem foeminam ⁸, quae filias quinque genuit, filios octo ⁹.
 15 ex quibus Ignatium postremum foelici partu enixa est ¹⁰.

2. Qui puerili aetate transacta, in curiam Ferdinandi regis a parentibus missus est. Adolescentiam autem ingressus, et bellica gloria et fratrum aemulatione commotus, in eo multum operae ponebat, ut rei militaris laude esset illustris ¹¹.

20 3. Anno igitur Domini 1521, cum pompeiopolitanam arcem galli oppugnarent vehementius (est autem Pompeiopolis civitas regni Navarrae caput) ipsique duces, re desperata, deditionem cogitarent, eius potissimum opera factum est, ut res differretur et acrius resisteretur ab hispanis. Sed cum omnes ad oppugnationem machinas galli admovissent, et tormentis continenter moenia verberarent, aenea pila bombardae in eam muri partem, qua Ignatius propugnabat, impacta, crus eius dextrum penitus confregit atque comminuit; sinistrum vero lapis de muro vi globi labefactato excussus, graviter vulneravit. Ignatio prostrato, re-
 25 liqui omnes qui illius virtute nitebantur, spe defensionis abiecta, deditionem gallis fecerunt, a quibus captus Ignatius et in castra deductus, humaniter acceptus est, atque a medicis diligenter curatus.

²⁰ Anno igitur Domini 1521 om., *et usque loco*: Cum igitur pompeiopolitanam

⁸ Quinam dicerentur « parientes mayores » explicat GOROSÁBEL, *Noticias de las cosas memorables de Guipúzcoa*, t. I 281-283: « Llamábanse en lo antiguo parientes mayores ciertos caballeros de la Porvincia, propietarios de extensas propiedades territoriales, como si dijéramos los ricos hombres de la misma »; v. I. GURRUCHAGA, *Notas sobre los parientes mayores. Treguas y composiciones de la casa de Loyola*, in *Revista internacional de estudios vascos*, 26 (1935) 481-498.

⁹ De Ignatii fratribus et sororibus v. FN II 513 7.

señores de la casa y solar de Balda, que está en el término de la villa de Azcoytia, matrona igual en sangre y virtud a su marido. Son estas dos casas, de Loyola y Balda, de parientes que llaman mayores⁸, y de las más principales en la provincia 20 de Guipúzcoa. Tuvieron estos cavalleros cinco hijas y ocho hijos⁹, de los cuales el postrero de todos, como otro David, fue nuestro Iñigo, que con dichoso y bienaventurado parto salió al mundo para bien de muchos; a quien llamaremos de aquí adelante Ignacio, por ser este nombre más común a las otras naciones, y en 25 él más conocido y usado¹⁰.

2. Passados, pues, los primeros años de su niñez, fue enviado de sus padres Ignacio a la corte de los Reyes Católicos. Y comenzando ya a ser moço y a hervirle la sangre, movido del exemplo de sus hermanos, que eran varones esforçados, y 30 él, que de suyo era brioso y de grande ánimo, dióse mucho a todos los exercicios de armas, procurando de aventajarse sobre todos sus iguales, y de alcançar nombre de hombre valeroso, y honra y gloria militar¹¹.

3. El año, pues, de mil y quinientos y ventiuno, estando los 35 franceses sobre el castillo de Pamplona, que es cabeça del reyno de Navarra, y apretando el cerco cada día más, los capitanes que estavan dentro, estando ya sin ninguna esperanza de socorro, trataron de rendirse, y pusiéranlo luego por obra, si Ignacio no se lo estorvara; el qual pudo tanto con sus palabras, que 40 los animó y puso coraje para resistir hasta la muerte al francés. Mas, como los enemigos no afloxassen punto de su cerco, y continuamente con cañones reforçados batiessen el castillo, sucedió que una bala de una pieça dio en aquella parte del muro donde

22-23 nuestro Iñigo] Don Iñigo M || 30 varones corr. ex capitanes M || 32 armas corr. ex cavallería M || 33 alcançar del. con todas sus obras y proezas M || 38 estando — socorro corr. autogr. ex estando desauciados de socorro M

¹⁰ In processu azpeitiano a. 1595 dicitur: «y fue el último y menor de treze hijos que estos dos generosos caballeros tuvieron». *Scripta* II 249. Cf. AA.SS. n. 15; DUDON, *Note 4*, pp. 612-613. Ratio adducta in textu hispano cur sanctus noster nomen *Iñigo* mutaverit cum nomine *Ignacio*, adducitur etiam a Rib. in DA, n. 111 (II 393): «Después tomó el nombre de Ignatio por ser más universal». Cf. AA.SS. n. 1. Nomen Ignatius invenitur iam in *Acta Rectoria*, Universitatis parisiensis. Vide FX I 231 et titulum Magisterii artium in *Scripta* II 1. Substitutio nominis Ignatii pro Iñigo minime constans fuit. Vide Alfredo MUNTANÉ, *Iñigo e Ignacio*, in *Manresa* 33 (1961) 61-65; H. RAHNER, *Inigo und Ignatius*, in opere allato in annot. 7.

¹¹ De Ignatii indole v. *Sum.* n. 4 (I 154).

8 · MON. IGNAT. - VITA IGNATII LOYOLÆ

4. Post aliquot dies liberaliter etiam ad suos dimissus, lecti-
 35 cariorum humeris in patriam revectus est. Ibi cum vulnus, dextri
 praesertim cruris, in dies ingravesceret, accersiti sunt denuo me-
 dici et chirurgi, qui tibiam rursus esse disiungendam censue-
 runt; ut quae ossa, sive aliorum medicorum incuria minus apte
 coagmentata, sive itineris agitatione luxata fuerant, suis locis
 40 restituta, coalescerent. Quam excarnificationem ita pertulit, ut
 neque ingemisceret, neque vultum mutaret, neque ullum infir-
 mioris animi signum ederet; quod et antea et postea semper in
 reliquis corporis cruciamentis, quae passus est, fortiter praestitit.
 Invalescebat interim morbus quotidie magis, eoque iam proces-
 45 serat, ut ab extremo vitae periculo non multum abesse videretur.

5. Itaque admonitus, peccatorum suorum confessionem fecit
 sacramentorumque armis se praemunivit pridie illius diei, qui
 beatissimis Apostolis Petro et Paulo sacer est. Cum igitur res
 iam ad summum vitae discrimen adducta esset, mortemque im-
 50 minere iudicarent medici, si ad mediam usque noctem nihil me-
 lius eveniret, ea ipsa hora vis morbi remitti aperte caepit; quod
 non absque divinae providentiae consilio, divo Petro depreca-
 tore factum credimus, quem praecipua quadam Ignatius religione
 semper coluerat, quemque adesse sanitatemque adferre, sibi vi-
 55 dere visus est¹². Depulso mortis periculo, ossa solidari iam caepe-

¹² Ignatii sanationem tribuendam esse sancti Petri intercessioni asse-
 runt primarii fontes inde ab *Actis*, n. 3 (I 368). Notetur textum latinum
 dicere: « adesse », quod non necessario videtur significare apparitionem.
 Polancus in *Vita* similiter: « Ab ipso (sancto Petro) ergo eadem illa nocte
 se adiutum esse sensit, imo id sibi videre videbatur ». FN II 517; cf. FN III

Ignacio valerosamente peleava, la qual le hirió en la pierna de- 45
 recha, de manera que se la dejarretó, y casi desmenuzó los
 huessos de la canilla. Y una piedra del mismo muro, que con
 la fuerça de la pelota resurtió, también le hirió malamente la
 pierna izquierda. Derribado por esta manera Ignacio, los demás
 que con su valor se esforçavan, luego desmayaron; y descon- 50
 fiados de poderse defender, se dieron a los franceses; los quales
 llevaron a Ignacio a sus reales, y sabiendo quién era y viéndole
 tan mal parado, movidos de compasión, le hizieron curar con
 mucho cuydado.

4. Y estando ya algo mejor, le embiaron con mucha cor- 55
 tesía y liberalidad a su casa, donde fue llevado en ombros de
 hombres, en una litera. Estando ya en su casa, començaron las
 heridas, especialmente la de la pierna derecha, a empeorar. Lla-
 máronse nuevos médicos y cirujanos, los quales fueron de parecer
 que la pierna se avía otra vez de desencasar; porque los huessos 60
 (o por descuydo de los primeros cirujanos, o por el movimiento
 y agitación del camino áspero) estaban fuera de su juntura y
 lugar, y era necessario bolverlos a él y concertarlos para que se
 soldassen. Hizose assí, con grandísimos tormentos y dolores del
 enfermo. El qual passó esta carnicería que en él se hizo y todos 65
 los demás trabajos que después le sucedieron, con un semblante
 y con un esfuerço que ponía admiración. Porque ni mudó color,
 ni gimió, ni sospiró, ni hubo siquiera un ay, ni dixo palabra que
 mostrasse flaqueza. Crecía el mal más cada día y passava tan
 adelante, que ya poca esperança se tenía de su vida, y avisáronle 70
 de su peligro.

5. Confessóse enteramente de sus pecados la víspera de los
 gloriosos apóstoles san Pedro y san Pablo, y como cavallero chris-
 tiano se armó de las verdaderas armas de los otros santos sacra-
 mentos, que Jesu Christo nuestro Redentor nos dexó para nuestro 75
 remedio y defensa. Ya parecía que se yva llegando la hora y
 el punto de su fin; y como los médicos le diessen por muerto si
 hasta la medianoche de aquel día no huviesse alguna mejoría,

45 valerosamente peleaba *corr. autogr. ex* combatía M || 47 los huessos de
 la canilla *corr. ex* la cavilla || 59 cirujanos] çurujanos MA || 65 esta carnicería —
 hizo *autogr. in* M || 74 armóse MA || 76 parecía que *mary.* M

345, 694 697. MAFFEI, l. I, c. II sic loquitur: « Per quietem videre sibi
 visus est eundem Apostolum, optatam sibi valetudinem divinitus afferen-
 tem ». Cf. ORLANDINI, l. I, n° 10. Sancti Petri apparitionem referunt in
 aes incisae imagines, de quibus supra, p. 42. De hac re vide ASTRAIN, I² 40;
 LETURIA, *El gentilhombre*, 140.

rant et arctius constringi; duo tamen supererant incommoda; alterum efficiebat os sub genu relictum, quod extra prominebat foedius; alterum tibiae contractae brevitās, quae et recte illum incedere, et pedibus firmiter consistere prohibebat. Quibus in-
 60 commodis ut mederetur, cum elegantiae esset habitusque corporis studiosissimus, atque institutum militaris vitae cursum prosequi statuisset, ex medicis primum quaesivit, possetne os illud quod deformiter eminebat excidi? Posse quidem affirmarunt, sed gravissimo tamen dolore, et omnium, quos in curatione tolerasset,
 65 maximo. Verum ille nihilominus, ut suae voluntati satisfaceret, et (*quod me audiente narravit*) ut habiles atque elegantes urbanas ocreas gestare posset, secari os iussit; neque a proposito abduci potuit, ligarique se omnino vetuit, eademque constantis animi firmitate cruciatum illum pertulit, qua superiores vicerat. Atque
 70 hoc remedio deformitas ossis sublata est. Tibiae contractio aliquantulum curata est, cum aliis medicamentis, tum machinis quibusdam, quibus magno multorum dierum dolore, continenter eius brevitās protendebatur; neque tamen usque adeo produci potuit, quin altera brevior aliquanto relinqueretur ¹³.

66 (*quod me audiente narravit*) ut *om.*

¹³ Quidam a daemone possessus Patavii, sic Ignatium descripsit: « Un espannoletto piccolo, un poco zopo, che ha l'ochi allegri ». *Memoriale* n. 180 (I 637).

fue Dios nuestro Señor servido que en aquel mismo punto la
 huviessse. La qual creemos que el bienaventurado apóstol san Pedro 80
 le alcançó de nuestro Señor; porque en los tiempos atrás siempre
 Ignacio le avía tenido por particular patrón y abogado, y como
 a tal le avía reverenciado y servido; y assí se entiende que le
 apareció este glorioso apóstol la noche misma de su mayor nece-
 sidad, como quien le venía a favorecer y le traía la salud. 12. 85
 Librado ya deste peligroso trance, se començaron a soldar los
 huessos y a fortificarse; mas quedávanle todavía dos deformidades
 en la pierna. La una era de un huesso que le salía debaxo de la
 rodilla feamente. La otra nacía de la misma pierna, que por
 averle sacado della veinte pedaços de huessos, quedava corta y 90
 contrechada, de suerte que no podía andar, ni tenerse sobre sus
 pies. Era entonces Ignacio moço loçano y polido, y muy amigo
 de galas y de traerse bien; y tenía propósito de llevar adelante
 los exercicios de la guerra que avía començado. Y como para
 lo uno y para lo otro le pareciesse grande estorvo la fealdad y 95
 encogimiento de la pierna, queriendo remediar estos inconve-
 nientes, preguntó primero a los cirujanos si se podía cortar sin
 peligro de la vida aquel huesso que salía con tanta deformidad.
 Y como le dixessen que sí, pero que sería muy a su costa, porque
 aviéndose de cortar por lo vivo, passaría el mayor y más agudo 0
 dolor que avía passado en toda la cura, no haziendo caso de
 todo lo que para divertirle se le dezía, quiso que le cortassen
 el huesso, por cumplir con su gusto y apetito. Y (como yo le oy
 dezir) por poder traer una bota muy justa y muy polida, como
 en aquel tiempo se usava; ni fue possible sacarle dello, ni per- 5
 suadirle otra cosa. Quisiéronle atar para hazer este sacrificio y
 no lo consintió, pareciéndole cosa indigna de su ánimo generoso.
 Y estúvose con el mismo semblante y constancia, que arriba
 diximos, assí suelto y desatado, sin menearse, ni boquear, ni dar
 alguna muestra de flaqueza de corazón. Cortado el huesso, se 10
 quitó la fealdad. El encogimiento de la pierna se curó por espa-
 cio de muchos días, con muchos remedios de unções y emplas-
 tos, y ciertas ruedas e instrumentos con que cada día le ator-
 mentavan, estirando y estendiendo poco a poco la pierna y bol-
 viéndola a su lugar. Pero por mucho que la desencogieron y 15
 estiraron, nunca pudo ser tanto que llegasse a ser igual, al justo
 con la otra 13.

88 salia] sobressalia y estava encavalgado M || 1 toda sup. lén. M || 3-4 como
 yo le oy decir autogr. in marg. M como él dezía N

QUA RATIONE A SAECULI VANITATE AD DEUM CONVERSUS SIT

CAPUT II

6. Interea cum in lecto iacere cogeretur, essetque in prophanis libris¹ legendis multum temporis collocare solitus, aliquem eiusmodi librum sibi ad manum dari iussit, ut eius lectione tempus falleret. Negantibus familiaribus domi eiusmodi esse libros, duos hispanica lingua scriptos accepit, ne prorsus ociosus esset, quorum alter Christi Salvatoris nostri², alter sanctorum vitas³ continebat. *Atque horum* quidem librorum lectione, sensim eius animus immutari, et imitandi quae legebat studio quodam affici videbatur. Sed quoniam antea vitae consuetudo corroborata erat, inanium rursus cogitationum concursu obruebantur, ne coalescerent illa tum primum excepta pietatis semina. Aderat tamen militi suo divina misericordia, et consopitam virtutem exsuscitabat interdum, ludicrisque et fallacibus cogitationibus, veras solidasque cogitationes ex recenti lectione rursus obiciebat. Quibus commotus eius animus ad Christi et sanctorum imitationem tam vehementer accendebatur, ut nullis difficultatibus (quae multae occurrebant) ab eo proposito deterreretur.

7 otiosus || 9 Atque horam] quorum

¹ Vide FN I 370 11.

² Rib., sequens *Acta* n. 5 (I 370), reticet nomen auctoris *Vitae Christi*, quam Ignatius legit. Illum fuisse Ludolphum Carthusiensem asserunt: Nadal, variis locis: FN II 64 186 234 404; *Vita* anonyma, ib. 429; Valtrinus, FN III 346 393; BARTOLI, *Della vita* (Torino 1823) p. 31. Inter recentiores v. CODINA in MI, *Exercitia*, 53-56; ID. *El origen de los ejercicios*, p. 220 ss.; LETURIA, *El gentilhomme*, 150. Vide tamen José TARRÉ, *El retablo de la vida de Cristo compuesto por el cartujo de Sevilla*, in AHSI 25 (1956) 243-253.

³ Cf. Nadal, FN II 187 234 404; Valtrinus, FN III 346. Auctorem fuisse Iacobum de Voragine (Varazze) vide probatum in MI, *Exercitia*, 50-53; LETURIA, *El gentilhomme*, 155-156. Auctor huius versionis hispanicae fuit Fr. Gaubertus M^a Vagad. *El gentilhomme*, 157-160; 304-305;

COMO LE LLAMÓ DIOS DE LA VANIDAD DEL SIGLO
AL CONOCIMIENTO DE SI

CAPITULO II

6. Estábasse todavía nuestro Ignacio tendido en una cama,
herido de Dios, que por esta vía le quería sanar, y coxo como 5
otro Jacob, que quiere dezir batallador, para que le mudasse el
nombre y le llamasse Israel y viniesse a dezir: Vi a Dios cara
a cara y mi ánima ha sido salva. Pero veamos por qué camino
le llevó el Señor, y cómo antes que viesse a Dios fue menester
que luchasse y batallasse. Era en este tiempo muy curioso, y ami- 10
go de leer libros de cavallerías¹, y para passar el tiempo que
con la cama y enfermedad se le hazía largo y enfadoso, pidió
que le truxessen algún libro desta vanidad. Quiso Dios que no
huviesse ninguno en casa, sino otros de cosas espirituales que le
ofrecieron; los quales él acetó, más por entretenerse en ellos, 15
que no por gusto y devoción. T[r]uxéronle dos libros, uno de
la vida de Christo nuestro Señor² y otro de vidas de Santos³,
que comúnmente llaman Flos Sanctorum. Començó a leer en
ellos, al principio (como dixé) por su passatiempo, después poco
a poco por afición y gusto. Porque esto tienen las cosas buenas, 20
que quanto más se tratan, más sabrosas son. Y no solamente
començó a gustar, mas también a trocársele el coraçón, y a querer
imitar y obrar lo que leía. Pero, aunque yva nuestro Señor
sembrando estos buenos desseos en su ánima, era tanta la fuerza
de la envegecida costumbre de su vida passada, tantas las çarças 25
y espinas de que estava llena esta tierra yerma y por labrar, que
se ahogava luego la semilla de las inspiraciones divinas con otros
contrarios pensamientos y cuydados. Mas la divina misericordia,
que ya avía escogido a Ignacio por su soldado, no le desampa-
rava, antes le despertava de quando en quando, y abivava aquella 30
centella de su luz, y con la fresca lición refrescava y esforçava
sus buenos propósitos; y contra los pensamientos vanos y enga-
ñosos del mundo le proveía y armava con otros pensamientos
cuerdos, verdaderos y mazizos. Y esto de manera que poco a
poco yva prevaleciendo en su ánima la verdad contra la mentira, 35
y el espíritu contra la sensualidad, y el nuevo rayo y luz del
cielo contra las tinieblas palpables de Egipto. Y juntamente

LETURIA, *La conversión de S. Ignacio: nuevos datos y ensayo de síntesis*,
in AHSI 5 (1936) 8-13.

7. In hac contrariarum cogitationum vicissitudine distrahebatur in varias sententias, et ancipiti deliberandi cura, huc atque illuc impellebatur, cum mundus apud se retinere Ignatium conaretur, Christus vero ad se illum vocaret et traheret. Erat tamen illud in hac cogitationum varietate discrimen, quod fluxae illae et vanae principia habebant laeta, exitus amaros. Nam praesentes cum aderant, suaviter quidem sensibus blandiebantur, sed recedentes, quasi aculeo quodam infixo, mentem aridam et sibi-met displicentem relinquebant. At vero illae cogitationes de Deo, de Hierosolymitana profectione, de vitae asperitate sectanda, de virtutis dignitate complectenda, non solum dum aderant iocunditatis plenissimae erant, verum etiam abeuntes praeclara relinquebant suae lucis et suavitatis impressa vestigia. In quod discrimen a se multis quidem diebus praeteritum et incognitum, quodam die, divinitus illustratus, animum intendere coepit, et tum demum intelligere quantum inter utrasque cogitationes interesset. Quam comparationem cogitationum cum cogitationibus et spiritus cum spiritu contentionem, primam omnium ratiocinationem fuisse perhibebat earum quas plurimas postea de divinis rebus Ignatius habuit.

8. Ex qua, usu deinceps uberiore spiritualium rerum aucta, omnium, quas in Exercitiis tradidit de spirituum diversitate⁴, praeceptionum rivuli profluxerunt. Etenim animadvertit primum duos esse spiritus, Dei et mundi, non solum diversos, sed penitus etiam inter sese pugnantes; tum diligenter observavit utriusque spiritus proprietates. Qua ex observatione, divino munere et lux

⁴ *Exercitia spiritualia*, nn. [314-327]. Acta in annotatione marginali: I 372; *Lain.* n. 3 (I 72); *LETURIA, El gentilhome*, 176-184; *ID. La conversión* (v. annot. praeced.) 25-30.

yva cobrando fuerças y aliento para pelear y luchar de veras, y para imitar al buen Jesú, nuestro Capitán y Señor y a los otros santos que, por averle imitado, merecen ser imitados de nosotros.

7. Hasta este punto avía ya llegado Ignacio sin que ninguna dificultad de las muchas que se le ponían delante fuesse parte para espantarle y apartarle de su buen propósito, pero sí para hazerle estar perplexo y confuso por la muchedumbre y variedad de pensamientos con que, por una parte, el demonio le combatía, queriendo continuar la posesión que tenía de su antiguo soldado, y con que por otra el Señor de la vida le llamava y combidava a ella, para hazelle caudillo de su sagrada milicia. Mas, entre los unos pensamientos y los otros avía gran diferencia; porque los pensamientos del mundo tenían dulces entradas y amargas salidas. De suerte que a los principios parecían blandos y halagüeños y regaladores del apetito sensual; mas sus fines y dexos eran dexar atravesadas y heridas las entrañas, y el ánima triste, dessabrida y descontenta de sí mesma. Lo qual sucedía muy al revés en los pensamientos de Dios. Porque, quando pensava Ignacio lo que avía de hazer en su servicio. cómo avía de ir a Jerusalén y visitar aquellos santos lugares, las penitencias con que avía de vengarse de sí y seguir la hermosura y excelencia de la virtud y perfección christiana y otras cosas semejantes, estava su ánima llena de deleites y no cabía de plazer mientras que duravan estos pensamientos y tratos en ella; y quando se ivan, no la dexavan del todo vazía y seca, sino con rastros de su luz y suavidad. Passaron muchos días sin que echasse de ver esta diferencia y contrariedad de pensamientos, hasta que un día, alumbrado con la lumbre del cielo, començó a parar mientes y mirar en ello, y vino a entender quán diferentes eran los unos pensamientos de los otros en sus efectos y en sus causas. Y de aquí nació el cotejarlos entre sí, y los espíritus buenos y malos, y el recibir lumbre para distinguirlos y diferenciarlos.

Quod cum eius omnis vita laborum, periculorum, molestiarum, vexationum plenissima fuerit, (ut ex iis quae fecit passusque est facile apparet) perspicuum est divinae erga Ignatium benignitatis argumentum, qua illum Dominus praevenit in benedictionibus dulcedinis ⁴.

24. Illud tamen novi ab hac tentatione eius animo accidit, quod magnas interdum permutationes contrariosque quasi spirituum impulsus sentire caepit. Nam oranti aliquando illi et in piis exercitationibus religiose versanti, exarescebat repente nonnunquam animus, et in eas angustias incidebat, ut se explicare vix posset; *sibi*que displiceret, et divini spiritus suavitatem minime sentiret. Rursus tanta tam copiosa divinae consolationis vis affluebat, ut in eius luce, praecedentis moestitiae caligo ne appareret quidem. Quod ille discrimen varietatemque attendens admirabundus et rei novitate percussus: — Quid hoc, inquit, rei? quam nos viam ingredimur? quod militiae genus arripimus? ⁵ —

25. Sed interim ita scrupulorum stimulis pungi et peccatorum suorum conscientia torqueri caepit, ut lachrymans dies cum noctibus iungeret, semper anxius semperque sollicitus ⁶. Etsi enim quam accuratissime omnia praeteritae vitae crimina fuerat confessus, illa tamen semper cura extimulabatur: num hoc confessus sum? num illud bene explicavi? num satis aperte quae ad rem pertinebant adieci? num aliquid vel affinxi vel omisi? Quibus quidem aculeis adeo vexabatur, ut nusquam acquiesceret, nullis orationibus, vigiliis, ieiuniis, flagellis denique levaretur; sed moerore prostratus et quadam acerbissimi doloris carnificina exanimatus et confectus iaceret. Ad sacratissimam Eucharistiam de more, quasi ad sacram anchoram, confugiebat, sed cum ori iam admoveretur panis vivificus, scrupulorum vi et subito quasi ventorum concursu abreptus surgebat, et lachrymis se gemitibusque

²⁹⁻³³ Quod cum — dulcedinis om. || ³⁶ coepit || ³⁹ sibi et] sibi displicens || ⁴⁰ sentiens || ⁴⁷ coepit

⁴ Haec additio, cum Ps. 20, 4 citatione, manifeste desumpta est e *Lain.* n. 9 (I 80).

⁵ De internis varietatibus agunt etiam *Acta* n. 21 (I 392).

tros solos fueron los que tuvo al descubierto para bolver atrás del camino començado, y aviendo sido tan lleno de trabajos y peligros y tan sembrado de espinas y abrojos, como muestra todo lo que hizo y padeció, es señal de la particular misericordia con que el Señor le previno en las bendiciones de su dulcedumbre ⁴.

24. Mas, de ay adelante hubo una gran mudança en su ánima y començó a sentir grandes alteraciones y como contrarios movimientos en ella. Porque, estando en oración y continuando sus devociones, se le secava súbitamente algunas vezes el corazón, y hallávase tan angustiado y tan enredado, que no se podía valer ni desmarañar, desagradándose de sí mismo y dessabriéndose por verse sin ningún gusto espiritual. Mas tras esto venía luego con tanta fuerça una como corriente del divino consuelo y tan impetuosa, que le arrebatava y llevaba en pos de sí. Y assí con esta luz desaperecían los ñublados de la tristeza passada, y sin dexar rastro de sí; la qual diferencia y mudança como él echasse de ver, movido con la novedad y admirado, dezía: — ¿Qué quiere dezir esto? ¿Qué camino es éste por donde entramos? ¿Qué nueva empresa es ésta que acometemos? ¿Qué manera de guerra es ésta en que andamos? — ⁵.

25. Pero entre estas cosas le vino un nuevo linage de tormento, que fue començarle a acosar los escrúpulos y la conciencia de sus pecados, de manera que se le passavan las noches y días llorando con amargura, lleno siempre de congoxa y quebranto ⁶; porque aunque era verdad que con toda diligencia y cuydado se avía confessado generalmente de sus pecados, pero nuestro Señor, que por esta vía le quería labrar, permitía que muchas vezes le remordiesse la conciencia y le escarbasse el gusano, y dudasse: si confessé bien aquello; si declaré bien esto; si dixé, como se avían de dezir, todas las circunstancias; si por dexarme algo de lo que hize, no dixé toda la verdad, o si por añadir lo que no hize mentí en la confesión. Con los estímulos destos pensamientos andava tan afligido, que ni en la oración hallava descanso, ni con los ayunos y vigalias alivio, ni con las diciplinas y otras penitencias remedio. Antes, derribado con el ímpetu de la tristeza, y desmayado y cayó con la fuerça de tan grave dolor, se postrava en el suelo, como sumido y ahogado

⁴ secábasele AC

⁶ De tentatione scrupulorum v. *Acta n. 22* (I 392).

60 penitus dabat, et ad Dominum clamabat: « Domine vim patior, responde pro me »;⁷ et, « infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? »⁸ Occurrebat quidem unum illi remedium idque praesentissimum, si spiritalis pater, cui conscientiam suam et internos animi motus omnino aperiebat, tranquillo se
65 pacatoque animo esse iuberet, et Domini nostri Iesu Christi nomine mandaret, ne exactae vitae peccata amplius confiteretur. Sed tamen, ne a se profecta medicina sanitatem non faceret, sed dolorem auget, spiritali hoc patri dicere non audebat⁹.

26. Cum igitur aliquandiu hanc mentis vexationem pertu-
70 lisset, quodam die tam graviter dolenterque ab iis scrupulorum tormentis est habitus, ut omni solatio destitutus, se totum orationi traderet, et fidei fervore succensus, clara magnaue etiam voce clamaret: « *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Domine vim patior, responde pro me* ». Succurre
75 Domine, subveni Domine. Emitte manum tuam de alto Domine¹⁰; misericordia mea, refugium meum, liberator meus; protector meus, in te spero¹¹, quia nullam ab hominibus, nullam a creata ulla natura pacem aut requiem invenio. « Attende et fac »¹²: « illumina faciem tuam super servum tuum »¹³; ostende mihi viam,
80 in qua ambulem¹⁴, « quia Deus meus es Tu »¹⁵. Quod si vel catulum praeceptorem mihi, et perturbatae mentis pacificatorem dederis, ego vero non recuso; libenter illum ducem, illum vitae magistrum te auctore sequar¹⁶.

65 *post et add.* in || 73-74 *Infelix — pro me om.*

⁷ Is. 38, 14.

⁸ Rom. 7, 24.

⁹ *Acta* n. 22 (I 394). Ignatii confessarius erat Galcerán Perelló. Vide José M^a COLL, *San Ignacio de Loyola y el convento de Santo Domingo, de Manresa* in: *Analecta sacra Tarraconensia*, 29 (1956) 313-343.

¹⁰ Ps. 143, 7.

con las olas y tormentas de la mar, entre las quales no tenía otra áncora ni otro refugio sino allegarse, como solía, a recibir el santísimo sacramento del altar. Pero algunas vezes, quando quería llegar la boca para tomar el pan de vida, tornavan súbitamente las olas de los escrúpulos con más fuerça, y poderosamente le arrebatavan y desviavan de delante del altar donde estaba puesto de rodillas, y entregado del todo a los dolorosos gemidos, soltava las riendas a las lágrimas copiosas que le venían. Dava bozes a Dios y dezía: — Señor gran fuerça padezco; responded Vos por mí⁷, que yo no puedo más —. Y otras vezes con el apóstol dezía: — Triste de mí y desventurado ¡quién me librárá deste cuerpo⁸ y de la pesadumbre desta más muerte que vida que con él traigo? — Ofrecíasele a él un remedio, y parecíale que sería el mejor de todos para librarse destes escrúpulos. Este era que su confessor, a quien él tenía por padre y a quien él descubría enteramente todos los secretos y movimientos de su alma, le sossegasse y en nombre de Jesu Christo le mandasse no confessasse de ay adelante cosa de su vida passada. Mas, porque por aver salido dél este remedio tenía le hiziesse más daño que provecho, no osava dezirle al confessor⁹.

26. Aviendo, pues, passado este trabajo tan cruel algunos días, fue tan grande y rezia la tormenta que un día passó con estos escrúpulos que, como perdido el governalle y destituýdo y desamparado de todo consuelo, se arrojó delante del divino acatamiento en oración, y encendido allí con fervor de la fe, començó a dar bozes y a dezir en grito: — Socorredme, Señor, socorredme, Dios mío; dadme desde allá de lo alto la mano, Señor mío, defensor mío¹⁰. En ti sólo espero¹¹, que ni en los hombres ni en otra criatura ninguna hallo paz ni reposo. Estadme atento, Señor, y remediadme¹². Descubrid, Señor, esse vuestro alegre rostro sobre mí¹³. Y pues sois mi Dios¹⁴, mostradme el camino por donde vaya a Vos¹⁴. Sed Vos, Señor, el que me le déis para que me guíe, que aunque sea un perrillo el que me diéredes por maestro para que pacifique mi desconsolada y afligida alma, yo desde ahora le aceto por mi preceptor y mi guía —¹⁵.

⁸ como que le arrebatavan AC

¹¹ Cf. Ps. 17, 3.

¹² Dan. 9, 19.

¹³ Ps. 118, 135.

¹⁴ Cf. 1 Reg. 8, 36.

¹⁵ Ps. 142, 10.

¹⁶ Acta n. 23 (I 396).

27. Inter haec rursus vehementissima hominem cogitatio in-
 85 vadebat, ut ex cellula, ubi erat (nam ex hospitali pauperum
 domo in *Dominicorum* coenobio emigrarat) sese praecipitem da-
 ret¹⁷. Sed ille: — Non faciam, non te offendam, Domine; « quia
 tu es Deus meus, fortitudo mea; quare me repulisti et quare
 tristis incedo, dum affligit me inimicus »¹⁸; « dum dicitur mihi
 90 quotidie, ubi est Deus tuus? »¹⁹ In has voces erumpenti et prae
 dolore gementi, venit in mentem cuiusdam sancti viri, qui, ut
 nescio quid a Deo impetraret, tamdiu cibo abstinuit, donec illud
 consequeretur²⁰. Ad cuius imitationem statuit non prius cibum
 ullum aut potum capere (nisi forte mors illi immineret) quam
 95 optatam mentis *tranquillitatem* inveniret. Quocirca septem inte-
 gros dies ita ieiunus fuit, nihil ut omnino gustaret²¹, cum tamen
 interea, vel de quotidiana precatione (cui septenas flexis genibus
 horas vacabat)²² vel de verberationibus, quas ternas in dies
 singulos usurpabat²³, vel de aliis usitatis instituti ipsius officiis,
 0 nihil iccirco remitteret. Et cum se viribus adhuc integris mini-
 meque debilitatum videret, et progredi longius vellet, prohibitus
 a confessario est ac vehementer deterritus, iussusque cibum ca-
 pere, cum die Dominico suo more illi peccata sua et quid etiam
 fecisset indicasset.

86 Dominicanorum || 95 tranquillitatem; pacem

¹⁷ *Acta* n. 24 (I 396). De Ignatii commoratione in domo Fratrum
 Praedicatorum v. FN III 198³⁸.

¹⁸ Ps. 42, 2.

¹⁹ Ps. 41, 4.

²⁰ In opere *Flos Sanctorum* quid simile narratur de S. Andrea Apostolo,
 qui a cibo abstinuisse dicitur ad obtinendam gratiam conversionis pro quo-
 dam sene, Nicolao nomine. Vide textum in FN I 397¹²; cf. FN III 359.

27. Avíase passado en este tiempo del hospital a un monesterio de Santo Domingo que ay en Manresa, adonde aquellos padres le hizieron mucha caridad, y estava aposentado en una celda quando passava esta grande tormenta, la qual no afloxava punto con los gemidos y lágrimas, antes se acrecentó por un torvellino nuevo que le apretó muy fuertemente con un desesperado pensamiento, que le dezía que se echasse de una ventana abaxo de su celda y se despeñasse¹⁷; mas él respondía: — No haré tal, no tentaré a mi Dios —; y con esto se bolví a Dios y dezía: — ¡Qué es esto, Señor? Vos no sois mi Dios y mi fortaleza? Pues ¡cómo, Señor, me queréis echar de Vos? ¡Por qué permitís que ande tan triste y assí me aflija mi enemigo que me da grita¹⁸, preguntándome cada hora: ¡adónde se te ha ido tu Dios?¹⁹ Dando, pues, a Dios estas amorosas quejas y estos penosos gemidos, vínole al pensamiento un exemplo de un santo que, para alcançar de Dios una cosa que le pedía, determinó de no desayunarse hasta alcançarla²⁰. A cuya imitación propuso él también de no comer ni beber hasta hallar la paz tan desseada de su alma, si ya no se viesse por ello a peligro de morir. Con este propósito guardó siete días enteros tan enteramente el ayuno, que no gustó cosa del mundo²¹, no dexando por esto de tener sus siete horas de oración, hincado de rodillas²², y de hazer sus diciplinas tres vezes cada día²³, ni los otros exercicios y devociones que tenía de costumbre. Y viéndose después deste tiempo aún con fuerças para passar adelante y no nada debilitado, quería proseguir su ayuno que avía durado de domingo a domingo. En el qual, yendo al confessor, y confesándose y dándole cuenta de lo que avía passado por su alma aquella semana, como solía, y lo que adelante quería hazer, su confessor se lo estorbó, y le mandó que comiesse, diziéndole que si no lo hiziesse y si piadosamente no confiasse en la misericordia del Señor que le avía perdonado sus pecados, no le daría la absolución.

²¹ *Acta* n. 25 (I 398).

²² Vide supra, cap. V, n. 19; *Acta* n. 26 (I 398).

²³ In *Actis* n. 13 (I 380) haec tantum legimus, in annotatione marginali: « Desde el día que se partió de su tierra, siempre se disciplinaba cada noche ». Neque *Lain*. loquitur de trina flagellatione, certe Polancus in *Sum.* n. 4 (I 159), et Nadal in *Exhort.* a. 1554: I 306, et quidem in annotatione marginali addita manu propria. Item in FN II 151. Rem confirmavit Rib. in processu matritensi 1595, *Scripta*, II 155.

5 28. Paruit confessario *neganti absolutionem se daturum, ni
cibum sumeret, et hortanti ut peccata sua, de Dei benignitate
confisus ab illo sibi remissa pie crederet, ne repugnare Deo velle
videretur; eoque se die et proximo liberum sensit; tertio vero
10 post die oppugnatus iterum est, sed oppugnationis is finis fuit, ut
disiectis tenebris, quas rebus clarissimis diabolus obducere cona-
batur, et reddita divina luce, quasi apertis oculis e somno exci-
tatus, magna animi claritate constantiaque anteactae vitae memo-
15 riam oblivione obruere, et obducta peccatorum vulnera, amplius
in confessione non refricare decerneret ²⁴. Tantamque mentis tran-
quillitatem et spirituum discretionem atque scrupulosarum men-
tium curandarum gratiam a Deo est consecutus, ut nemo fere
hac aegritudine affectus, sanitatem ab Ignatio non inveniret ²⁵.
Neque enim sibi solum probabatur, sed nobis etiam erudiebatur
Ignatius. Probat enim Deus cum omnes milites suos, tum eos
20 maxime, qui reliquorum duces futuri sunt, humiles suos et pro-
batos consolatur, ut possint et ipsi consolari eos, qui in omni
pressura sunt ²⁶.*

POST TENTATIONES ILLUSTRATUR

CAPUT VII

29. Cum igitur Dei misericordia ex tentationum angustiis
emersisset, et tamen iccirco de summa animi contentione ad vir-
5 tutum omnium veram in se imaginem exprimendam nihil omnino
remitteret; placuit remuneratori bonorum omnium Deo servum
suum divinis consolationibus mulcere et mentem illius coelestium
mysteriorum cognitionibus illustrare, ut secundum multitudinem

5-7 *neganti absolutionem — pie crederet om.*

²⁴ *Acta* n. 25 (I 398).

²⁵ Cf. FN II 151.

28. Obedeció, pues, llanamente a lo que el confessor le mandó, porque no pareciese que quería tentar a Dios, y aquel día y el siguiente se sintió libre de los escrúpulos. Pero al tercer día tornó a ser dellos combatido como de antes; mas, al fin, el remate desta dura pelea (que le avía puesto en tan peligroso trance) fue que, desvaneciéndose como humo las tinieblas que a cosas tan claras el demonio le ponía, y vestida su ánima y alumbrada de nueva luz del cielo, como quien despierta de un profundo sueño, abrió los ojos para ver lo que antes no veía. Y con grande desengaño y resolución determinó de sepultar la memoria de los pecados passados y no tocar más a sus llagas viejas ni tratar dellas en la confesión²⁴. Y con esta vitoria tan señalada alcanzó maravillosa paz y serenidad su ánima, y tan grande discreción de espíritus y conocimiento de sus movimientos interiores y tan admirable gracia de Dios para curar conciencias escrupulosas, que por maravilla venía a él persona ninguna tocada desta enfermedad de escrúpulos, que no quedasse libre con su consejo²⁵. Porque no provava Dios a nuestro B. Padre para sí solamente, mas también para nuestro provecho se hazía aquella tan costosa prueba. Que, aunque el Señor quiere a todos sus soldados muy expertos y provados, pero mucho más a aquellos que han de ser como guías y caudillos de los otros, a los quales, después de muy humillados y abatidos, suele levantar y consolar, mortificándolos primero y después bivificándolos, para que puedan, por lo que en sí experimentaron y aprendieron, consolar a los que se hallaren en qualquier género de aprieto y tribulación²⁶.

COMO PASSADAS LAS TENTACIONES
LE CONSOLÓ DIOS NUESTRO SENOR

CAPÍTULO VII

29. Aviendo, pues, salido por la misericordia divina de las angustias y apretura de las tentaciones passadas, y viéndose ya en más anchura y libertad de coraçón, no por esso afloxó punto del cuydado que tenía de sacar un vivo retrato de todas las virtudes en su alma. Y el buen Jesús, que es fiel y verdadero

²⁴ resolución *corr. autogr. ex firmeza* M

²⁶ Cf. 2 Cor. 1, 4.

10 dolorum quos in corde suo pertulerat, consolationes Domini laetificarent animam eius¹. Ergo quamvis iam inde a principio tractaret Deus Ignatium (ut ipse dicere solitus est)² praeceptoris more tenerum pueri animum informantis, post prima tamen
 15 tentationum rudimenta plenius illum erudit. Ex quo cum magna erga tres Sanctissimae Trinitatis personas devotione teneretur, singulisque suas preces statasque quotidie persolveret, die quadam in
 20 scalarum gradibus templi Dominicanorum consistens, et horarias B. Virgini preces recitans³, caepit ita in Deum intellectu ferri, quasi Sanctissimam Trinitatem specie quadam visibili⁴ id
 25 significante exterius, quod interius percipiebat, cerneret, ea divinae consolationis magnitudine et copia, ut sibi a suspiriis fletuque etiam inter ipsas publicas supplicationes, quas deinde prosequutus est, ad prandium usque temperare nequiverit, aut vero a prandio aliud omnino vel cogitare vel loqui quam de
 30 sanctissima Trinitate, tanta tamque varia rationum, similitudinum atque exemplorum copia, ut admirationi omnibus audientibus esset.

30. Quae res ita in eius mente hoc ineffabile mysterium inscripsit ac veluti impressit, ut illo ipso tempore, homo legendi
 30 scribendique tantum sciens, de eo librum scribere sit aggressus⁵,

18 coepit

¹ Cf. Ps. 93, 19.

² *Acta* n. 27 (I 400).

³ *Acta* n. 28 (I 402): « y estando un día rezando las Horas de Nuestra Señora ».

en sus palabras y misericordiosísimo en sus obras y que nunca
 dexa ningún servicio, por pequeño que sea, sin galardón, quiso 10
 regalar a este su siervo con halagos y consolaciones divinas,
 alumbrando con ellas su entendimiento, inflamando su voluntad
 y esforzándole y alentándole para todo lo bueno, de tal suerte
 que a la medida de la muchedumbre de los dolores passados
 que avía sufrido en su corazón, alegrassen y regozijassen su 15
 ánima (como dize el profeta) las consolaciones del Señor ¹. Desde
 el principio tratava Dios a nuestro Ignacio (según él solía dezir) ²
 a la manera que suele un discreto y buen maestro, que tiene
 entre sus manos un niño tierno para le enseñar, que va poco
 a poco y no le carga de cosas ni le da nueva lición hasta que 20
 sepa y repita bien la passada; pero, después que con las tenta-
 ciones passó adelante y subió ya a la escuela de mayores, co-
 mençóle Dios a enseñar doctrina más alta y descubrirle cosas
 y misterios más soberanos. De donde, como él fuesse devotí-
 simo de la santísima Trinidad y a cada una de las personas 25
 divinas tuviesse devoción de rezar cada día su cierta y parti-
 cular oración, un día estando en las gradas de la yglesia de
 Santo Domingo rezando con mucha devoción las Horas de nues-
 tra Señora ³, se començó a levantar en espíritu su entendimien-
 to, y representósele, como si la viera con los ojos, una como 30
 figura de la santísima Trinidad ⁴, que exteriormente le sinifi-
 cava lo que él interiormente sentía. Fue esto con tanta grandeza
 y abundancia de consuelo, que ni entonces ni después, andando
 en una processión que se hazía, era en su mano reprimir los
 solloços y lágrimas que su corazón y ojos despedían, las quales 35
 duraron hasta la hora del comer. Y aun después de comer no
 podía pensar ni hablar de otra cosa, sino del misterio de la
 santísima Trinidad. El qual misterio explicava con tanta abun-
 dancia de razones, semejanças y exemplos, que todos los que le
 oían se quedavan admirados y suspensos. 40

30. Y desde allí le quedó este inefable misterio tan estam-
 pado en el alma e impresso, que en el mismo tiempo començó
 a hazer un libro desta profunda materia ⁵, que tenía ochenta
 hojas, siendo hombre que no sabía más que leer y escribir. Y por
 toda la vida le quedaron como esculpidas en el alma las señales 45

⁴ *Acta* n. 28: « como que vio la Santísima Trinidad en figura de tres teclas ».

⁵ Non invenitur hoc in *Actis*, adest tamen in *Lain.* n. 12 (I 82); *Sum.* n. 21 (I 162).

et ad totam vitam insculptae illius veritatis vestigia extarent⁶. Semper enim cum ad Sanctissimam Trinitatem orationem funderet (quod frequenter et diu faciebat) eximiam divinae consolationis suavitatem percipiebat, et aliquando quidem singularem
 35 quandam in Deum Patrem totius divinitatis fontem, et reliquarum personarum originem atque principium devotionem sensit, deinceps etiam in Filium, postremo in Spiritum Sanctum⁷, singillatim se singulis personis commendans et tradens, et simul ex
 40 omnibus, quasi ex uno atque eodem gratiarum omnium plenissimo fonte, virtutes omnes abundanter hauriens.

31. Alio item tempore, magna cum spiritus alacritate modus eius menti obiectus est, quo mundum Deus condidit; quem longo post intervallo, cum haec eadem ipsemet Pater narraret, se non satis affirmabat explicare posse⁸. In templo etiam eiusdem
 45 nasterii, cum rei divinae venerabundus interesset, et Corpus Domini adorandum populo proponeretur, mentis oculis quodam die clare vidit augusto illo atque tremendo Sacramento Dominum Iesum Christum, verum Deum atque hominem, verissime contineri⁹.

50 32. Saepissime orationi intentus et diu quidem Christi Redemptoris nostri humanitatem *interiore animi vidit obtutu*¹⁰, et aliquando beatissimam etiam Virginem Mariam; neque id Manresa tantum, sed post etiam Hierosolymis, et non longe ab urbe Patavio, et alias saepe. Quibus quidem visis, ita in fide ac
 55 spiritu confirmatus et coelesti lumine completus est, ut saepe haec secum reputans, illud etiam statueret, si aut sacrarum litterarum monumentis consignata mysteria fidei non essent, aut certe si Sacra Scriptura (quod fieri non potest) intercideret, sibi tamen ita esse certa penitusque infixae, ut ex illis tantum quae
 60 viderat, non dubitaret, et recte ea intelligere, et aliis tradere, et pro illorum defensione etiam mortem oppetere¹¹.

42 mente || 51 interiore — obtutu] interno obtutu vidit

⁶ *Acta* n. 28 (I 402).

⁷ De devotione S. Ignatii erga Sanctissimam Trinitatem agit *Lain.* n. 59 (I 138), unde Rib. attigisse videtur.

⁸ *Acta* n. 29, 2° (I 402).

⁹ *Acta* n. 29, 3° (I 402).

de tan grande regalo⁶; porque siempre que hazía oración a la santísima Trinidad (la qual solía hazer a menudo y gran rato cada vez), sentía en su alma grandísima suavidad del divino consuelo. Y algunas vezes era más señalada y particular la devoción que tenía con el Padre Eterno, como con principio y 50 fuente de toda la divinidad y origen de las otras personas divinas. Después otras con el Hijo y, finalmente, con el Espíritu Santo⁷, encomendándose y ofreciéndose a cada una de por sí y sacando juntamente de todas, como de una primera causa, y beviendo, como de un plenísimo manantial y fuente de todas las 55 gracias, en abundancia el sagrado licor de las perfetas virtudes.

31. En otro tiempo también con grande alegría de espíritu se le representó la manera que tuvo Dios en hazer el mundo, el qual mucho después, quando contava estas cosas, él mismo decía que no podía con palabras explicar⁸. En el templo del 60 mismo monesterio, estando un día con grandísima reverencia y devoto acatamiento oyendo Missa, al tiempo que se alçava la Ostia y se mostrava al pueblo, con los ojos del alma claramente vio que en aquel divino misterio y debaxo de aquel velo y especies de pan verdaderamente estava encubierto nuestro Señor 65 Jesu Christo, verdadero Dios y hombre⁹.

32. Muchas vezes, estando en oración y por largo espacio de tiempo, con estos mismos ojos interiores vio la sagrada humanidad de nuestro Redentor Jesu Christo¹⁰, y alguna vez también a la gloriosísima Virgen, su Madre; y esto no sólo en 70 Manresa, donde entonces estava, sino después también en Jerusalem y otra vez en Italia cerca de Padua, y otras muchas en otras partes. Con estas visitaciones y regalos divinos quedava su ánima tan esclarecida de celestial lumbré y con tanto conocimiento y seguridad de las cosas de la fe, y su espíritu tan 75 confirmado y robusto, que pensando después estas cosas muchas vezes consigo mismo, le parecía y de veras se persuadía que si los misterios de nuestra santa fe no estuvieran escritos en las letras sagradas, o si (lo que no puede ser) la Escritura divina se huviera perdido, con todo esso serían para él tan ciertos y 80 los tendría tan fixos y escritos en las entrañas, que solamente por lo que avía visto, no dudaría ni de entenderlos, ni de enseñarlos, ni de morir por ellos¹¹.

⁶⁴ vio] vido AC

¹⁰ *Acta*, ib.: «veía con los ojos interiores la Humanidad de Cristo».

¹¹ *Acta* n. 29, 4° (I 404).

33. Egressus die quodam Manresa ad templum, quod ab opido mille passibus abest¹², divinarum rerum contemplatione suspensus, paululum consedit in via, quam fluvius praeterlabitur, faciemque convertit ad flumen. Ibi mentis ei oculi aperti atque illuminati sunt, non ita quidem ut speciem aliquam aut in sensus cadentem imaginem videret, sed ut permulta, tum quae ad fidei mysteria pertinent, tum quae ad scientiarum cognitionem optime intelligeret tanta tamque clara luce, ut ab eo res ipsae novo quodam lumine cernerentur. Porro haec mentis illustratio, usque adeo copiosa fuit atque excellens, ut ipsemet Ignatius negaret reliquas omnes illuminationes atque divina adiumenta, quae per totam vitam ad annum 62 aetatis suae a Deo accepisset, in unum coacervata, cum hac una posse conferri; seque quidquid alias, vel studio, vel labore, vel supernaturali lumine didicisset minus esse, quam quantum tunc quidem accepit. Quae res, cum fixum hominem haerentemque diu tenuisset, ad crucem, quae iuxta erat, genuflexo procubuit, ut Deo Opt. Max. pro hoc tanto beneficio gratias ageret¹³.

34. Ante vero quam huiusmodi visis illuminaretur, cum in hospitali domo adhuc ageret, et alias frequenter sese illi clara luce pulchra quaedam species obiceret, quam non satis discernere poterat, aut quid esset, ex quo esset, ex quo constare internoscere, nisi quod serpentis nonnullam formam praeseferre videbatur, multis quasi oculis resplendens, cuius praesentis quantum aspectu recreari videbatur, tantundem ex discessu doloris ac moestitiae sentiebat. Hoc igitur visum saepissime ipsi ante oculos versatum, nunquam tamen cognitum, illi se ad crucem istam iacenti rursus obiecit; sed divino iam lumine plenus et ante crucem procumbens, facile perspexit rem illam non ea esse pulchritudine atque splendore, quo se illi antea offerebat, aperteque cognovit illum esse daemonem¹⁴. Ex quo, longo etiam post tempore saepius illi apparuit, non in via tantummodo, sed Lute-

70-77 Porro haec — accepit om. || 83 Quid] quidnam | ex quo esset om. || 93-94 non in via — et Romae om.

¹² « que estava poco más de una milla de Manresa ». *Acta* n. 30 (I 404). Monasterium cum adiacente ecclesia dicatum erat sancto Paulo eremitaie. *Ibid.* annot. 22.

¹³ *Acta* n. 31 (I 406).

33. Saliendo un día a una iglesia, que estava fuera de Manresa como un tercio de legua¹², y yendo transportado en la contemplación de las cosas divinas, se sentó cabe el camino que passava a la ribera de un río, y puso los ojos en las aguas. Allí le fueron abiertos los del alma y esclarecidos con una nueva y desacostumbrada luz, no de manera que viesse alguna especie o imagen sensible, sino de una más alta manera inteligible. Por lo qual entendió muy perfetamente muchas cosas, assí de las que pertenecen a los misterios de la fe, como de las que tocan al conocimiento de las ciencias; y esto con una lumbre tan grande y tan soberana, que después que la recibió las mismas cosas que antes avía visto le parecían otras. De tal manera que él mismo dixo que en todo el discurso de su vida, hasta passados los sesenta y dos años della, juntando y amontonando todas las ayudas y favores que avía recebido de la mano de Dios, y todo lo que avía sabido por estudio o gracia sobrenatural, no le parecía que por ello avía alcanzado tanto como aquella sola vez. Y aviendo estado buen rato en este arrebatamiento y suspensión divina, quando bolvió en sí echóse de rodillas delante de una cruz que allí estava, para dar gracias a nuestro Señor por tan alto y tan inmenso beneficio¹³.

34. Antes que fuesse visitado del Señor con estos regalos y favores divinos, estando aún en el hospital y otras muchas vezes se le avía puesto delante una hermosa y resplandeciente figura, la qual no podía distinguir como quisiera, ni qué cosa fuesse, ni de qué materia compuesta, sino que le parecía tener forma como de culebra que con muchos a manera de ojos resplandecía. La qual, quando estava presente le causava mucho contento y consuelo, y por el contrario mucho descontento y pena quando desaparecía. Esta visión se le representó aquí, estando prostrado delante de la cruz. Pero, como ya tenía más abundancia de la divina luz, y en virtud de la santa cruz ante la qual estava ahinojado, fácilmente entendió que aquella cosa no era tan linda ni tan resplandeciente como antes se le ofrecía, y manifiestamente conoció que era el demonio que le quería engañar¹⁴. Y de ay adelante por mucho tiempo le apareció muchas vezes, no sólo en Manresa y en los caminos, sino en Paris tam-

95-100 De tal manera — sola vez om. AB || 5 Mas antes AC

¹⁴ Coniungit hoc loco Rib. ea quae *Acta* duobus distinctis paragraphis (nn. 19 31: I 390 406) enarrant de visione obiecti cuiusdam ad modum serpentis.

tiae etiam Parisiorum et Romae ¹⁵, non iam luce coruscus, sed
 95 *aspectu deformis et abiectus, ita ut baculo, quem gestare manu
 solitus erat, facile illum ab se abigeret.*

35. Porro Manresae cum adhuc versaretur, iis, quas diximus, occupationibus tam ardentem deditus, accidit ut die quodam sabbathi, sub horam Completorii, a sensibus sic destitueretur, ut
 0 *a piis quibusdam viris et mulieribus repertus, pro mortuo haberetur, et nisi cordis tenuem palpitationem quidam deprehendissent, sepulturae proculdubio mandavissent. Mansit autem in hac ecstasi sive abstractione a sensibus, ad alterum usque diem sabbathi sequentis hebdomadae, quo die, hora Completorii, quasi e*
 5 *somno excitatus, multis, qui eum observabant, praesentibus, oculos aperuit, sacratissimum IESU nomen ingeminans. Atque huius quidem rei qui testes fuerunt, iidem illi auctores sunt, nam ipse Ignatius hoc tam insigne Domini beneficium mirifice occultavit, et (quod ego quidem sciam) aperuit nemini* ¹⁶.

10 36. *Incredibilia cuiquam fortasse haec videbuntur* ¹⁷, *et supra ordinem rationis atque cursum, in eo potissimum viro, qui tyro et rudis omnino miles Christi adhuc erat, qui vix nomen dederat, vix militari sacramento se obstrinxerat, vix ab hostium castris ad Christi Domini nostri signa transfugerat. Sed ut haec*
 15 *magna profecto, praeclara, admirabilia Dei dona esse in confesso apud omnes sapientes est, ita incredibilia videri non debent, nisi iis forte qui dona Spiritus Sancti et inaestimabiles benignitatis divinae thesauros, ne per somnium quidem audiverunt. Qui neque lumen coeli viderunt unquam, neque divinarum illustrationum*
 20 *participes facti sunt, qui nullam unquam voluptatem liquidam et solidam animorum esse putant, sed omnes voluptates corporis*

8 hoc — beneficium] hanc tam insignem Domini visitationem || 10-91 Incredibilia — narraturi sumus *omn.*

¹⁵ Visionem hanc repetitam esse Parisiis et Romae non dicunt nec *Lain.* nec *Acta*; certe Polancus in *Sum.* n. 160 (I 160) et in *Vita latina* (II 520).

¹⁶ De raptu octiduano silent fontes primaevi. Hunc eventum accepit Ribadeneyra ex ore Elisabethae Roser, anno 1543 vel 1544, cum illa Romae versaretur (FN II 327). Id confirmavit anno 1574 Barcinone Ioannes Pasqual (de quo v. FN III 142¹). Vide Ribadeneyrae testimonium de Ignatii sanctitate, datum Matriti a. 1595 (MI, *Scripta* II 155-156) eiusque epistolam datam ibidem, 1 iulii 1593, ad p. Claudium Aquaviva ceterosque patres adunatos in Congregatione Generali V (MHSI, *Ribadeneira*, II 170-171).

bién y en Roma¹⁵, pero su semblante y aspecto no dava ya resplandor y claridad, mas era tan apocado y feo, que no haziendo caso dél, con el báculo que traía en la mano fácilmente le echava de sí.

35. Estando todavía en Manresa exercitándose con mucho 25 fervor en las ocupaciones que arriba diximos, aconteció que un día de un sábado, a la hora de Completas, quedó tan enagenado de todos sus sentidos, que hallándole assí algunos hombres devotos y mujeres, le tuvieron por muerto. Y sin duda le metieran como difunto en la sepultura, si uno dellos no cayera en mirarle 30 el pulso y tocarle el corazón, que todavía, aunque muy flacamente, le batía. Duró en este arrebatamiento o éxtasi hasta el sábado de la otra semana, en el qual día, a la misma hora de Completas, estando muchos que tenían cuenta con él presentes, como quien de un sueño dulce y sabroso despierta, abrió los 35 ojos, diciendo con boz suave y amorosa: — ¡Ay, Jesús! — Desto tenemos por autores a los mismos que fueron dello testigos, porque el mismo santo padre (que yo sepa) nunca lo dixo a ninguno, antes con humilde y grave silencio siempre tuvo encubierta esta tan señalada visitación del Señor¹⁶. 40

36. Parecerá, por ventura, a algunos que estos que avemos contado son extraordinarios favores de Dios y que son increíbles¹⁷, y más en un soldado que, quitado del ruído de las armas y destetado de los deleites y dulcedumbre ponçoñosa del mundo, començava a abrir los ojos y a gustar de la amargura saludable 45 de la mirra y cruz de Christo. Mas los que dizen que son imposibles (si ay algunos que lo digan) serán comúnmente hombres que no saben ni entienden, ni han oído dezir qué cosa sea espíritu, ni gozo y fruto espiritual, ni visitación de Dios, ni lumbre del cielo, ni regalo de ánimas santas y escogidas, ni piensan que 50 ay otros passatiempos y gustos ni recreaciones, sino las que ellos de noche y de día, por mar y por tierra, con tanto cuydado y solicitud y artificio buscan para cumplir con sus apetitos y dar contento a su sensualidad. Y assí no ay que hazer caso dellos,

Narratio invenitur in omnibus editionibus *Vitae*, inde a principe latina a. 1572. Item in opusculo *De Actis*, n. 10 (II 326-327). Eam habent etiam Polancus in *Vita*, FN II 529-530; Valtrinus: FN III 363; Lancicius, ib. 697. Vide AA.SS. n. 948; M. QUERA, *El rapto de S. Ignacio en Manresa*, in *Revista de Espiritualidad*, 15 (1956) 27-44.

¹⁷ Considerationes quae sequuntur de veritate factorum praeternaturalium, superius narratorum, desunt quidem in principe editione latina, adsunt vero in omnibus reliquis, inde a textu A (prima ed. hispana a. 1583).

sensu definiunt, easque undequaque conquirunt et captant, et novas semper veteribus addunt, turpissimas illas quidem et honestati contrarias, et homine ipso indignas. Qui hac quidem in re audiendi non sunt. Animalis homo (inquit Apostolus) non percipit ea quae Dei sunt ¹⁸, neque enim potest, coecus enim de coloribus non iudicat.

37. Alii sunt tamen viri eruditi et in monumentis sanctorum versati, qui sciunt huiusmodi illustrationes Dei, extraordinarias quidem esse, sed concedi tamen solitas nonnunquam iis qui eximio et praecipuo quodam iure a Deo eliguntur et tractantur. In quibus magna in primis cautio adhibenda est, ne fallamur. Aliqui enim sunt qui falsa persuasionem decepti, existimant Dei esse dona quae Satanae transfigurantis se in angelum lucis ¹⁹ praestigiae sunt. Alii quorum animus est mobilis et facilis levitate, vel occulta superbia cordis, vel atrabili, vel capitis imbecillitate obscuratus, putant se ea videre atque audire, quae revera neque audiunt neque vident. Quae quamvis ita sint, tamen negare non possumus in Dei Ecclesia veras esse atque divinas revelationes, quibus amicos suos et familiares aliquando Deus benigne suaviterque permulcet.

38. Quod si in illorum servorum numero, cum quibus Deus se ita communicat et pleniori manu tanta bona largitur, Ignatius fuit, nemini sane mirum videri debet. Nam quanquam tyro, multum tamen iam tunc virtute processerat, et erat ab ipsomet Deo electus ut innumerabilium filiorum pater et sacrae huius militiae antesignanus et princeps esset, ut exercitum ductaret, acies instrueret, et signa cum humani generis hoste strenue fortiterque conferret. Quod absque dubio praestabilius est maiusque Dei donum quam rerum abditarum intelligentias accipere. Certe quidem si attente consideremus quis fuerit Ignatius et quid effecerit, facile intelligemus illum neque viribus naturae, neque propriae industriae artibus rem tantam aggredi ac perficere potuisse, sed coelesti quodam ac peculiari Dei dono indiguisse, ut quod videmus opus efficeret. Nam qui fieri potest ut homo militaris, illiteratus, vanitatis vile mancipium, delectum haberet, milites conscriberet, societatem cogeret, religionem hanc institueret, et brevissimo tempore per universum terrarum orbem propagaret ac

¹⁸ 1 Cor. 2, 14.

pues nos enseña el Apóstol que el hombre animal (esto es carnal 50
y entregado a la porción inferior y parte sensual de su ánima)
no percibe ni entiende las cosas de Dios¹⁸. Y así, pues es ciego,
no es justo que se haga juez de lo que no vee.

37. Pero otros avrá también, christianos y cuerdos y leýdos 55
en historias y vidas de santos, que sepan que algunas vezes suele
nuestro Señor hazer estas mercedes y favores a los que toma
especialmente por suyos, y darles privilegios extraordinarios fue-
ra de la regla y orden con que trata a la gente común. Los
quales entenderán que, aunque en estas cosas de revelaciones y
raptos es menester mucho tiento, porque puede aver engaño y 60
muchas vezes le ay, tomando por visitaciones del cielo las ilu-
siones de Satanás, que se transfigura (como dize el Apóstol)¹⁹
en ángel de luz, y siguiendo por revelación de Dios la propia
y falsa imaginación, causada o de la liviandad y soberbia secreta
de nuestro coraçón, o del humor melancólico y enfermedad, que 65
haze parecer a las vezes que se vee y oye lo que ni se oye ni
se vee. Pero no por esso dexa de aver en la Yglesia de Dios
verdaderas y divinas revelaciones, con las quales algunas vezes
regala El a sus singulares amigos y privados y se les comunica
con más particular y estrecha comunicación. 70

38. Y que no es maravilla que aya usado desta misericordia
con nuestro Ignacio, y con tan larga mano repartido con él de
sus tesoros y riquezas infinitas; porque, aunque soldado y nuevo
en esta escuela, avía en poco tiempo andado mucho camino, y 75
passado muy adelante en su aprovechamiento y en las letras de
la verdadera sabiduría. Y avíale nuestro Señor escogido para
capitán y caudillo de uno de los esquadrones de su Yglesia (que
es como las hazes bien ordenadas de los reales y puestas a punto
de guerra) y para patriarca y padre de muchos, que, sin duda,
es mayor merced y favor de Dios y a menos concedido que 80
tener arrobamientos y revelaciones. Y, cierto, mirando bien lo
que Ignacio era y lo que hizo, no podemos dexar de confessar
que fue menester particularíssimo y singular socorro del cielo
para acometer una empresa tan grande y salir con ella, pues
fuerças naturales ni industria humana no bastavan. Porque, ¿có- 85
mo un hombre sin letras, soldado y metido hasta los ojos en la
vanidad del mundo, pudiera juntar gente y hazer compañía y

¹⁸ Cor. 11, 14.

summa prudentia regeret, et adversariorum impetus propulsaret, tantosque fructus ad Dei gloriam suis ex laboribus colligeret, nisi Deus ipse suo illum ornasset spiritu, prudentia instruxisset, virtute armasset?

39. *Quam ideam quodve exemplar habuit propositum, ex quo huius Societatis exemplum duceret? Quo in libro legit illius regulas, constitutiones, documenta? Unde speciem formamque Societatis accepit? Quae quidem ut in iis quae religionem continent, una eademque cum reliquis religionibus est, ita ab illis disiuncta atque distincta in multis, quae nostris temporibus congruentia et praesenti Ecclesiae statui sunt necessaria. Accepit nimirum ab eo qui haec solus dare potuit, qui ex lapidibus suscitavit filios Abrahæ²⁰, vocatque ea quae non sunt tanquam ea quae sunt²¹. Qui ad subiiciendam et prosternendam saeculi huius vanitatem, duodecim piscatores elegit, ut patefacta Evangelii luce, tenebrae errorum vitiorumque omnium, ab animis hominum depulsae, penitus evanescerent²².*

40. *Hac enim ratione, se rerum omnium Dominum verissime ostendit, et ut rebus omnibus vim suam largitur atque naturam, ita nomen cuique pretium imponit, ut tanti quaeque res sit, quanti eam Deus aestimat. Neque enim Deus principibus huius saeculi est similis, qui ministros quidem eligunt, sed bonos ministros efficere non possunt. Ipse vero eligit ministros Novi Testamenti²³, et sua electione idoneos facit, et ad omnia quae vult habiles atque instructos. Quapropter cum effectus divinae virtutis et tam multas admirabiles videamus in Ignatio, eaeque apertae, expositae, oculisque omnium ita subiectae sint, ut negari non possint (nisi ab eo qui neget solem meridie lucere) et maiora Ignatio dare cogamur; demus etiam illi haec quae minora sunt, intelligamusque omnes illos perfectae vitae radios ex hac divinarum illustrationum luce et quasi ex copiosissimo caelestis gratiae fonte, tot rivulos profluxisse. Quas quidem illustrationes partim narravimus, partim deinceps narraturi sumus²⁴.*

²⁰ Mt. 3, 9.

²¹ Rom. 4, 17.

²² Quae hic dicuntur de modo quo Constitutiones compositae sunt, declaratione indigent. Ignatius quidem, dum eas scriberet, multas habuit Dei

fundar religión y estenderla en tan breve tiempo por todo el mundo con tanto espíritu, y gobernarla con tan grande prudencia y defenderla de tantos encuentros con tanto valor y con tanto fruto de la santa Yglesia y gloria de Dios, si el mismo Dios no le huviera trocado y dádole el espíritu, prudencia y esfuerzo que para ello era menester? 90

39. ¿Qué dechado tuvo delante para sacar el traslado desta religión? ¿En qué libro leyó sus reglas, constitutiones y avisos? ¿Quién le dio la traça y el modelo desta Compañía, tan una en lo sustancial con todas las demás religiones, y tan diferente en cosas particulares, tan proporcionadas y convenientes al estado presente de la Yglesia? Dióselo el que sólo se la podía dar y sólo llamarle para lo que le llamó. Dióselo el que es tan poderoso que de las piedras puede hazer hijos de Abraham²⁰, y llama a las cosas que no son como a las que son²¹, y toma por instrumentos y predicadores de la luz de su Evangelio y de su verdad a los pescadores para confundir al mundo y mostrar que Él es el Señor y el que obra las maravillas, y que tanto vale la cosa quanto Él quiere que valga y no más, y que no es como los príncipes y reyes deste siglo, que pueden dar el oficio (como dizen), mas no la discreción ni los talentos que son necesarios para hazerle bien²². 95

40. Porque Él escoge los ministros del Nuevo Testamento²³, y escogiéndolos los haze idóneos y bastantes para todo lo que Él manda y es servido. Y pues vemos los efetos tan grandes en este bienaventurado Padre (que estos no se pueden ya negar si no queremos dezir que es noche la luz de mediodía) y necessariamente avemos de conceder lo que es más, concedamos también lo que es menos. Y entendamos que todos los rayos y resplandores que vemos en la obras que hizo salieron destas luzes y visitaciones divinas que avemos contado, y de otras que tuvo su ánima, algunas de las quales en esta historia con el favor divino se contarán²⁴. 10 15 20

96-98 tan una — particulares del. N, ad marg. *ibid.*: nihil deleatur

illustrationes (I 504; III 707). Ipse dixit se cum Lainio consentire asserente: Deum res esenciales fundatoribus manifestare, reliquas eorum naturali prudentiae relinquere (infra, lib. V, c. I, n. 5; FN II 415; III 637). Ignatius per Polancum examinavit regulas aliorum ordinum. In archivo Pontificiae Universitatis Gregoriana servatur codex, signatus n° 1973 in quo annotationes autographae Polanci de hac re continentur. Vide etiam II 25²¹.

²³ 2 Cor. 3, 6.

²⁴ Praecipue libro V, capp. I et XII.

DE EXERCITIORUM SPIRITUALIUM LIBRO

CAPUT VIII

41. Hoc eodem tempore Exercitiorum spiritualium librum
 (quem appellant) ex accurata eorum quae sibi contigerant obser-
 5 vatione conscripsit. Quorum exercitiorum usus, quantum adiu-
 menti christianae reipublicae in omnem partem attulerit, satis
 constat¹. Nam, ut pauca ex multis de illorum usu atque utili-
 tate dicamus, primo illis ipsis Societatis nostrae institutionem
 acceptam ferre debemus. Omnes enim ferme primos illos patres,
 10 quos instituendae Societatis adiutores et socios habuit Ignatius,
 per exercitia ad perfectionis studium mundique despicientiam
 excitavit². Qui postea consecuti sunt et in Societatem iam stabi-
 litatem ingressi, viri vel doctrina vel ingenio vel nobilitate vel
 aliis naturae fortunaeque ornamentis insignes, maxima ex parte
 15 exercitiis huiusmodi ad hoc vitae genus complectendum adducti
 sunt. Neque vero tantum hoc beneficium religionis nostrae solum-
 modo proprium est, sed etiam commune cum caeteris. Meditandi
 enim huiusmodi ratio coenobia multa refersit, multos religiosos
 viros labantes, in suscepto vitae consilio confirmavit; solutos va-
 20 gosque vinculis disciplinae severioris adstrinxit.

¹ De praxi Exercitiorum deque fructu per ipsa obtento vivente adhuc sancto Ignatio v. IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios*, vol. I (Bilbao 1946).

² Primi Ignatii socii peregerunt *Exercitia*. Vide FN I 179 181 263 610 704; II 79 106 117 202 211 252 253 406 438 564-567; III 14¹⁵ 17¹⁹. I. IPARRAGUIRRE, *Historia de los ejercicios*, p. 1-2. Elenchum eorum qui sub Ignatio exercitia peregerunt v. ib.: *Apéndice estadístico*, I, 268 ss.

DEL LIBRO DE LOS EJERCICIOS ESPIRITUALES
QUE EN ESE TIEMPO ESCRIBIÓ

CAPÍTULO VIII

41. En este mismo tiempo, con la suficiencia de letras que
avemos dicho que tenía (que era solamente leer y escribir), es- 5
cribió el libro que llamamos de los Ejercicios espirituales, sa-
cado de la experiencia que alcanzó y del cuydado y atenta con-
sideración con que yva notando todas las cosas que por él pas-
saron. El qual está tan lleno de documentos y delicadezas en
materia de espíritu y con tan admirable orden, que se vee bien 10
la unción del Espíritu santo averle enseñado, y suplido la falta
de estudio y doctrina. Y aunque es cosa muy provada y mani-
fiesta en todo el mundo el fruto que ha traýdo por todas partes
el uso destes sagrados Ejercicios a la república christiana¹,
con todo esso tocaré algunas cosas de las muchas que se podrían 15
dezir de su provecho y utilidad. Primeramente, al uso de los
Ejercicios se deve la institución y fundación de nuestra Com-
pañía, pues fue nuestro Señor servido que por ellos casi todos
los padres que fueron los primeros compañeros de nuestro B. Pa-
dre y los que le ayudaron a fundar la Compañía, los desper- 20
tasse él y combidasse al desseo de la perfección y al menosprecio
del mundo². Pues, los que después, siguiendo su exemplo, en-
traron en la Compañía, ya aprovada y confirmada por la Sede
Apostólica (que han sido personas señaladas en habilidad y
letras, o en sangre y otros dones naturales), por la mayor parte, 25
por estas santas meditaciones fueron guiados y movidos de la
mano de Dios para escoger y seguir esta manera de vida Y
porque no piense nadie que para sola nuestra religión ha em-
biado nuestro Señor este beneficio y despertador al mundo, tam-
bién las otras religiones se han aprovechado dél. Pues podemos 30
dezir con verdad que muchos de sus monesterios han sido po-
blados por este medio de mucha y muy escogida gente, muchos
religiosos que titubeavan en la perseverancia de su vocación han
sido en ella confirmados. Otros que, vencidos de la flaqueza hu-
mana, avían ya renunciado los ábitos, reconociendo y llorando 35
su desventura, bolvieron al puerto de donde el ímpetu de la
tentación los avía arrebatado.

4-5 con la suficiencia — escribir *autogr. in marg.* M || 9-12 El cual — doctrina
autogr. in marg. M || 19 nuestro B. Padre] Ignacio ACD || 23-24 por la Sede Apostóli-
ca *autogr. in marg.* M || 31 monasterios AC || 24 *in marg.* N: está bien, no quiten nada

42. Non tamen religionum spatiis eorum fructus circumscribitur; omne enim hominum genus, statum, officium, aetatem, vitaeque rationem comprehendunt. Nam et viri tum Ecclesiae, tum saeculi principes et infimi homines; docti, indocti; mariti, coelibes; iuvenes aetate ac senes; Deo iam dicati et omnino liberi, in hanc Exercitiorum meditationem ingressi, multum vel in perditae vitae emendatione, vel in bonae incremento progressionem fecerunt. Et quod dignum magis admiratione est, multi viri eruditione florentes et sapientia omnium consensione principes, post tot doctrinae suae laudes, docendo ac disceptando partas, discipuli Ignatii facti sunt, et ab ea quae inflat scientia ad salutarem sapientiam coelestemque traducti. *Nam quod in hac spiritali propriae cognitionis schola discimus, non solum ad excolendum intellectum pertinet, sed ad inflammandam etiam voluntatem; itaque non tam cognitione, quam actione perficitur, ac finem habet, non ipsam scientiam, sed operationem. Ex quo haec cognitio non subtiles et argutos atque acres disputatores efficit, sed fortes, efficaces atque ardentis effectores; eosque vehementer permovet atque ad bene beateque vivendum impellit. Haec enim coelestis est sapientia, quae aedificat, ungit, inflamat; illa alia saepenumero instat, exiccat, hominem ventosum reddit, atque inanem.*

67. De ay a quatro meses el vicario tornó a hazer nueva pesquisa sobre ellos, y después de largas informaciones, y largas 80 preguntas y respuestas que a otros se hizieron, no le dixerón a él palabra, ni le tocaron en un hilo de la ropa. Pero aun esto no bastó para que le dexassen vivir en paz, porque luego se levantó otra borrasca, que nació de lo que aquí diré. Entre las personas que le oían y se aprovechavan de sus consejos, hubo 85 dos mujeres, madre y hija, nobles y biudas honradas, y la hija moça y de muy buen parecer. Estas entraron en devoción y fervor indiscreto, y para padecer mucho por nuestro Señor, se determinaron de mudar ábito, y como pobres y mendigas irse a pie en una romería larga¹⁵. Pidieron parecer a nuestro B. P. 90 sobre ello, y él les dixo que no le parecía bien, pues podían hallar en su casa más fácilmente y con menos peligro lo que

76 Desde] Dende AC

¹⁴ *Acta* n. 59 (I 444).

¹⁵ *Acta* n. 61 (I 448). *Peregrinationem hae piae feminae inierunt in urbem Jaén, ad visitandum linteum Veronicae.*

tores confluebant, quibus christianas ipse institutiones enucleabat, spiritualesque exercitationes nihilo quam antea remissius tra-
 70 debat. Illustribus nonnullis viris atque foeminis (in iis Teresae
 de Cardenas¹⁶, genere et pietate praestanti, et *Leonorae Mascarenæ Philippi Hispaniarum principis postea moderatrici*)¹⁷ sua
 ad illum liberandum studia profitentibus remisit, neque illorum
 auctoritatem interponi, neque ullum omnino patronum, aut ad-
 75 vocatum adesse sibi apud iudicem passus est. Nam cum nullius
 sibi conscius esset culpae, defensionem necessariam non putabat,
 et simul optabat multa pro Christo subire incommoda, et ab
 ecclesiasticis magistratibus dirigi, quibus obedientem semper se
 ac facilem praebuit. Unus ex sociis¹⁸ Segoviae id temporis erat,
 80 nondum plane ex gravi morbo confirmatus. Qui cum in vincula
 coniectum Ignatium accepisset, prope Complutum venit; in
 eundem se carcerem ultro includit; Ignatii monitu vicario se
 sistit; illius iussu in carcerem reducit. Sed paulo post Ignatii
 cura eximitur, de imbecilla illius valetudine magis quam de sua
 incolumitate solliciti.

70-71 et Leonorae -- moderatrici om.

¹⁶ Theresia Enríquez, uxor domini Gutierre de Cárdenas, ob eius erga SS.mum Sacramentum pietatem vocata «la loca del Sacramento». FN I 447²⁵; RAHNER, *Ignatius Briefwechsel mit Frauen*, pp. 14, 448.

¹⁷ In A B additur: «la qual oy vive en religioso recogimiento y ha sido siempre ...» Eleonoram Mascarenhas Compluti fuisse Ignatio dicit tantum Ribadeneyra in *Vita*, et quidem inde a 1^a ed. hisp. (text. A) et 2^a lat. Philippus II natus est anno 1527, quo haec evenerunt (*Acta* n. 73 in marg.: I 464). Eleonorae, tunc vigesimum quartum aetatis annum agenti, principis cura commissa est. RAHNER, p. 488. Nata erat a. 1503; mortua est a. 1584. Ideo in edit. anni 1586 mortua dicitur.

¹⁸ Callistus de Sâ. Cf. *Acta* n. 62 (I 448).

buscavan fuera della. Y como viessen que no les salía a lo que ellas querían y a lo que estaban determinadas, sin dezirle más palabra se fueron entrambas en peregrinación a la Verónica 95 de Jaén. Lo qual fue causa que todos (aunque sin razón) se bolviessen contra nuestro Ignacio, pensando que de su consejo avía salido aquel hecho. Y assí, estando un día bien descuyado fuera del hospital (que ya no morava en él), llegó a él el alguazil del vicario, y díxole que se fuesse con él, y él le siguió 0 con mucha mansedumbre y alegría a la cárcel, donde le dexó el alguazil preso. Era tiempo de estío y tenía una manera de carcelería algo libre, y assí pudieron acudir a él muchos para oírle, a los quales él enseñava la dotrina christiana y cosas de nuestro Señor, y les dava los exercicios espirituales, de la misma 5 manera y con el mismo fervor de quando estava del todo libre.

Supieron su prisión algunas personas principales, y entendiendo su inocencia, le embiaron a ofrecer su favor y a dezirle que, si quisiesse, le harían sacar de la cárcel. Entre estas fueron dos más señaladas. La una fue doña Teresa Enríquez 14, madre del duque de Maqueda, señora devotíssima y bien conocida en España. La otra fue doña Leonor Mascareñas, dama que entonces era de la emperatriz, y después fue aya del rey don Felipe N. S., siendo príncipe de España 17; la qual murió en recogimiento religioso, y fue siempre una de las más devotas 15 y bienhechoras de nuestra Compañía. Mas nuestro Ignacio, confiando de su verdad y desseoso de padecer mucho por Christo, no consintió que estas personas ni otras hablassen por él, ni quiso tomar procurador ni abogado, ni hombre que alegasse por su justicia, pareciéndole no ser necessaria la defensa donde no 20 avía culpa. Y también quería, si en algo torciesse, ser enderaçado de los superiores eclesiásticos, a los quales toda su vida se mostró hijo de obediencia.

Estava en este tiempo en Segovia (y aún no bien convallecido de una gran enfermedad passada) uno de sus compañeros que se llamava Calisto 18, el qual, luego que supo que nuestro Ignacio estava preso, se vino a Alcalá y se entró en la misma cárcel con él, mas por orden del mismo padre se presentó al vicario, el qual le mandó tornar a la cárcel. Pero poco después fue puesto en libertad, procurándolo el mismo padre Ignacio, 30 que tenía más cuydado de la flaca salud de su compañero que de su propia causa.

14-15 siendo — y fue] la qual hoy vive en recogimiento religioso y ha sido siempre AC || 16 nuestro om. AC | confiado A

85 68. *Septimum decimum*¹⁹ iam diem in carcere Ignatius agebat, cum nihil ipse vel sciret vel coniectura assequi posset, quam ob rem esset in custodiam a iudicibus traditus. Tunc Figueroa in carcerem ad eum venit, multa de homine sciscitatur, inter alia: easne, quas dixi, matrem, ac filiam nosset? Annuit Ignatius. Tum vicarius: — Ecquid illis profectionis auctor aut conscius, antequam abirent, fuisti? — Nihil certe minus; immo hoc tibi affirmo, percursationes eiusmodi in universum illis dissuasisse me, ne filia ea aetate ac forma in cuiusquam petulantiam incurreret. Posse illas intra domesticos parietes, non minus pietati vacare, quam foris, et quidem tutius ac liberius —. Cui iudex arridens: — Atqui isthaec ipsa, inquit, est caussa, cur comprehensus sis —. Duo et quadraginta dies abierant ab eo die, quo in carcerem primum missus est²⁰; tum reversis iam mulieribus et interrogatis, publicus vicarii scriba Ignatium convenit; iudicis sententiam legit. Ea sententia tria continebantur. Primum, Ignatium sociosque prorsus integros atque innocentes videri. Alterum, ut idem habitus illis, qui reliquis scholasticis, idemque vestitus esset. Postremum, ut quoniam essent in sacris litteris rudes (quod consulto ipsemet non obscure praeseferebat Ignatius), ne ad populum de sacrosanctis christianae religionis arcanis, ad quattuor proximos annos, loquantur, quibus quidem cognitionem rerum maiorem sibi paravissent²¹.

69. *Ea sententia audita, respondit iudici de ea parte quae ad vestitum pertinebat, Ignatius: — Cum nos iussistis vestes nostras inficere, non gravate obtemperavimus, quia facile erat eidem panno alium colorem inducere; nunc vero, cum pretiosum habitum et minime egenis convenientem imperatis, obedire non*

⁸⁵ Septimum decimum] Duodevigesimum || 6 loquebatur [sic] || 8 Ea] Qua [de] ex

¹⁹ In 1^a lat. et A, B: « diez y ocho ». *Acta* n. 61 (I 448), dicunt: « Diecisiete días estuvo en la prisión ». Vide annot. in illum locum et *Sum.* n° 39 (I 174). Ignatius inclusus est in carcerem die 18 vel 19 aprilis 1527. FN I 31*, 446²³.

68. Ya avían passado dezisiete días¹⁹ que nuestro preso se
 estava en la cárcel, y en todo este tiempo ni él sabía ni podía
 imaginar por qué causa le huviessen encarcelado. A esta sazón
 vino el vicario Figueroa a visitarle, y comienza a examinarle
 y a preguntarle muchas cosas, y entre ellas si acaso tenía no-
 ticia de aquellas mugeres biudas (que arriba dixé), madre y
 hija. Dixo que sí, y el vicario: — ¡Aconsejástesles vos que fue-
 sen en romería, o supistes quando avían de ir? — Y él: — No,
 ciertamente, antes os afirmo con toda verdad que les he desa-
 aconsejado semejantes passos y romerías. Porque la hija, siendo
 de aquella edad y parecer que es, no corriese algún peligro
 en su honra, y porque más al seguro y más libremente podrían
 hazer sus devociones dentro de su casa, y exercitarse en obras
 de caridad en Alcalá, que no andando por montes y despobla-
 dos —. Entonces el juez, riyendo, le dixo: — Pues essa es toda
 la causa porque estáis preso, y no ay otra alguna —.

Passados quarenta y dos días de como le prendieron²⁰ y
 venidas las mugeres de su peregrinación, tomáronles su dicho,
 por el qual se supo enteramente la verdad, y se halló que nues-
 tro Ignacio no se lo avía aconsejado; y assí cessó toda aquella
 sospecha. Y viniendo el notario de la causa a la cárcel, leyó
 al preso la sentencia que contenía tres cosas. La primera que
 le dava por libre a él y a sus compañeros, y que de lo que se
 les oponía fueron hallados del todo inocentes y sin culpa. La
 segunda, que su ábito fuesse el mismo que el de los demás estu-
 diantes, con manteo y bonete, y que de ay adelante no andu-
 viessen de otra manera vestidos. La tercera, que, pues no avían
 estudiado teología (lo qual siempre nuestro padre claramente
 confessava), en los quatro años siguientes no tratassen de en-
 señar al pueblo los misterios de nuestra santa fe católica, hasta
 que con el estudio tuviessen más conocimiento y noticia dellos²¹.

69. Oýda la sentencia, respondió nuestro B. P. al juez, en
 lo que tocava al vestido: — Quando se nos mandó que mudás-
 semos el color de las ropas, sin pesadumbre obedecimos, porque
 era fácil cosa el teñirlas; mas aora que se nos manda traer ábito
 nuevo y costoso, no podemos obedecer, siendo (como somos) po-
 bres, ni esto está en nuestra mano —. Y assí el vicario luego

¹⁹ dezisiete; diez y ocho AB || ²⁰ cárcel] prisión ABC || ²¹ Aconsejastes
 las AC || ²² 44 en om. AC

²⁰ Haec est summa totalis dierum quos Ign. in carcere transegit. *Acta*
 n. 62 (I 450); cf. ib. 446²³.

²¹ *Acta* n. 62 (I 450).

possumus; neque enim id praestare in nostra est potestate —. Itaque iudex vestes illis, pileos caeteraque scholasticorum more
 15 emi a se iussit. Sed Ignatius post sententiam nonnihil haesitavit, quod cursum suum impediri aditumque sibi ad salutem proximorum intercludi cerneret. Itaque statuit ad toletanum archiepiscopum *Alfonsum* Fonseca²², Pintiae commorantem²³, se conferre, eiusque iudicio stare; ad quem eum in modum, quem diximus,
 20 indutus, cum sociis discessit. Illum benigne exceptum archiepiscopus fovit, et sua sponte ad *Salmanticensem* academiam propensum viatico iuivit, suamque et suorum operam atque omne genus officii humanissime detulit²⁴.

SALMANTICAE RURSUS COMPREHENDITUR ET LIBERATUR

CAPUT XV

70. Salmanticae coepit, ut consueverat, populi animos ad Christi imitationem acuere. Ex more saepius confitebatur pio
 5 cuidam et religioso ex Dominicana familia viro, qui in doctis-

18 *Alfonsum om.* || 21 *Salmanticam*

²² *Alfonso de Fonseca y Acebedo (1475?-1534), a. 1507 archiepiscopus Compostellanus, inde ab a. 1523 ad mortem usque (a. 1534), archiepiscopus toletanus. Notus fautor Erasmi. EUBEL, III 189 334.*

²³ *Fonseca Pinciam (Valladolid) se contulit ut baptismum Philippo principi administraret, tanquam Hispaniae primas.*

²⁴ « que también en Salamanca tenía amigos y un colegio, todo le ofreciendo » *Acta* n. 63 (I 452). De hoc colegio Sancti Iacobi (*de Santiago el Zebedeo*) vel vulgo « del Arzobispo » nuncupato, v. L. SALA BALUST, *Los antiguos colegios de Salamanca y la matricula universitaria*, in *Hispania Sacra* 12 (1959) 131-164. Anno 1519 collegium construebatur, sed eius fundatio approbata est a Clemente VII tantum a. 1525. Documentum erectionis datum est Burgis a. 1528. Ib. 145-146. In ms. hispanico (M) ad calcem huius capituli additur casus cuiusdam qui combustus mortuus est. Vide apparatus.

les mandó comprar bonetes y manteos y lo demás que a estu- 70
diantes pertenecía. Mas después que el padre advirtió que con
la tercera parte desta sentencia se cerrava la puerta para tratar
del aprovechamiento del próximo, no dexó de poner duda en la
execución della. Y assí determinó de irse al arçobispo de To-
ledo, don Alonso de Fonseca ²², que a la sazón estava en Valla- 75
dolid ²³, y passar por lo que él le mandasse hazer. Partieron él
y sus compañeros para Valladolid vestidos de estudiantes (como
avemos dicho). Acogióle el arçobispo humanísimamente, y vién-
dole inclinado a ir a la universidad de Salamanca, le dio dineros
para el camino y le ofreció todo favor y amparo, si dél o de 80
los suyos se quisiessen valer en Salamanca ²⁴.

CÓMO FUE A ESTUDIAR A LA UNIVERSIDAD DE PARIS
Y DADO POR LIBRE

CAPÍTULO XV

70. Después que llegó a Salamanca, comenzó a ocuparse, co-
mo solía, en despertar los coraçones de la gente al amor y temor 5
de Dios. Yvase a confessar a menudo con un padre religioso de

81 en Salamanca om. AC || *Ad finem captis, in M. f. 25, haec adduntur*: Pero antes que dexemos del todo a Alcalá, bien será que contemos una cosa que aconteció en ella muy notable, la qual aunque á más de 50 años que pasó, todavía ay algunos testigos que oy día viven de los que entonces la oyeron y vieron. Passava, pues, un día Ignacio por la puerta de un cavallero rico y principal, vestido de sayal y descalço y con gesto de hombre devoto y penitente. Estava a caso este cavallero moço a la puerta de su casa con un corrillo de gente también moça, aunque de la principal y honrrada del pueblo en buena conversación, y viendo a Ignacio en aquel traje y semblante, comenzó como moço a hazer burla dél y con loco atrevimiento dixo: — Quemado muera yo, si no merecía ser este quemado —. Oyó estas palabras Ignacio y volvióse con rostro sereno a él, y dixo: — Mira que no os venga lo que dezís —. No muchos días después, a los veynte y uno de mayo de 1527 nació el príncipe don Phelippe, hijo del emperador Carlos Vº nuestro señor, y como se suele en semejantes nascimientos de reyes y príncipes, todas las ciudades de España hazían fiestas y alegrías, y lo mismo se hazía en Alcalá, a donde para recojir la fiesta con fuegos y luminarias, avian puesto en la açutea de la cassa deste cavallero que digo gran cantidad de pólvora. Hazía la tarde subió el pobre cavallero a su açutea, y con él un esclavo que llevaba una mecha encendida, de la qual cayó della a caso una centella en la pólvora, en la qual se emprendió fuego y dio con grande ímpetu en el amo y en el esclavo, y súbitamente casi los abrasa. Vivió después el esclavo, porque se curó como debía, mas el amo, no pudiendo sufrir el fuego que le abrasaba las entrañas, echóse en una pila de agua, y por huir la muerte cayó en ella, y en breves horas espiró. Fue cosa muy sabida y lamentable en Alcalá, la qual algunos buenos hombres y devotos se la fueron a dezir a Ignacio, y él, oíéndola, se demudó de rostro, y con un lloroso y profundo gemido, acordándose de la persona y de las palabras que antes él avía dicho, respondió: él se lo dixo. [*correctio autographa in margine*: él se lo avía pronosticado] Mas dexemos ya a Alcalá (en la qual estubo año y medio) y veamos lo que hizo y padesció en Salamanca. N. B. *Factum hoc adducitur in opere «Flos Sanctorum»*. Vide sup. p. 44.

4-5 Después que -- solía] Ocupávase en Salamanca AC

simo illo divi Stephani conventu commorabatur ¹. Haud ita multo post quam Salmanticam venit ², confessarius Ignatio significat, sui coenobii fratres magno ipsum alloquendi audiendique desiderio teneri. Cum se praesto esse respondisset, ad prandium in diem Dominicum invitat, simulque ut sese praemuniret, praemonet, velle illos multa de ipso seiscitari, multa cognoscere. Ad condictum diem Ignatius cum socio venit. Pransi, in sacellum ipsi, confessarius, fratres praeterea duo conveniunt, quorum alter ¹⁵ coenobium pro priore gubernabat ³. Is blande Ignatium intuitus, ac benevole: — Gaudeo, inquit, cum tam multa de tua virtute ac moribus passim praedicari audio, teque eum esse, qui non tibi solum, sed aliorum etiam saluti servias, et apostolicum in morem circumiens, populos doceas. Neque hoc praecipuum mihi, ²⁰ sed commune etiam cum reliquis nostris gaudium est. Quod quo solidius gaudeamus, cupimus his de rebus sigillatim aliqua ex te sane audire, in primisque in quo studii genere evigilaveris, quibus in literis versatus sis? — Cum simpliciter candideque id quod erat Ignatius respondisset: — Quid est, ergo, inquit, ²⁵ quod tam tenui doctrina praediti, ac primis vix litteris imbuti, concionamini? — Nos vero, Ignatius inquit, non concionamur, sed interdum cum res fert, de divinis rebus familiariter loquimur —. Et ille: — De quibusnam inquit, divinis rebus? Hoc enim est, quod maxime scire avemus —. *Tunc* Ignatius: — Nos ³⁰ aliquando, Pater, de virtutis *dignitate* ac turpitudine vitiorum loquimur; eos, qui nos adiunt, ad virtutes hortamur, a vitiis abducimus —. Vos, prioris vicarius inquit, indocti estis, ut vos ipsi profiteamini, de virtutibus tamen et vitiis sermonem habetis; atqui de his quidem verba recte facere nemo sane potest, nisi ³⁵ aut doctrina labore parta, aut divinitus infusa; id vobis doc-

29 Tum || 30 *post dignitate add. atque excellentia*

¹ *Acta* n. 64 (I 452).

² Post 10 vel 12 dies. *Ib.*

³ Nomen subprioris erat Nicolaus a Sancto Thoma. FN I 454².

Santo Domingo de aquel insigne monesterio de San Estevan¹, y a pocos días² díxole una vez su confessor que le hazía saber que los frayles de aquella casa tenían gran desseo de oírle y hablarle; al qual nuestro Ignacio respondió que iría de buena gana, cada y quando que se lo mandasse. — Pues venid (dize el confessor) el domingo a comer con nosotros; mas venid apercebido, porque mis frayles querrán informarse de muchas cosas de vos y os harán hartas preguntas —. Fue el día señalado con un compañero, y después de aver comido los llevaron a una capilla, donde se hallaron con ellos el confessor y otros dos frayles, de los quales uno era el vicario que governava el monesterio en ausencia del prior³. El qual, mirando con rostro alegre a nuestro padre, le dixo con palabras blandas y graves: — Mucho consuelo me da quando oygo dezir del exemplo grande que dais con vuestra santa vida, y que no solamente os preciáis de ser bueno para vos, sino también procuráis que lo sean los demás, y que a imitación de los apóstoles andáis por todas partes enseñando a los hombres el camino del cielo. Y no soy yo solo el que desto me gozo, que también les cabe parte desta alegría a nuestros frayles; mas, para que ella sea mayor y más cumplida, desseamos oír de vos mismo algunas destas cosas que se dizen. Y lo primero, que nos digáis qué facultad es la vuestra, y en qué estudios os avéis criado, y qué género de letras son las que avéis professado? — El padre con simplicidad y llaneza dixo la verdad de sus pocos estudios. — Pues ¿por qué (dixo él) con tan poco estudio y con solas las primeras letras de gramática os ponéis a predicar? — Mis compañeros y yo (dixo Ignacio) no predicamos, padre, sino, quando se ofrece alguna buena ocasión, hablamos familiarmente lo que alcançamos de las cosas de Dios. — Y ¿qué cosas de Dios son essas que dezís? que esso es lo que sumamente desseamos saber. — Nosotros (dize) algunas vezes hablamos de la dignidad y excelencia de la virtud, y otras de la fealdad y torpeza de los vicios, procurando traer a los que nos oyen a lo bueno, y apartarlos quanto podemos de lo malo. — Vosotros (dixo el vicario) sois unos simples idiotas y hombres sin letras (como vos mismo confessáis); pues ¿cómo podéis hablar seguramente de las virtudes y de los vicios? De las quales cosas nadie puede tratar con seguridad si no es con teología y dotrina, o alcançada por estudio, o revelada por Dios. De manera que, pues no la avéis alcançado por estudio, señal

¹ 18 apercebido AC || 37-38 Nosotros — vezes! Entonces dixo Ignacio: Nosotros, Padre, alguna vez M

trina non praestat, Spiritus ergo Sanctus. Atque hoc est de Spiritu Sancto, quod scire cupimus —⁴.

71. Hic aliquantisper Ignatius haesit, novo illo genere argumentandi commotus. Post aliquantulum vero silentium, cum se
 40 collegisset: — Sit, inquit, satis; nihil enim est opus ut ultra
 progrediamur —. Cum verbo de Spiritu Sancto vicarius pre-
 meret et vehementer ad respondendum Ignatium urgeret, eli-
 cere ab ipso illud tantum potuit: — Ego, Pater, nihil quidem
 45 amplius dicam, nisi id forte iubeant qui superiores sint, et me-
 cum agere suo iure possint —. Cum tot mundum, vicarius in-
 quit, errores infestent, tot novae pestes quotidie existant, quae
 doceas explicare non vis? Atqui facile efficiemus, omnia ut dicas.
 Hic inquit, manetote —. Remanent Ignatius et socius in sacello.
 Illi festinanter abeunt. Omnes coenobii fores ocludi iubent, in
 50 cubiculum homines abducunt, tres ipsos dies eos retinent in coe-
 nobio; qui quidem dies Ignatio fuere laetissimi. Cum monachis
 cibum una capiebant; ubi Ignatius erat, eo multi ex ipsis ad
 illum audiendum ventitabant; cubiculum fere semper erat audi-
 toribus refertum, quibus ipse audacter palamque de divinis rebus
 55 ex more loquebatur, multisque suum institutum ac docendi ra-
 tionem probabat. Quocirca dissensio quodammodo inter illos fac-
 ta est, cum alii probarent, alii vero improbarent eius doctrinam.

72. Interea religiosi Patres, *temporum calamitatibus admo-*
niti, et Ignatii de divinis rebus loquendi vi ac libertate, homi-
 60 *num ad eum concursu rumore denique ipso (qui aliquid veri-*
tati semper affingit) commoti, ne quid forte mali subesset, rem
*deferunt ad episcopi vicarium*⁵. *Vicarii apparitor post triduum*
in coenobium venit, Ignatium, sociumque comprehendit, in car-
cerem contrudit, non quidem in inferiorem cum facinorosis ho-
 65 *minibus, sed in superiorem quemdam a communi habitatione*
seiunctum, male materiatum, pervetustum, repletum sordibus,
foetore tetrum, atque eadem cathena duodecim tredecimve pal-
morum longitudine, altero utrumque pede colligat atque ita con-

58-59 temporum — et om. || 62 Vicarii] cuius

⁴ « y esto que es del Espíritu Santo es lo que queríamos saber ». *Acta*
 n. 65 in marg. (I 454).

es que os la ha infundido inmediatamente el Espíritu Santo. Y esto es lo que desseamos saber cómo ha sido, y que nos digáis qué revelaciones son estas del Espíritu Santo —⁴.

71. Detúvose aquí un poco nuestro Ignacio mirando en aque- 50
lla sutil y para él nueva manera de argumentar. Y después de
aver estado un rato en grave y recogido silencio, dixo: — Basta,
padre; no es menester passar más adelante —. Y aunque el vi-
cario todavía le quiso concluir con la pregunta del Espíritu
Santo, y le apretó con vehemencia que le dicesse respuesta, no 55
le dio otra sino esta: — Yo, padre, no diré más, si no fuere
por mandado de superior a quien tenga obligación de obedecer.
— Buenos estamos (dize el padre); tenemos el mundo lleno de
errores, y brotan cada día nuevas heregías y dotrinas ponço-
ñosas, y vos no queréis declararnos lo que andáis enseñando?; 60
pues aguardadme aquí un poco, que presto os haremos dezir la
verdad —. Quédanse él y su compañero en la capilla, y vanse
los frayles y mandan cerrar las puertas del monesterio; y de
aý a un poco, los passaron a una celda. Tres días estuvo en
aquel sagrado convento con grandíssimo consuelo de su ánima. 65
Comía en refitorio con los frayles, y muchos dellos venían a
visitarle y a oirle a su celda, que casi estava llena de frayles;
a los quales él hablava con mucha libertad y eficacia de las
cosas divinas, como era su costumbre; y muchos dellos aprovavan
y defendían su manera de vivir y enseñar. Y assí el monesterio 70
se partió como en vandos, aprovando unos y reprovando otros
lo que oían de su dotrina.

72. En este espacio de tiempo, aquellos padres religiosos,
con buen zelo, movidos de la libertad con que hablava y del 75
concurso de la gente que le oía y del rumor que de sus cosas
ya tan sonadas avía en la ciudad (el qual casi nunca se mide
al justo con la verdad), y viendo los tiempos tan sospechosos y
peligrosos, temiendo que so capa de santidad no se escondiesse
algún mal que después no se pudiesse tan fácilmente atajar,
dieron parte de lo que passava al provisor del obispo⁵. El qual, 80
al cabo de los tres días, embió al monesterio su alguazil, y él
llevó nuestro Ignacio a la cárcel con su compañero; mas no los
pusieron abaxo, adonde estavan los otros presos por comunes
delitos, sino en lo más alto de un aposento, apartado, viejo, me-

55 apretó] apretasse AC || 79 después — atajar *autogr. in marg. M*

⁵ Martinus de Frías, vicarius episcopi salmantini, Francisci de Bobadilla. I 456⁵.

stringit, ut alter alteri semper adesse cogeretur. In hunc modum
70 noctem illam pervigiles orantesque traducunt.

73. Postridie, ubi rescitum est eos in custodia esse, lecto-
rum stragula, cibos, reliqua vitae necessaria abunde suppedi-
tarunt pii viri, quorum magnus numerus, audiendi causa, ad
Ignatium concurrebat. Ille vero morem suum illum retinebat,
75 virtutes ornandi, accusandi vitia, excitandi omnes ad humana-
rum rerum despicientiam. Baccalaureus quidam Frías, episcopi
vicarius, ad eos in carcerem venit, utrumque separatim inter-
rogat. Illi Ignatius scripta sua, hoc est, *Exercitionum spiritua-*
lium librum ad examinandum tradit, duos (praeter eum qui se-
80 cum erat)⁶ socios sibi esse monet, locum, ubi sint, indicat. Socii
illi, vicarii iussu, in inferiorem carcerem detruduntur, ubi reli-
quae custodiae asservabantur, quo ab Ignatio parietibus disiuncti
essent. In hac item iactatione et oblata sibi tempestate, nul-
lum innocetiae suae defensorem adhibuit. Praeterierant aliquot
85 iam dies, cum ad iudices quattuor, viros eruditos et graves, Igna-
tius adducitur. In iis tres doctores fuerunt, Isidorus, Paravigna,
Frías⁷, quartus, is qui est a me nominatus baccalaureus Frías,
quem pro episcopo fuisse iam diximus. Hi omnes traditum exer-
citationum librum legerant, et curiosius etiam expenderant. Pro-
90 ductum ad se Ignatium multa rogant, multa non modo de libro
illo, sed de abstrusis reconditisque theologiae quaestionibus, de
inexplicabilibus Sanctissimae Trinitatis, Incarnationis, atque Eu-
charistiae mysteriis et id genus alia percontantur. Ad quae Igna-
tius (se ineruditum modeste praefatus) tam docte graviterque
95 respondit, ut magis admirationi esset quam reprehensioni locus.

74. Deinde episcopi vicarius quaestionem ex iure canonico
enodandam Ignatio proposuit; quam ille (cum se prius ignorare

78 spiritualium || 96 post canonico add. petitam

⁶ Callistum de Sá.

⁷ Horum nomen hoc modo traditur in *Actis* n. 68: « los tres doctores: Sanctisidoro, Paravinhas y Frías ». Hi videntur fuisse: « Fernandus Ro-

dio caído, muy suzio y de mal olor. Allí ataron a una gruesa 85
cadena, larga de doze o treze palmos, a los dos presos, metiéndoles un pie a cada uno en ella tan estrechamente, que no podía apartarse el uno del otro para ninguna cosa. Y desta suerte passaron toda aquella noche, velando y haziendo oración.

73. El día siguiente, como se divulgó en la ciudad que eran 90
presos, no faltaron hombres devotos (de los muchos que le solían oír) que los proveyeron abundantemente de cama y comida y de las otras cosas necessarias. Allí donde estava preso no dexava sus exercicios acostumbrados, ni de hablar con libertad, ensalzando la virtud y reprehendiendo los vicios y despertando 95
los coraçones de los hombres al menosprecio del mundo. Vínoles a visitar a la cárcel el bachiller Frías (que así se llamava el provisor), y a cada uno por su parte parte tomó su confesión. Diole nuestro Ignacio el libro de los Exercicios espirituales para que los examinasse, y díxole que fuera del que allí estava⁶, 0
tenía otros dos compañeros, y declaróle la casa donde los hallaría. Mandólos el provisor prender y poner abaxo en la cárcel común, para que estando assí, apartados los unos de los otros, no se pudiesen comunicar. No quiso tampoco nuestro bienaventurado padre en esta persecución tomar de los hombres procurador o 10
abogado que defensiesse su inocencia. Passáronse algunos días desta manera en la cárcel, y al cabo dellos le llevaron delante de quatro juezes, hombres todos graves y de muchas letras. Los tres, llamados Isidoro, Paraviñas, Frías⁷, eran doctores; el quarto era el provisor dicho, que se llamava el bachiller Frías. Todos 15
estos avían leydo el libro de los Exercicios, y le avían examinado con toda curiosidad. Llegado a su presencia el preso, le preguntaron muchas cosas, no solo de las que en el libro se contenían, sino de otras questões de teología, muy recónditas y exquisitas, como de la santíssima Trinidad, del misterio de la Encar- 20
nación y del santísimo Sacramento del altar. A lo qual todo (protestando primero con modestia que era hombre sin letras) respondió tan sabia y gravemente, que más les dava materia de admiración que ocasión de reprehensión alguna.

74. Púsole después el provisor una cuestión del derecho Ca- 25
nónico que declarasse, y él, diziendo que no sabía lo que los

90 Mas el día siguiente AC || 98 All] Y all AC

driguez de San Isidoro; alter non clare constat quisnam fuerit; tertius videtur fuisse Franciscus de Frías. FN I 458⁷ et *Obras completas de San Ignacio*², edición manual (1963), p. 1317.

doctorum de ea re sententias dixisset) ita dissolvit, ut scopum ipsum attingeret. Denique iussus est, primum decalogi praeceptum, ut populis solebat, exponere. Ille vero tam multa, tam exquisita in eam rem disseruit, ut omnem illi ultra interrogandi cupiditatem abiicerent. Unum erat quod iudices non satis probare videbantur, quod initio fere exercitationum spiritualium positum, eam doctrinam continet, qua docemur, cogitationem, quae peccatum veniale sit, ab ea cogitatione, quae sit mortifera, vere secernere⁸. Id vitio propterea vertebant Ignatio, *non quod falsum esset, sed* quod cum minus esset doctrina excultus, ea constitueret, quae discerni absque magna doctrina non possunt. Ad quod Ignatius tantum: — Verane sint an falsa, quae scripsi, vestri iudicii est (ego enim meum non interpono); si vera sunt, probate; si falsa, reiicite —. Illi tamen nullo modo improbare ausi sunt.

75. Multi, ut supra diximus, ad Ignatium visendi audientique gratia, conveniebant; ex quorum numero *Franciscus Mendotius (is qui burgensis episcopus, et S. R. E. Cardinalis postea excessit e vita)*⁹ vicem illius dolens, ab eo familiariter aliquando quaesivit: dolenterne ferret carcerem illum, ac vincula? Cui Ignatius: — An tantum malum tibi videtur carcer esse? At vero non tam multae Salmanticae compedes sunt, non tot catenae, quin ego plures pro Christo cupiam —¹⁰.

76. *Atque etiam sacratae quaedam foeminae sanctitatis Ignatii opinione commotae, et privatis eius colloquiis ad pietatem aliquando incensae, ad ipsum in carcere inclusum epistolam scripserunt, in qua et eius iniurias dolebant, et eos qui Ignatium in periculum illud discrimenque coniecerant, graviter accusabant. Ad quas Ignatius rescripsit, oppido se mirari illas quibus crucis Christi mysterium notum ac pertractatum esse oportebat im-*

³ spiritualium || 6 Id] Idque || 6-7 non — sed om. || 14-16 Franciscus Mendotius — e vita] quidam nobilitate praestans || 21-33 Atque etiam — incesseret om.

⁸ *Exercitia spiritualia*, nn. [260, 261], initio tractationis de Examine generali conscientiae.

⁹ Eius nomen datur in *Actis* n. 69 (I 460), reticetur a Rib. in prima ed. latina, sed adest in reliquis inde a textu A. Erat is Franciscus de Mendoza y Bobadilla, primum episcopus cauriensis, creatus cardinalis a Paulo III a. 1545, deinde episcopus burgensis ab anno 1550 ad 1556 quo mortuus est die 1 decembris, cum esset designatus archiepiscopus valen-

doctores en aquel caso determinavan, con todo esto respondió de manera que dio derechamente en el blanco de la verdad. Mandáronle, al fin, que les declarasse allí el primer mandamiento del decálogo de la manera que lo solía declarar al pueblo; hízolo ³⁰ así y dixo acerca desto tantas cosas y tan extraordinarias y tan bien dichas, que les quitó la gana de preguntarle más. Una cosa sola parece que no tenían por segura los juezes, que es un documento que se da al principio de los Exercicios, en que se declara la diferencia que ay entre el pensamiento que es ³⁵ pecado mortal o venial *. Y no lo reprehendían porque fuesse falso, sino porque, no aviendo estudiado, se ponía a determinar lo que sin mucha dotrina no se podía bien distinguir ni averiguar. Pero él les dixo: — Si es verdad o no lo que yo acerca desto enseño, vuestro es mirarlo, que para esso os hazen juezes; ⁴⁰ yo no lo quiero ser, sólo pido, que si es verdad, se aprueve; y si no lo es, se reprueve y condene lo que digo: —; mas los juezes no lo osaron reprovar.

75. Venían muchos (como antes dixé) allí a la cárcel a visitarle y a oyrle, entre los quales era uno don Francisco de Mendoza, que después murió cardenal y obispo de Burgos *. El qual un día, doliéndose de su trabajo, le preguntó si le dava mucha pena el verse preso y en cadenas. Al qual el siervo de Dios respondió: — ¡Tan gran mal os parece a vos estar así preso ⁴⁵ un hombre y aherrojado? Pues yo os digo de verdad que no ay tantos grillos en Salamanca ni tantas cadenas, que no sean más en las que yo desseo verme por amor de mi Señor Jesuchristo — ⁵⁰ ¹⁰.

76. Y ciertas religiosas que ya tenían noticia de su santidad, le escribieron una carta, doliéndose de su trabajo y quejándose y acusando a los que le avían puesto en él. A esta carta respondió ⁵⁵ otra, reprehendiéndoles su sentimiento, porque era señal que no conocían los tesoros que se encierran en la cruz y tribulaciones que se passan por Christo, dándoles a entender quán regocijada estava su ánima y quán desseosa de mayores fatigas y tormen-

36-37 Y no lo reprehendían — falso] Lo qual no lo reprehendían en Ignacio porque enseñasse cosa falsa AC || 38 dotrina) doctrina AC || 39 Pero él les dixo] A lo qual Ignacio les respondió AC || 41 Yo no quiero ser el juez AC || 41-42 se aprueve — se repruebe] que se aprueve y si no que se reprueve AC || 42 mas los jueces] no hallando por qué *add.* AC || 53-58 Y ciertas religiosas — Dios y Señor *om.* AB || 55 A las quales él respondió otra C || 56 su sentimiento] y desconocimiento de los tesoros que se esconden en la cruz *add.* C

tinus. De eo cf. l. III, cap. XVI et l. IV, cap. IV. CIACONIUS OLDONINUS, t. III, col. 690.

¹⁰ *Acta* n. 69 (I 490).

mentos gloriae thesauros in cruce inclusos penitus ignorare; se quidem gaudio exultare, et maiora et graviora propter Dominum suum patiendi perferendique cupiditate vehementer ardere.
 30 *Idque gravissimis verbis atque ardentibus scripsit, prorsus ut illas, et puderet sui, et Ignatium imitandi patiendique propter Christum inflammatum quoddam desiderium incesseret*¹¹.

77. Dum in custodia Ignatii socii tenerentur, accidit ut reliqui vincti, praeterquam illi, aperto carcere fuga omnes eva-
 35 derent. *Itaque socii* postero die mane soli patentibus foribus reperti sunt. Idque tum apud iudices, tum apud populum multum admirationis habuit; quocirca e carcere emissi sunt, et in amplam domum traducti¹².

40 78. Secundo et vicesimo die, ex quo capti fuerant, accersiti sunt a iudicibus, ut sententiam, quae in eos ferebatur, audirent. Huius sententiae summa erat, vitam atque doctrinam Ignatii sociorumque integram, nullaue omnino labe aspersam videre; liberum illis esse, pro sua consuetudine, populum docere deque
 45 omnibus rebus divinis colloqui; illud unum caverent, ne, quid mortale peccatum, quid veniale esset, definirent, nisi quatuor adhuc annos in litterarum studio posuissent. Quam sententiam tandiu servaturum se dixit Ignatius, quandiu in illorum iurisdictione ac potestate esset. Neque enim esse aequum, ut nullo
 50 vitio in vita deprehenso, nullo errore in doctrina, ianuam sibi ad animarum utilitatem obstruerent, ac loquendi libere facultatem eriperent; se sui iuris esse, suaeque vitae rationibus consulturum¹³.

35 Itaque Socii] qui || 46 quattuor

¹¹ Quae dicuntur in hac paragrapho absunt in prima ed. latina et prima et secunda hispana (A et B); absunt etiam ab *Actis* et, ut videtur, ab aliis fontibus primaevs, nec scimus quo fundamento a Rib. narrentur. Agitur de epistula ad Ignatium, quam «sacratae quaedam foemine» scrip-

tos, con tan encendidas y afectuosas palabras, que por una parte 60
quedaron las monjas corridas, y por otra abrasadas y atravesadas con el desseo de padecer mucho por amor de su Dios y Señor ¹¹.

77. Acaeció, en este tiempo que estaban presos, que una noche todos los demás presos se salieron de la cárcel pública 65
y escaparon huyendo, dexándola abierta y tan sola, que solos los compañeros del padre quedaron como por guarda de la casa. Y así, otro día por la mañana, fueron hallados ellos solos en la cárcel, las puertas abiertas de par en par. De lo qual no menos quedaron maravillados que edificados, así el juez como 70
toda la ciudad; por lo qual los sacaron de allí y llevaron a una buena posada ¹².

78. A cabo de ventidos días de su prisión, fueron llamados ante los jueces para oyr la sentencia que se les dava; y en suma fue que los davan por hombres de vida y dotrina limpia y entera, sin que en ella se hallasse mácula ni sospecha, y que pudiesen (como antes lo hazían) enseñar al pueblo y hablarle de las cosas divinas. Mas que de una sola cosa se guardassen, que era meterse en muchas honduras y declarar la diferencia que ay entre el pecado venial o mortal, hasta que huviessen estudiado quatro años de teología. Leída la sentencia, dixo el padre 80
que él la obedecía por el tiempo que estuviese en su jurisdicción o distrito. Porque no era justo que, no hallándose culpa en su vida ni error en su dotrina, le quisiessen cerrar el camino para ayudar a las almas, quitándole la facultad de hablar libremente 85
de las cosas de Dios; y que pues él era libre y señor de sí para ir donde quisiere, él miraría lo que le cumplía ¹³.

serunt. Neque haec epistula neque Ignatii responsio ad nos pervenerunt. Ignatius Salmanticae cum paucis tantum feminis egit. Cf. RAHNER, *Briefwechsel*, p. 15.

¹² *Acta* n. 69 (I 460).

¹³ *Acta* n. 70 (I 460).

IN PARISIENSEM ACADEMIAM STUDIORUM CAUSA CONTENDIT

CAPUT XVI

79. Ex quo primum Ignatius animum ad studia contulit, magna deliberatione sollicitari coepit, utrumne, decurso studio-
 5 rum curriculo, religionem aliquam ingredi, an liber atque expeditus ad salutem animarum vagari, aliosque sibi eiusdem propositi socios deberet adiungere. Quae sane consultatio valde eius animum sollicitum habuit. Quod si religio complectenda esset, ea demum sequenda videbatur, quae labefactata esset ac plane
 10 dissoluta, in qua videlicet multa pati, multa ab hominibus severiorem disciplinam recusantibus perferre cogeretur. Sed in hac deliberatione multo in eam partem eius animus erat propensior, ut socios cogeret, quo liberius pleniusque omnes suas curas commodis proximorum consecraret. Quae sententia, quia melior, vi-
 15 cit¹. Itaque hunc animum etiam tunc habuit, cum ferrea illa cathena devinctus erat, ex qua simul atque expeditus fuit, Salmanticaeque tantum impedimentum obiici suis consiliis vidit, alio² sibi emigrandum existimavit. Quod et fecit, multis optimis atque clarissimis viris repugnantibus, molesteque eius discessum
 20 ferentibus.

80. Re igitur cum sociis communicata et composita, solus asellum libris onustum agens, in viam se Barcinonem versus dedit, ut Lutetiam Parisiorum studiorum gratia sese conferret. Barcinonem ubi pervenit, omnes eius necessarii ac familiares, co-
 25 gnito eius animo, vehementer profectionem illi Parisiensem dissuaserunt³. Erat summa hyems, bellum inter Hispanos Gallosque ingens et saevum, iter infestum ac periculosum, multa cru-

23-24 ut Lutetiam — Barcinonem om. || 25 ubi] quo

¹ Acta n. 71 (I 462). Cf. *Lainii exhortationes a. 1559*: FN II 137-138.

COMO FUE A ESTUDIAR A LA UNIVERSIDAD DE PARIS

CAPÍTULO XVI

79. Desde el primer día que se determinó de seguir los estudios anduvo siempre con gran solicitud, suspenso y deliberando si, acabados los estudios, sería bien tomar el ámbito de alguna sagrada religión, o si, quedándose libre, se emplearía todo en aprovechar a las almas, buscando compañeros que en esta santa ocupación le quisiessen ayudar. Esta duda le tuvo en gran manera perplexo y dudoso. Bien se determinava en que, aviendo de hazerse religioso, entraría en alguna religión que estuviese más apartada de sus fervorosos principios y olvidada de la observancia de sus reglas. Porque, por una parte, le parecía que quizá sería nuestro Señor servido que aquella religión se reformasse con su trabajo y exemplo y, por otra, que tendría en ella más ocasión de padecer y de sufrir las muchas contradicciones y persecuciones que le vendrían de los que, contentos con sólo el nombre y ámbito de religiosos, avían de recusar la reformation de la disciplina regular y de su vida religiosa. Pero, mucho más se inclinava a buscar y llegar compañeros, para con más comodidad y aparejo emplearse todo en la ayuda espiritual de los próximos. Esta, al fin, fue su resolución, como cosa a la qual el Señor le llamava¹; y este propósito tuvo, aun quando estava en la cadena de Salamanca. De la qual, luego que se vio suelto y consideró los estorvos que allí se le ponían para la execución de su desseo, juzgó que le convenía mudar su asiento de aquella universidad². Y assí se salió della con harta contradición de muchos hombres principales, a los quales dolía en el alma esta partida. Salió con determinación de irse a la universidad de París, a donde Dios le guiava para favorecerle, como le favoreció.

80. Tratada, pues, y acordada la jornada con sus compañeros, se partió solo camino de Barcelona a pie, llevando un asnillo delante cargado de libros. Llegado a Barcelona y tratando su negocio y camino con sus conocidos y devotos (que tenía allí muchos del tiempo pasado), todos con grandes y eficazes razones le desaconsejaron la jornada de París³. Poníanle

¹ Pero] Mas AC || ²⁰ se inclinava] su corazón *add.* AC | llegar] allegar AC || ²³ deste propósito estuvo AC || ²⁵ vio] vido A

² « determinado de ir a París ». *Acta* n. 71.

³ *Acta* n. 72 (I 462).

delitatis exempla, acque recens ac hostiliter a militibus in via-
30 tores exprompta, proferebantur. *Haec* omnia *tamen* constantem
Ignatii animum, ac divino concitatum impulsu, retardare non
potuerunt. Quapropter viae se commisit, Deoque duce, ita pedi-
bus iter illud confecit, ut mense februario ineunte⁴, anni mille-
35 simi quingentesimi vigesimi octavi, Lutetiam Parisiorum sanus
incolumisque pervenerit.

30 Haec] Atque haec | tamen om.

delante el frío muy áspero que hacía, por ser en medio del invierno, la guerra ya rompida y muy sangrienta que avía entre España y Francia, y los peligros y trabajos de que por causa de la guerra estava lleno el camino. Contávanle muchos y frescos exemplos de horribles crueldades que en aquel camino de Francia los soldados avían executado contra los caminantes. Mas no bastaron todas estas cosas a detenerle, porque se sentía llevar del favorable viento del Espíritu Santo, y hallava paz en la guerra, y en los peligros seguridad y en los trabajos descanso. Y así se dio a caminar por medio de Francia a pie, y con el favor de Dios que le guiava llegó a París, sano y sin passar ningún peligro, al principio de febrero de mil y quinientos y ventiocho años ⁴.

40

45

50

FIN DEL LIBRO PRIMERO

⁴ Lutetiam pervenit die 2 februarii 1528. *MI Epp.* I 74; *Acta* n. 73 (I 464), ubi dubitanter dicitur: « esto fue el año de 1528 ó de 27 ».

VITAE IGNATII LOYOLAE
LIBER SECUNDUS

STUDIORUM ILLIUS LABOR ET FRUCTUS

CAPUT I

1. Ingressus Lutetiam Ignatius, cogitationes suas eo potissimum contulit, ut rationem aliquam inveniret quo eorum quae
5 ad vitam necessaria sunt cura liberatus, in studiis ingenuarum artium sedulo versaretur. Quae res secus longe accidit, magnam enim in illa studiorum tractatione molestiam et difficultatem sustinuit. Principio, quandam pecuniae summam, dono sibi ex Hispania missam, accepit¹, eamque contubernali cuidam suo servandam tradidit, in usus ille suos commodumque convertit; solvendo
10 postea non fuit, itaque Ignatio periit. Qui in eas angustias adductus est, ut in hospitem divi Iacobi domum divertere², et ostiatum quaeritare victum quotidie cogeretur. Quod tametsi usitatum ipsi erat, et per se iucundum, multum tamen impedi-
15 menti studiorum progressibus adferebat. Iam illud permolestum, quod a gymnasio, ubi discebat, tam procul aberat³. Nam cum explicationes a praeceptoribus hyeme ante lucem haberentur, in noctem producerentur vespertinae⁴, ipse cum sole domo exire (ut xenodochii leges servaret), cum sole redire cogebatur. Cum
20 igitur inchoata studia minime sibi ex sententia procederent, magnoque labore exiguum fructum caperet, eam tandem rationem excogitavit, ut herum sibi aliquem quaereret, eruditum in primis virum, cui ipse deserviret, ut quod a domesticis ministeriis da-

14 iucundum

¹ Per nummariam chartam, Barcinone missam, viginti quinque scuta acceperat. *Acta* n. 73 (I 464).

² « Y fue recogido en el hospital de sant Jaques, ultra los Innocentes ». *Acta* n. 74 (I 466). Hospitium Sancti Iacobi, destinatum peregrinis Compostellam petentibus, situm erat in Rue Saint-Denis, non longe a templo Saint-Leu-Saint-Gilles. Dirutum est a. 1808. « Les Innocents » erat coemeterium cum templo annexo. Nomen adhuc servatur.

³ Collegium Montaigu situm erat in hodierna via Laplace, prope « Panthéon », fere ubi nunc est « Bibliothèque Sainte-Geneviève ».

LIBRO SEGUNDO DE LA VIDA DEL B. PADRE
IGNACIO DE LOYOLA

DEL TRABAJO QUE PASSO EN LOS ESTUDIOS
Y FRUTO QUE SACO DELLOS

CAPÍTULO I

1. Llegado, pues, nuestro B. Padre Ignacio a la universidad
de París, comenzó a pensar con gran cuydado qué manera halla- 5
ría para que, descuydado y libre de la necessidad que tenía de
la sustentación corporal, se pudiesse del todo emplear en el estu-
dio le las artes liberales; mas sucedióle muy al revés, porque fue
grande la necessidad y molestia que passó en la prosecución de
sus estudios. Avíanle embiado de España cierta suma de dineros 10
en limosna, y como él era tan amigo de no tener nada, diola a
guardar a un campañero español con quien posava, y él se la
gastó toda (como le pareció), y gastada no tuvo de qué pagarle¹.
Y así quedó tan pobre y desproveído, que se huvo de ir al
hospital de Santiago a vivir², donde le fue necessario pedir en 15
limosna de puerta en puerta lo que avía de comer. Lo qual,
aunque no le era nuevo (y en pedir como pobre hallava gusto y
consuelo), todavía le era grande embaraço para sus estudios; y
especialmente le estorbava el vivir tan lexos de las escuelas, como
vivía³. Porque, conmençándose las liciones en invierno (como 20
es uso en París) antes del día, y durando las de la tarde hasta
ya de noche⁴, él por cumplir con el orden del hospital y con
sus leyes, avía de salir a la mañana con sol y bolver a la tarde
con sol, y con esto venía a perder buena parte de sus liciones.
Viendo, pues, que no aprovechava en los estudios como quisiera, 25

¹ passó] puso MAB || ⁴ Llegado Ignacio ACD || ¹¹ como él — nada *autogr.*
in marg. M || ¹² español *del.* N || ¹⁴ Y así Ignacio AC || ²² de noche] noche AC

⁴ In hospitio Sancti Iacobi valvas aperiebant ad ortum solis, easque
ad orationem vespertinam (*Angelus*) claudebant. In collegio Montaigu, ordo
diurnus a Standonck a. 1503 institutus, signabat ad surgendum horam quar-
tam matutinam, post quam lectiones illico incipiebant. Disputationes vesp-
ertinae usque ad horam septimam cum dimidio protrahebantur. DUDON, *Saint*
Ignace, pp. 178, 633.

retur temporis, id totum in litterarum meditatione consumeret.
 25 Quem si invenisset, statuerat illum Christi loco habere, in con-
 discipulis vero Apostolos ipsos cernere, et Christum ipsum sibi
 sanctissimumque discipulorum illius coetum, pia cogitatione re-
 praesentare⁵. Quae eius coelestis veluti pictura quaedam et con-
 formatio in communi vitae consuetudine et religiosa fratrum
 30 inter se communicatione, magnopere a patre nostro commenda-
 batur, utpote quae ad retinendam in superiores observantiam,
 fraternam erga pares charitatem valeret plurimum.

2. Herum, magna diligentia multorum conquisitum⁶, inve-
 nire non potuit. Quare ubi haec non successit, aliam viam commo-
 35 diorem inivit. *Re Domino in oratione diligenter commendata*,
 consilium religiosi cuiusdam viri sequutus⁷, in Belgas annis sin-
 gulis ire constituit, ut ab hispanis mercatoribus, hominibus co-
 piosis, qui in illa provincia negociabantur, aliquid pecuniae in
 sumptus corrogaret, et paucorum dierum iactura, studiorum om-
 40 nium perturbationem redimeret. Hac via, tantum quotannis mer-
 catorum liberalitate pecuniae referebat, quantum ad vitam suffi-
 ceret frugaliter sustentandam. *Primo et altero anno in Belgicam
 Galliam profectus est, tertio etiam in Angliam excurrit⁸. Post
 triennium vero, eundi ac redeundi cura liberatus est, nam mer-
 45 catores ipsi suapte sponte pecuniam mittebant Ignatio in annos
 singulos, quae ad eam addita quae ex Hispania subministrabatur,
 neque tenuis omnino erat, neque usque adeo angusta, ut ad illum*

³² caritatem || ³⁵ Re — *commenadta om.* || ³⁶ *post viri add. post orationem* ||
⁴²⁻⁴³ *Primo — tertio om.* || ⁴³ *ante etiam add.* Aliquando || ⁴³⁻⁴⁹ *Post triennium —*
sufficeret om.

⁵ *Acta* n. 75 (I 466).

^{5a} Eph. 6, 5.

17. Con esta resolución se va al doctor Govea, que aún no avía salido de su aposento, y declárale todo su ánimo y determinación, diziéndole que ninguna cosa en esta vida le podía venir a él más dulce y sabrosa que ser açotado y afrentado por Christo, como ya lo avía experimentado en las cárceles y cadenas, donde le avían puesto por la misma causa; mas que temía la flaqueza de los principiantes, que aún eran en la virtud pequeñelos y tiernos, y que lo mirasse bien, porque le hazía saber que él, de sí, ninguna pena tenía, sino de los tales era toda su pena y cuidado. Sin dexarle hablar más palabra, tómale de la mano el doctor Govea, llévale a la pieça donde los maestros y discípulos le estaban esperando, y súbitamente puesto allí (con admiración y espanto de todos los presentes) se arroja a los pies de Ignacio, y derramando de sus ojos afectuosas lágrimas, le pide perdón, confessando de sí que avía ligeramente dado oýdos a quien no debía. Y diziendo a voces que aquel hombre era un santo, pues no tenía cuenta con su dolor y afrenta, sino con el provecho de los próximos y honra de Dios. Quedaron con esto los buenos animados y los malos confundidos. Y viose la fuerça que Dios nuestro Señor dio a las palabras deste santo varón, y cómo libra a los que esperan en Él⁷. El bien que desto sucedió, tomando Dios nuestro Señor por instrumento a este doctor Govea para la conversión de la India Oriental, contarémoslo a los deziseis capítulos deste segundo libro, porque aquel será su propio lugar.

⁶ 82-83 Qualis — Salviano *om.* MAC || 86 en mí mismo AC || 9-12 Quedaron — en *El autogr. in marg.* M || 11 deste santo varón] Ignacio MACD

⁷ Cf. Dan. 13, 60.

⁸ Huius libri II, capite XVI.

QUOS SOCIOS SIBI ASCIVERIT

CAPUT IV

18. Cum primum ad studia literarum animum adiecit, eo semper inclinavit Ignatius, ut aliquos commilitones consiliorum-
 5 que suorum socios sibi aggregaret. Ex quo iam inde ab eo tempore quo in Hispania tam varie est graviterque exagitatus, comites illos habuit, qui se in illius societatem dederunt¹. Quae tamen recens conglutinata, Ignatii disiunctione et ab Hispania discessu facile divulsa est. Nam cum Ignatius Lutetiae tot an-
 10 gustiis premeretur, eos de rerum suarum statu certiores fecit, ex quo facile intelligerent, quam exigua spes Lutetiae ipsos alendi ostenderetur. Quamobrem alius alio dilapsi sunt². Cum igitur ad Philosophiae studia Lutetiae animum Ignatius appulit, Petrus Faber⁴ Franciscusque Xavier⁵, in collegio divae Barbarae,
 15 non modo studiorum, verum etiam eiusdem cubiculi socii erant, cursumque Philosophiae iam fere peregerant⁶. In idem contubernium vitaeque societatem admissus Ignatius est, qui iuvenes illos indole ac doctrina excellentes, devincire paulatim sibi officiis coepit.

20 19. Fabrum in primis sibi maxime obstrinxit, cuius opera in auditis lectionibus repetendis multum utebatur⁷. Ex quo factus est eius in Aristotelica atque naturali doctrina discipulus, in spiritali ac divina magister, brevique hominem ita vitae admiratione permovit, ut sua studia eum Ignatii studiis, voluntatem cum voluntate coniungeret⁸. Neque tamen subito in illo demerendo vim omnem suam Ignatius profudit; sed paulatim

¹ De his sociis cf. l. I, cap. XIV.

² Ignatius huic pie feminae scripsit in favorem Callisti de Sá, pro eo petens bursam studiorum in Universitate parisiensi, a rege Ioanne III Lusitaniae impetrandam. *Acta* n. 80 (I 472).

³ De eorum exitu v. *Acta* n. 80.

⁴ Quonam modo Ignatius sibi socios asciverit, narratum vide a Fabro in suo *Memoriale*, nn. 8-15 (I 32-39); in *Sum* nn. 52-53 (I 181-183). De singulis sociis brevis cursus vitae datur in FN I 37-39, in annotationibus. Petrus Favre (Faber) Lutetiam venit a. 1525, aetatis suae a. 19°. Anno 1529, 10 ianuarii, factus est baccalaureus in artibus, anno 1530 licentiatus. FX I 136-137.

DE LOS COMPANEROS QUE SE LE ALLEGARON EN PARIS

CAPÍTULO IV

18. Desde el principio que el B. P. se determinó de seguir los estudios, tuvo siempre inclinación de juntar compañeros que 5
 tuviesen el mismo desseo que él, de ayudar a la salvación de las ánimas. Y assí, aun quando en España anduvo tan perseguido y acossado, tenía los compañeros que diximos se le avían allegado ¹. Mas, como aún no avía echado rayzes aquella compañía, con su partida para París luego se secó, deshaziéndose y 10
 acabándose fácilmente lo que fácilmente y sin fundamento se avía comenzado. Porque, escriviéndoles él de París (quando aún apenas se podía sustentar mendigando) quán trabajosamente las cosas le sucedían y quán flacas esperanças tenía de poderlos él allí mantener, y encomendándoles a doña Leonor Mascareñas ² 15
 (que por su respeto mucho los favoreció), se desparcieron, yéndose cada uno por su parte ³. Al tiempo, pues, que entró en el estudio de la Filosofía nuestro B. P., vivían a la sazón en el colegio de Santa Bárbara Pedro Fabro, saboyano ⁴ y Francisco Xavier, navarro ⁵, que eran no sólo amigos y condícipulos, mas 20
 aun compañeros en un mismo aposento. Los quales, aunque casi ya yvan al cabo de su curso ⁶, recibieron a Ignacio en su compañía, y por aquí comenzó a ganar aquellos moços, en ingenio y doctrina tan excelentes.

19. Especialmente con Fabro tomó estrechíssima amistad, y 25
 repetía con él las liciones que avía oído ⁷, de manera que, teniéndole a él por su maestro en la filosofía natural y humana, le vino a tener por dicípulo en la espiritual y divina. Y en poco tiempo le ganó tanto con la admiración de su vida y exemplo, que determinó de juntar sus estudios y propósito de vida con 30
 los estudios y propósito de Ignacio ⁸. El qual no estendió luego al principio todas las velas, ni usó de todas las fuerças para

¹⁰ con la partida de Ignacio AC || 10-12 con su partida — comenzado *autogr. in marg. M* || 11 sin fundamento *cancellatum a Rib. in M, sed in omnes editiones transit; sin tan firme fundamento N*

⁵ Franciscus Xavier (Xaverius) studia artium inchoavit a. 1526. Baccalaureatum et licentiam simul ac Favre obtinuit. FX I 127^s, 135-137.

⁶ Ignatius Lutetiam pervenit die 2 februarii 1528. De aliis v. annot. praecedentes.

⁷ Fabri *Memoriale* n. 8: FN I 32.

⁸ Hoc describitur ab ipso Fabro ib. nn. 8-13: FN I 32-35.

pedetentimque progressus est. Namque illum docuit, primum conscientiam suam quotidie examinare, tum totius vitae crimina generali confessione eluere⁹, deinde octavo quoque die sacratissimam Eucharistiam percipere. Denique cum quattuor iam annos
 30 in hac vivendi ratione consumpsisset eiusque rei maturitas esse videretur, magno Deo serviendi desiderio flagrantem perpolivit. Qui tantum ex illis fructus coepit, ut tum demum se respirasse atque ex magna anteactae vitae iactatione conquievisse diceret.
 35 Ante exercitationes enim illas ipsemet Faber scribit¹⁰ nullam sibi securitatem fuisse. Quibus adductus, ad Ignatium sese totum contulit. Franciscus Xavier etsi consuetudine familiaris, animo tamen in principio alienior fuit; sed ipse tandem vim spiritus loquentis in Ignatio sustinere minime potuit¹¹. Iacobus
 40 Laines adolescens, confecto Philosophiae cursu¹², Lutetiam ex complutensi academia cum Alfonso Salmerone, item adolescentulo¹³, venerat; tum studendi, tum etiam Ignatii inquirendi videndique causa. Quem vitae integritate ac parsimonia plurimum iam tum Compluti, hominum sermone celebrari audierat, in eum
 45 que ipsum primum omnium Lutetiae incidit, estque illi haud multo post familiaritate adiunctus; et eodem tempore¹⁴, quo Petrus Faber, una etiam cum Salmerone, exercitationibus spiritualibus eruditus. Atque in hunc modum, additi etiam Ignatio sunt Simon Rodericus et Nicolaus Bobadilla.

32 post flagrantem add.: Fabrum exercitationibus spiritualibus

⁹ Eam fecit cum doctore Ioanne Castro hispano. FN I 33.

¹⁰ Significat *Memoriale* Fabri n. 15, (FN I 36), cuius editionem integram vide in MHSI, *Fabri Monumenta*, 489-696, fragmenta de Societatis Iesu initiis in FN I 26-49. Versionem gallicam cum introductione et notis edidit Marcellus de CERTEAU, collection *Christus* (Paris 1960) n° 4.

¹¹ Xaverius post obtentum magisterium in Artibus, a. 1530 Philosophiam legit in collegio Dormans-Beauvais. FX I 139.

¹² Cf. *Sum.* n. 52 (I 182). Vocatio Lainii narratur ab ipso Ribadeneyra in *Vida del Padre Mestro Diego Laynez*, cap. I.

¹³ Natus erat a. 1515, omnium sociorum natu minor, unde a. 1534 vigesimum aetatis annum nondum expleverat.

ganar esta ánima de un golpe, sino muy poco a poco y despacio fue procediendo con él. Porque, lo primero, le enseñó a examinar cada día su conciencia; luego le hizo hazer una confesión general de toda su vida ⁹, y después le puso en el uso de recibir cada ocho días el Santísimo Sacramento del altar; y al cabo de cuatro años que passó viviendo desta manera, viéndole ya bien maduro y dispuesto para lo demás, y con muy encendidos desseos de servir perfetamente a Dios, le dio, para acabarle de perficionar, los Exercicios espirituales. De los quales salió Fabro tan aprovechado, que desde entonces le pareció aver salido de un golfo tempestuoso de olas y vientos de inquietud y entrado en el puerto de la paz y descanso, el qual el mismo Fabro escribe en un libro de sus meditaciones (que yo he visto) ¹⁰ que antes de los Exercicios nunca su ánima avía podido hallar. Y en este tiempo se determinó y propuso de seguir de veras al B. P. Ignacio. Francisco Xavier, aunque era también su compañero de cámara, se mostró al principio menos aficionado a seguirle, mas al fin no pudo resistir a la fuerça del espíritu que hablava en este santo varón. Y assí vino a entregarse a él y ponerse del todo en sus manos, aunque la execución fue más tarde, porque, quando él tomó esta resolución, avían passado días y estava ya ocupado en leer el curso de Filosofía ¹¹. Avía también venido de Alcalá a París y acabado su curso de Artes y graduándose en ellas el maestro Diego Laýnez, que era natural de Almagán ¹². Trúxole el desseo de estudiar la Teología en París y de buscar y ver a Ignacio, al qual en Alcalá avía oýdo alabar por hombre de gran santidad y penitencia. Y quiso Dios que fue el mismo P. Ignacio el primero con quien, entrando en París, encontró Laýnez, y en breve tiempo se le dio a conocer, y trabaron familiar conversación y amistad. Vino también con Laýnez de Alcalá Alonso de Salmerón, toledano, que era más moço ¹³, pero ambos eran mancebos de singular abilidad y grandes esperanças. A los quales dio el P. Ignacio los exercicios espirituales en el mismo tiempo que los hizo Pedro Fabro ¹⁴, y por ellos se determinaron de seguirle. Y desta manera se le fueron después allegando Simón Rodríguez, portugués, y Nicolás de Bovadilla, que era de cerca de Palencia.

⁴⁵ de sus meditaciones — visto) *autogr. in M* || 50-51 este santo varón] Ignacio AC || 52-53 porque quando — passado días *autogr. in marg. M* || 56 natural] *corr. ex vecino in M* || 64 abilidad *corr. ex ingenio in M*

¹⁴ Non simul sed a. 1534 decurrente. Vide IPARRAGUIRRE, *Historia de los Ejercicios*, I 286.

50 20. Qui omnes numero septem, confecto Philosophiæ cursu, laureaque magistrali insigniti, anno 1534, die Assumptioni beatae Mariae Virginis sacro, ad aedem beatae Mariae, quae Mons Martyrum vulgo dicitur, et ab urbe Lutetia non procul abest, una omnes convenerunt. Ibi rite confessione facta atque sacra
 55 synaxi percepta, voto se obstrinxerunt rebus omnibus (excepto viatico) ad conductam diem renuntiandi, procurandae proximorum salutis, Hierosolymam navigandi; idque praestituto tempore atque ea conditione, ut si intra praescriptum anni tempus¹⁵, eo navigare, aut in sacris locis postea vivere non liceret, Romam
 60 reverterentur, Romano Summoque Pontifici sese ad pedes abicerent, ut ad suum arbitrium, ipsis in salutem animarum uteretur. Atque hoc votum duobus sequentibus annis, eadem ipsa die, caeremonia et loco confirmarunt.

21. Sed tum quidem tres alii: Claudius Iaius, Ioannes Co-
 65 durius, Paschasius Broetus, eiusdem propositi socii, ad septem iam primos accesserant. *Ex quibus quidem rebus a nostris patribus tunc gestis, quartum votum solenne, quod professi nostri edunt de obedientia Pontifici Maximo in missionibus praestanda¹⁶, et renovatio item votorum simplicium, quae a nostris ante*
 70 *professionem usurpatur, ortum habuerunt.* Interea, ne collectus spiritus paulatim dilaberetur, illos sic Ignatius instruxerat et

66-70 Ex quibus — habuerunt om.

¹⁵ Notetur hoc incisum: «Ilegados a Venecia» additum esse manu propria a Rib. in textu M, quod momentum habet ad intellegendum modum computandi annum quo, vi voti, expectare debebant socii opportunitatem peregrinationis Hierosolymitanae. Textus latinus hoc omittit.

20. Todos estos siete, acabado su curso de Filosofía, y avien- 70
do recibido el grado de maestros, y estudiando ya Teología, el
año de 1534, día de la Assumpción de Nuestra Señora, se fue-
ron a la Yglesia de la misma Reyna de los Angeles, llamada
Mons Martyrum, que quiere dezir el Monte de los Mártires,
que está una legua de París. Y allí, después de averse confes- 75
sado y recibido el santíssimo Sacramento del Cuerpo de Christo
nuestro Señor, todos hizieron voto de dexar, para un día que
señalaron, todo quanto tenían, sin reservarse más que el viático
necesario para el camino hasta Venecia. Y también hizieron voto
de emplearse en el aprovechamiento espiritual de los próximos 80
y de ir en peregrinación a Jerusalén, con tal condición que,
llegados a Venecia¹⁵, un año entero esperassen la navegación
y, hallando en este año passage, fuessen a Jerusalén, e idos
procurassen de quedarse y vivir siempre en aquellos santos
lugares. Mas, si no pudiesen en un año passar, o aviendo visi- 85
tado los santos lugares no pudiesen quedarse en Jerusalén,
que en tal caso se viniessen a Roma, y prostrados a los pies del
Sumo Pontífice, Vicario de Christo nuestro Señor, se le ofre-
ciessen, para que Su Santidad dispusiese dellos libremente don-
de quisiese, para bien y salud de las almas. Y de aquí tuvo 90
origen el quarto voto de las misiones, que nosotros ofrecemos
al sumo pontífice quando hazemos profesión en la Compañía¹⁶.
Y estos mismos votos tornaron a confirmar otros dos años si-
guientes, en el mismo día de la Assumpción de nuestra Señora
y en la misma Yglesia y con las mismas ceremonias. De donde 95
también tuvo origen el renovar de los votos que usa la Com-
pañía antes de la profesión.

21. En el espacio de tiempo destos dos años, se le juntaron
otros tres compañeros teólogos, llamados Claudio Yayo, saboyano,
Juan Coduri, provençal, y Pascasio Broet, también francés de 0
la provincia de Picardía, y assí llegaron a ser diez, todos, aun-
que de tan diferentes naciones, de un mismo corazón y vo-
luntad. Y porque la ocupación de los estudios de tal manera
se continuasse que no entibiasse la devoción y fervor del espí- 5
ritu, los armava Ignacio con la oración y meditación cotidiana
de las cosas divinas y juntamente con la freqüente confesión y
comunió. Mas no por esto cessava la disputa y conferencia

76-77 del Cuerpo — Señor *in marg.* M || 82 llegados a Venecia *autogr.* *in marg.* M || 83 y idos AC

¹⁶ Vide formulam professionis sociorum, *infra*, lib. III, cap. I, p. 368.

communierat, ut eorum studia neque conciderent, neque languerent, oratione in primis meditationesque rerum divinarum, crebra peccatorum confessione atque sacratissimi Domini nostri
 75 Iesu Christi corporis sumptione, tractatione ipsa literarum, quae, quoniam sacrae erant et in Deum iam tum referebantur, magnum pietati etiam adiumentum adferebant; ardenti se Deo consecrandi desiderio, paupertatis voto iam edito et in annos singulos renovato, frequenti ac pene quotidiano congressu, concordissimae
 80 vitae consuetudine, rerumque omnium atque animorum communicatione. Solebant etiam, veteri sanctorum more, alii apud alios coenitare, et spiritalibus colloquiis sese ad saeculi contemptum rerumque divinarum studium incitare¹⁷. Quibus rebus factum est, ut toto illo tempore, quo Lutetiae, ut instituta studia ab-
 85 solverent, remanserunt, non modo nulla de illorum ardenti voluntate decessio, verum etiam magna in dies accessio fieret.

LUTETIA IN HISPANIAM, INDE IN ITALIAM DISCEDIT

CAPUT V

22. Interim Ignatius gravissimis stomachi doloribus conficiebatur; quare cum rebus omnibus tentatis, nullum morbo re-
 5 medium inveniret, medicorum consilio sociorumque cohortatione, in Hispaniam est redire coactus, atque experiri num loci mutatio nativique soli salubritas, vel sanitatem posset, vel morbi certe levationem aliquam adferre. Quod Ignatius eo libentius fecit, quod ex sociis nonnulli ea negocia habebant in Hispania, quae
 10 si ipse expedivisset, magna illos cura ac molestia liberasset. Itaque anno 1535 Ignatius sociique res ita inter se componunt, ut ipse in patriam revertatur, ex morbo confirmatus, sociorum negocia diligenter agat, Venetias tum proficiscatur; socii vero, usque ad diem octavum ante Kalendas Februarias 1537 Lutetiae

¹⁷ De modo sese in spiritu conservandi v. *Lain.* n. 30 (I 102); *Sum.* n. 55 (I 184).

ordinaria de los estudios que, como era por una parte de letras sagradas de Teología, y por otra tomados por puro amor de Dios, ayudavan a la devoción y espíritu. Y vanse criando con esto en sus coraçones unos ardientes e inflamados desseos de dedicarse todos a Dios. Y el voto que tenían hecho (el qual renovavan cada año) de perpetua pobreza, el verse y conversarse cada día familiarmente, el conservarse en una suavíssima paz, concordia y amor y comunicación de todas sus cosas y coraçones, los entretenía y animava para ir adelante en sus buenos propósitos. Y aun acostumbravan, a imitación de los Santos Padres antiguos, combidarse (según su pobreza) los unos a los otros, y tomar esto por ocasión para tratar entre sí de cosas espirituales, exortándose al desprecio del siglo y al desseo de las cosas celestiales¹⁷. Las quales ocupaciones fueron tan eficazes, que en todo aquel tiempo que, para concluylr sus estudios, se detuvieron en París, no solamente no se entibió ni disminuyó aquel su fervoroso desseo de la perfección, mas antes con señalado aumento yva creciendo de día en día.

COMO SE PARTIO DE PARIS PARA ESPAÑA
Y DE ESPAÑA PARA ITALIA

CAPÍTULO V

22. Andava en este tiempo N. B. P. Ignacio tan fatigado de cruellísimos dolores de estómago y con la salud tan quebrantada y tan sin esperança de remedio humano, que fue forçado, por consejo de los médicos y ruego de sus compañeros, partirse para España, a provar si la mudança de los ayres naturales (que sin duda son más sanos que los de París), bastarían a sanarle, o a lo menos darle alguna mejoría y alivio. Y para que Ignacio, que tenía en poco su salud, viniese bien en querer hazer esta jornada, juntó nuestro Señor otra causa, que fue el tener algunos de sus compañeros negocios tales en España, que para su sossiego y quietud convenía que Ignacio se los desembolviesse y acabasse. Dieron, pues, en sus cosas esta traça, el año de mil y quinientos y treinta y cinco, que el Padre se partiesse a España y, aviendo en su tierra cobrado fuerças, se fuesse a concluylr los negocios de los compañeros que dexava en París, y

⁹ sagradas y Teología AC

⁴ Ignacio MAB: nuestro Ignacio CD || 10-12 Y para que — otra causa *autogr.* in marg. M

- 15 in studio literarum sint, eoque ipso die Venetias *versus* decedant, ut sese cum Ignatio coniungant ¹.

23. Ignatius igitur, iumento propter summam illius imbecillitatem a sociis coëmpto, iter in Hispaniam ingreditur ², in patriamque firmior paulo quam Lutetia discesserat, venit, ubi
 25 obviam illi sacerdotes omnes processerunt ³. Ut vero ad fratrem suum diverteret, adduci nulla ratione potuit, sed in publica hospitalique domo diversatus est, stipemque colligere ostiatim coepit (multum fratre repugnante) et christianae fidei rudimenta pueros docere. A cuius quidem explicatione, frater natu maior,
 25 ut Ignatium averteret, futuram auditorum paucitatem obtendit. Sed Ignatius vel unum modo puerum, sibi instar omnium fore dixit, nihilque vel voluntatem fratris, vel prudentiam veritus, eam ipsam institutionem fidei tradere aggressus est; ad quam deinde frater etiam ipse ventitabat, magnaue hominum copia
 30 confluebat. Ad conciones vero, quas singulis diebus Dominicis feriisque nonnullis, magno audientium fructu ad populum habebat, tantus ex longinquis illius provinciae locis fiebat concursus, ut prae multitudine ipse in agris concionari, et auditores arbores complere cogentur ⁴.

15 versus] rursus

¹ *Acta* nn. 84-86 (I 478-480). Rationes quae Ignatio suaserunt iter in Hispaniam eodem sunt quae indicantur in *Actis*, l. c.; unde non apparet quomodo eas Araoz infirmare possit in sua censura. Vide infra *Censuram* n° 2.

² *Acta* n. 87 (I 482).

³ Clericos azpeitianos obviam venisse Ignatio, error est, ut videtur, Ribadeneyrae, proveniens ex eo quod prae oculis habuit textum *N Actorum*, n. 87, qui sic se habet: « Et un poco prima che arrivasse alla terra, truovò li *preti* che gli andavano incontro »: FN I 482. Nobis *praeferenda* videtur

que de España se vaya a Venecia y allí los aguarde, y que ellos se entretengan en sus estudios en París hasta el día de la con- 20
versión de san Pablo, que es a venticinco de enero, del año de mil y quinientos y treinta y siete, y aquel día se pongan en camino para Venecia, para que allí se junten con él a dar orden en la passada para Jerusalén ¹.

23. Partióse nuestro S. Ignacio, conforme a lo que avía con- 26
certado, camino de España, en una cavalgadura que le compraron los compañeros ²; porque su gran flaqueza no le dava lugar de ir a pie. Llegó a su tierra más rezio de lo que salió de París. Antes que llegasse tuvieron nueva de su venida y salieronle a recibir todos los clérigos del pueblo ³, mas nunca se pudo acabar 30
con él que fuesse a posar a casa de su hermano, ni quiso otra morada que la de los pobres que es el hospital. Començó a pedir limosna de puerta en puerta para sustentarse, contra toda la voluntad de su hermano mayor, que en esto le yva a la mano quanto podía. Y queriendo enseñar la doctrina christiana a los 35
niños, por desviarle también desta voluntad, le dezía su hermano que vendrían pocos oyentes a oírle; al qual respondió Ignacio: — Si solo un niño viene a oír la doctrina, lo tendré yo por un excelente auditorio para mí. — Y assí, no haziendo caso de la contradición que con humana prudencia su hermano le hazía, 40
començó a enseñar la doctrina christiana, a la qual, passados pocos días, ya su mismo hermano venía con grande muchedumbre de oyentes. Mas a los sermones que predicava todos los domingos y algunos días de fiesta entre semana, con notable fruto, era tanto el concurso de la gente que de muchos pueblos de toda 45
aquella provincia acudía a oírle, movida de la fama de sus cosas, que le era forçado, por no caber en los templos, irse a predicar a los campos; y los que concurrían para poderle ver y oír se subían en los árboles ⁴.

29 Antes — venida *autogr. in marg.* M || 35 doctrina MAC || 37 vernian MAC

lectio codicis *Post, qui loco preti habet predetti, scil.: «servitori di suo fratello», de quibus paulo superius actum est in dicto textu. De hac re vide, sis, AHSI, 4 (1935) 322-326, et DALMASES, Notas ignacianas, in Estudios eclesiásticos, 24 (1950) 91-97. Secundum hanc versionem, Ignatius, paulo antequam Azpeticiam perveniret, invenit iterum duos fratris sui servos, quos antea, cum Provinciam Guipuzcoam ingrederetur, offenderat.*

⁴ *Acta*, n. 88 (I 484).

35 24. *In prima autem concione*⁵, *quam Azpetiae habuit, magna totius nobilitatis ac populi multitudine audiente, dixisse fertur Ignatius quiddam quod hic subiiciam*⁶, *tum ut quanto studio et suae mortificationi atque contemptui et alienae famae atque existimationi consuleret, tum vero ut intelligamus, quantum inter*
 40 *Dei vias et saeculi intersit, et quam diversum atque omnino contrarium iter sequantur illi, qui Deo duce atque authore vivunt, ab aliis qui carni et sanguini serviunt, et per omne genus flagitii voluntantur. Quod videre etiam est in Beatissimi Patris Augustini Confessionum libro*⁷, *in quo amarissime deflet adolescentiae suae errata, et pro magno atque gravissimo scelere enumerat quod puer fecit, huic exemplo simile quod Ignatius de se narravit, suntque sanctorum historiae similibus exemplis passim refertae.*

25. *Dixit itaque Ignatius in concione se quidem in patriam*
 50 *rediisse, cum alias ob causas, tum vero potissimum ut quos populos depravatis moribus olim graviter adolescens offenderat, aliqua melioris vitae commutatione, si posset, aedificaret, et praeteritae vitae maculas lachrymis tergeret, culpasque contractas bene factis palam expiaret, quo poenitentiae suae iidem testes*
 55 *essent, qui solutae atque profligatae vitae antea fuissent. Praecipue vero se diu multumque in magno dolore atque moerore fuisse aiebat, et acerbissimis conscientiae stimulis exagitatum, quod adolescens una cum aliis adolescentibus in hortum cuiusdam civis simul intrasset, et fructuum aliquantulam copiam fortim abstulisset, magno domini damno. Qui quod furti autorem nesciret, falsa suspicione deceptus, hominem quendam in custodiam tradi curasset, ac pecuniae certa summa mulctari; itaque nulla sua culpa, nullo merito, et fama et bonis illum miserum spoliatum fuisse. — Ego, inquit, sum reus, ille innocens est; ego*
 60 *deliqui, ego erravi, ille poenas haud debitas luit —, hominemque ipsum, qui in concione forte aderat, proprio nomine appellans, etiam atque etiam rogat, sibi uti ignoscat. Se quidem publice voluisse bonae illius existimationi (ut par erat) satisfacere; et ut iacturam bonorum, quam sua causa fecerat, etiam resarciret, et*
 70 *quantum posset compensaret, habere se (dixit) possessiones duas, quas illi dono omnibus audientibus dedit.*

35-71 In prima — audientibus dedit om.

⁵ Haec et sequens paragraphus omittuntur tum in 1^a ed. latina, tum in textibus hispanis A et B.

⁶ Causa reparandi prava exempla Azpetiae in iuventute data, quae ab Actis non datur invenitur etiam in Vita Polanci: «ubi etiam multis offendiculo fuerat, aliquid aedificationis, sua scilicet in patria, praebere

24. La primera vez que predicó en Azpetia⁵, con grande 50
 concurso de toda la gente principal y pueblo, dixo una cosa
 que después de aver escrito esta historia he sabido, la qual me
 pareció poner aquí⁶, para que se vea la cuenta que tenía de
 humillarse y mortificarse y bolver por la honra y buen nombre
 de sus próximos, y por quán diferentes caminos lleva el Señor 55
 a sus escogidos de lo que el mundo suele y acostumbra, como
 se vee en las Confessiones del glorioso Padre San Agustín⁷,
 donde llora con entrañable sentimiento y amargura de coraçón
 una travessura que hizo siendo mochacho, semejante a la que
 aquí escribiré, y en otros santos se veen semejantes exemplos. 60

25. Estando, pues, predicando, dixo que una de las cosas
 que le avían traído a su tierra y subídole en aquel púlpito
 era querer dar satisfacción de cierta cosa que le avía sucedido,
 y salir de congoxa y remordimiento de conciencia. Y era el caso 65
 que, siendo moço, avía entrado con ciertos compañeros en cierta
 heredad, y tomado alguna cantidad de fruta con daño del dueño,
 el qual, por no saber el malhechor, hizo prender con falsa sos-
 pecha a un pobre hombre, y le tuvo muchos días preso, y quedó
 infamado y con menoscabo de su honra y hazienda; y nombróle
 desde el púlpito y pidióle perdón, que estava presente al ser- 70
 món; y dixo que él avía sido el malo y perverso, y el otro sin
 culpa e inocente, y que por este camino le avía querido restituyr
 públicamente la pérdida de su buena fama y la de su hazienda
 (porque la justicia le avía condenado en cinco o seis ducados),
 con darle dos heredades que él tenía, de las quales allí, delante 75
 de todos, le hazía donación.

50-76 La primera vez — hazía donación om. MAC

cupiebat». FN II 568. Alias etiam culpas maioris momenti, praeter eam
 quae a Ribadeneyra declaratur, expiare intendebat Ignatius, quod facile
 patet legenti processum Azpeitianum a. 1515, ubi de Ignatio dicitur, inter
 alia: « cum praefatus Enecus ... in vestibus suis se habuerit inhoneste ac
 etiam in moribus vitae suae deterius ... » MI *Scripta* I 596 et cf. p. 587:
 « los delitos que cometió son calificados e muy enormes ». Textum integrum
 processus habes ib. pp. 580-597. De eo v. LETURIA, *El gentilhombre* pp. 93-96.

⁷ L. II, cap. IV.

26. Quibus quidem operibus et vitae exemplo prudentiaque tantum apud illos homines profecit, ut errores multos corrigeret, vitia, quae in sacerdotum etiam mores irrepserant, et longa iam
 75 consuetudine honestatis nomen obsederant, emendare non destitit, multaque constituit, quae ad hominum mores conformandos pietatemque augendam pertinerent⁸. In his severae leges fuerunt eius opera latae a magistratibus, de alea, de concubinato sacerdotum. Nam cum patrio more, virgines, quoad viro trade-
 80 rentur, capite aperto essent, pessimo exemplo multae, cum apud clericos turpiter viverent, perinde caput obnubebant, ac si legitimo eis matrimonio iunctae fuissent; quibus fidem, quasi maritis, praestabant. Quod nefarium institutum ac sacrilegum, funditus tollendum curavit; et ut egenis mendicisque hominibus
 85 sumptus ad vitam tolerandam suppeditaretur, providit; atque etiam ut ter in die, mane, meridie, vesperi populus ad orandum, campanae pulsu, admoneretur Deoque maxime pro illis supplicaretur qui mortifero aliquo peccato obstricti tenerentur⁹.

27. Quibus rebus, aliisque id genus constitutis, relevatus
 90 morbo, quo in patria etiam impeditus est, ad negocia sociorum gerenda decessit. Sed cum pedibus et absque ulla prorsus pecunia ire vellet, alia Ignatio cum fratre contentio renovatur. Ille enim, qui sibi esse ignominiae duxerat fratrem suum ad pauperes potius quam ad se divertisse, abiectum despectumque
 95 ma sui contemptione, mendicato etiam in oculis suis vixisse, ut huic dedecori mederetur, et obscurati honoris (ut minus prudentibus rerum aestimatoribus videri poterat) damnum resarciret, illud vehementissime pugnabat, ut eques, ac bene nummatus comitatusque discederet¹⁰. Quem ut leniret Ignatius, quo minus
 0 se proficiscentem, frater reliquique necessarii prosequerentur, haud multum laboravit. Cum digressi comites essent, finesque

⁸⁷ *post* admoneretur *add.* Deoque maxime pro illis supplicaretur

⁸ *Acta* n. 88 (I 484).

⁹ *Acta* n. 89 (I 484). De piis operibus a Ignatio Azpeitia praestitis, vide infra, *Censuram* patris Araoz. *Censure*, n^o 2.

26. Sacó Dios tanto fruto de su ida, el tiempo que estuvo en su tierra, juntándose a la doctrina el exemplo de vida y prudencia del predicador, que se corrigieron muchos errores y se desarraigaron muchos vicios que hasta en los eclesiásticos se avían entrado, y con la mala y envejecida costumbre se avían apoderado, de manera que no reparavan los hombres en ellos, porque tenían nombre de virtud. Dexóles puestas muchas órdenes, que para la paz y buen gobierno de la vida política, y para el buen ser y aumento de la religión christiana parecían necessarias⁸. Entre otras cosas, procuró que los gobernadores y jueces hiziesen rigurosas leyes contra el juego y contra la disolución y deshonestidad de los sacerdotes. Porque, siendo uso antiguo de la Provincia que las donzellas anden en cabello y sin ningún tocado, avía algunas que, con mal exemplo y grande escándalo, viviendo deshonestamente con algunos clérigos, se tocavan sus cabeças, ni más ni menos que si fueran legítimas mugeres de aquellos con quien vivían en pecado, y guardávanles la fe y lealtad, como a los propios maridos se deve guardar. Este sacrílego abuso procuró con todas sus fuerças que se extirpasse de aquella tierra, y negoció cómo se proveyese a los pobres del mantenimiento necessario y que se toccasse la campana a hazer oración tres vezes al día, a la mañana, al mediodía y a la tarde, y que se hiziesse particular oración por los que están en pecado mortal⁹.

27. Aviendo en estas y en otras semejantes cosas dado la orden y assiento que convenía, y cobrado las fuerças necessarias para ponerse en camino (porque también en su tierra le apretó una enfermedad), se partió para concluir los negocios de sus compañeros. Mas, como quisiesse ir a pie y sin viático ninguno, de aquí le nació otra contienda con su hermano. Porque, como antes el hermano avía tenido por grande afrenta que su hermano, no haziendo caso dél, se huviesse ido a vivir despreciado y abieto entre los pobres, y en sus ojos huviesse andado a pedir limosna en su tierra, para remediar este desmán y menoscabo de su reputación (que assí suele llamar la prudencia de la carne a las cosas de Dios), importunóle muy ahincadamente que quisiesse ir a cavallo, y proveído de dineros y acompañado¹⁰. Y por aplacar a su hermano y dexarle gustoso y li-

¹²⁻¹³ importunóle — ahincadamente] *corr. ex* trabajó con él vehementísimamente M

¹⁰ Mense octobri-novembri 1535 I 34; *Acta* n. 91 (I 486).

illius provinciae ipse excessisset, equum reliquit, pedibus pecuniaque vacuus, Pompeiopolim primum venit, tum Almazanum, Seguntum, Toletum peragravit, ut negocia sibi data ab sociis
 5 ageret. Quibus cum illorum parentibus ita transactis, ut ne obolum quidem ab illis ultro *etiam* pecuniam liberaliter offerentibus, acciperet; denique Valentiam venit. Ibi, amicis contradicentibus atque dissuadentibus navigationem (quod Aenobarbus¹¹, nobilis Turcarum archipyrate, valida classe Tyrrenum
 10 mare tum forte obsidere diceretur) nihil periculi magnitudine commotus, navim conscendit. Ea navigatio gravis fuit ac periculosa; malo enim navis disiecto, multisque armamentis vi tempestatis vel amissis, vel labefactatis, spei nihil esse ad salutem videbatur; ex quo ad mortem se omnes parant.

15 28. Ex quibus Ignatius se diligenter excutiens, animumque suum pertentans atque explorans, timere nullo modo poterat. Pungebatur tamen acri doloris morsu, quod non satis divinis donis hactenus respondisset; quod tot beneficiis tam plena manu a Deo in se collatis, minus strenue graviterque usus esset, vel
 20 in suam, vel in proximorum utilitatem. Perfunctus eo periculo placatisque fluctibus, Genuam venit¹²; inde Bononiam, maximo gravissimoque vitae discrimine. Cum enim solus per Alpium radices iter faceret, a via aberravit, in easque angustias aliquando incidit, ut edito praeruptoque loco, amne depresso rapidissimoque
 25 subter labente, neque progredi, neque regredi posset, cum, quacunque se verteret, mirandae altitudinis praecipitium, atque horribilis imminentis casus formido ubique occurreret. Sed bene longum viae spatium manibus pedibusque reptans *confecit*, et Dei misericordia tandem evasit¹³. In ipso Bononiae urbis ingressu,
 30 ex ponticulo ligneo in fossam cecidit, ex qua cum coeno oblitus sordibusque foedatus emersisset, risum spectantibus movit; atque ita urbem ingressus totamque obambulans, eleemosynam petens, qui teruntium aut panis frustulum sibi daret, invenit neminem. Quod in tam opulenta tamque celebri ac benigna civitate per-

6 *etiam om.* | liberaliter et || 11 *navem* || 28 *confecit, et om.*

¹¹ « Barba Rossa » *Acta* n. 90.

¹² *Acta* n. 91 (I 488).

¹³ *Ibid.*

brarse presto dél y de los otros sus parientes, acetó lo que su hermano le ofrecía, pero en saliendo de Guipúzcoa, luego hurtó el cuerpo a los que le acompañavan, y dexó el cavallo, y a pie y solo y sin dineros, pidiendo limosna, se fue a Pamplona. De allí passó a Almacán y Sigüençça y Toledo, porque en todos estos lugares avía de dar orden en las cosas que de sus compañeros traía encargadas. Y aviéndolas bien despachado, y no aviendo querido recibir dinero ni otra cosa alguna de las muchas que le ofrecían los padres de sus compañeros, se partió a Valencia, y allí se embarcó en una nave, aunque contra la voluntad y consejo de sus amigos, que le dezían el gran peligro que avía en passar en aquella sazón el mar Mediterráneo, por tener Barbarroja ¹¹, famoso cossario y capitán del Gran Turco, tomados los pasos de aquella navegación. Y aunque le guardó la divina providencia de los cossarios, no le faltaron los peligros del mismo mar, porque se levantó una tran brava tempestad, que, quebrado el mástil con la fuerça del viento, y perdidas muchas xarcias y obras muertas de la nave, pareciéndoles ver su hora llegada, se aparejavan todos a morir.

28. En este trance y peligroso punto examinava su conciencia nuestro B. Padre, y escudriñava los rincones de su alma; y quando todos estavan con el espanto de la muerte atemorizados, él no podía hallar en sí temor ninguno. Sólo le dava pena parecerle que no avía enteramente hasta entonces respondido a los toques y dones de Dios. Acusávase en su conciencia que de tantos beneficios y con tan larga mano ofrecidos de nuestro Señor, no se huviesse sabido aprovechar con aquel agradecimiento y cuydadosa constancia que devía, para bien de su alma y de las de sus próximos. Passado este peligro, llegó a Génova ¹², y de ay con otro grandíssimo y gravíssimo de la vida, a Boloña; porque, caminando solo por la halda de los Alpes, perdió el camino, y de passo en passo se vino a embreñar en un altíssimo y muy estrecho despeñadero, que venía a dar en la raudal corriente de un río que de un monte se despeñava. Hallóse en tan grande aprieto y conflicto, que yo le oy dezir que avía sido aquél el mayor que avía passado en su vida; porque, sin poder passar adelante, ni saber bolver atrás, doquiera que bolví los ojos, no vía sino espantosas alturas y despeñaderos horribles, y debaxo la hondura y profundidad de un río muy arrebatao. Mas, al fin, por la misericordia de Dios, salió deste peligro, yendo un gran rato el pecho por tierra, caminando a gatas, más sobre las manos que sobre los pies ¹³.

¹⁵ aceptó MAC

35 mirum est; sed probat suos interdum Dominus. Illic tamen morbum contraxit, quem paulo post depulit, seque eo quo venerat modo Venetias contulit. Ibi venturos socios, ut inter ipsos con-
venerat, opperitur.

VENETIIS ACCUSATUR ET INNOCENS DECLARATUR

CAPUT VI

29. Neque tamen hoc tempore ociosus Ignatius fuit, nam solita vigilantia et charitate in salutem proximorum incumbebat.
5 Quapropter nonnullos ad Christi Domini nostri sequenda consilia permovit, in hoc numero ponuntur fratres germani duo, Iacobus Stephanusque Guía¹, homines honesti, aetateque proveci, qui Hierosolymis redeuntes, in Ignatium, cuius familiares Compluti fuerant², Venetiis inciderunt, et sanctissime in Societate postea
10 mortui sunt³. In his etiam numeratur quidam Hozius⁴, hispanus, vir eruditus ac probus, qui multum quidem Ignatii virtute atque doctrina capiebatur; haud tamen audebat totum se illi penitusque committere, quod multa de eo audivisset, vel malitiose ab improbis conficta, vel imprudenter ab imperitis credita.
15 Sed haesitantem hominem Ignatius denique perpulit, ut ad exercitationes spiritales faciendas se inclinaret, dubitanter quidem primo ac timide, postea vero ultro etiam ac fidenter. Nam cum initio, ne quid sibi ab Ignatio veneni instillaretur, multos secum libros in cubiculum comportavisset, ad quorum normam, dicto-
20 rum illius veritatem exigeret, et si quid erroris esset infusum, hac veluti praesenti medicina sanaret; postea tamen Societatem cum illo animumque coniunxit, et ad reliquos socios adnumeratus est.

3 otiosus || 4 caritate || 9-10 et — sunt om.

¹ Iacobus et Stephanus de Eguía, nati in Estella (Navarra). Prior erat iam sacerdos et postea S. Ignatii confessarius fuit. FN I 66* 110 188 et v. Indicem.

² *Acta* n. 57 (I 442).

A la entrada de la ciudad de Boloña cayó de una pontezuela (que avía de madera) abaxo, en la cava, de donde salió todo sucio y enlodado, y no sin risa y escarnio de los que le vían. Entrando deste manera en la ciudad y rodeándola toda pidiendo limosna, no halló quien le diesse una blanca ni un bocado de pan; lo qual es cosa de maravillar en una tan rica y tan grande y caritativa ciudad. Pero suele Dios, a las vezes, provar desta manera a los suyos. Allí cayó enfermo de los trabajos passados, mas sanó presto; y prosiguiendo su camino, llegó a Venecia, donde aguardó a sus compañeros, como lo avían en París concertado.

COMO FUE ACUSADO EN VENECIA Y SE DECLARO SU INOCENCIA

CAPÍTULO VI

29. No estuvo ocioso nuestro B. P. en Venecia al tiempo que aguardava a sus compañeros, antes se ocupava con todo cuydado (como era su costumbre), en el aprovechamiento de sus próximos; y assí movió a algunos a seguir los consejos de nuestro Señor en el camino de la perfección. Entre los quales fueron dos hermanos navarros, hombres honrados y ya entrados en edad¹, los quales, bolviendo de Jerusalén (donde avían ido en peregrinación), toparon en Venecia con el p. Ignacio, a quien antes avían conocido y tratado familiarmente en Alcalá². Estos se llamavan Estevan y Diego de Eguía, que después entraron y murieron santamente en Roma en la Compañía³. También fue uno de los que aquí se movieron, un español llamado el Bachiller Hozes⁴, hombre de letras y de buena vida, el qual, aunque se aficionó mucho a la virtud y dotrina que en el Padre se veía, pero no osava del todo fiarse dél y ponerse en sus manos, porque avía oýdo dezir muchas cosas dél, o maliciosamente fingidas de los maldizientes, o imprudentemente creídas de los inorantes. Mas, en fin, pudo tanto Ignacio, que le inclinó a hazer los ejercicios espirituales, en los quales, aunque entró al principio dudoso y aun temeroso, después los abraçó con entera voluntad y con-

¹ 59 veyan MAC

² 8 nuestro B. P.] Ignacio AC; nuestro Padre DE || 11-13 Estos se llamavan — Compañía *autogr. marg. M* || 19 ignorantes AC; inorantes DE

³ Iacobus mortuus est Romae die 16 iunii 1556; Stephanus ibidem, 28 ianuarii 1551. FN I 110³.

⁴ Iacobus de Hoces (vel Hozes), malacitanus, qui a. 1538 mortuus est. FN I 188¹⁴; *Acta* n. 92 (I 490-492).

30. Venetiis etiam cum Ioanne Petro Caraffa, qui postea
 25 Paulus III Pontifex Maximus appellatus est, consuetudinem
 habuit. Qui episcopatu theatino relicto, ad Caietanum vicenti-
 num, Bonifacium pedemontanum et Paulum romanum, homines
 nobiles ac pios, se socium adiunxerat. A quibus originem eorum
 hominum Ordo traxit, qui theatini vulgo dicti sunt, quod thea-
 30 tinus, ut diximus, episcopus, illius vitae institutum complexus
 esset; a quibus vulgi errore falsa theatinorum in nos est appel-
 latio cognomenque transfusum⁵. Nam cum Ordo uterque, noster
 et illorum, Clericorum Regularium sint eodemque ferme tempore
 nati, neque habitu valde dissimiles, populus rudis externa specie
 35 deceptus alienum nomen nostris imposuit, Romae primum, unde
 in alias deinde urbes influxit, et in remotas etiam provincias
 penetravit.

31. Aliquos etiam nobiles Venetos patritiosque viros exer-
 citationibus spiritalibus excoluit, et multum consilio ad virtu-
 40 tem persequendam iuivit⁶. Sed quidam, vel malevolentia suf-
 fusi, vel falsa persuasione decepti, sparserunt fugitivum illum
 esse, in Hispania non semel vinctum in custodia fuisse; igni
 tradita combustaque ipsius statua, profugisse; ne Parisiis qui-
 dem licuisse homini vivere, ex qua etiam urbe fugiens suae sa-
 45 luti consulisset. Demum eo processum est, ut res in iudicium
 sit adducta diligenterque in eius vitam atque mores inquisitum.
 Et quoniam mendacio res tota nitebatur, facile conceidit. Nam
 Ignatius non iam suae, verum sociorum famae prospiciens, ne
 indefensa veritas opprimeretur, a Hieronymo Verallo, qui apud
 50 Venetos legati summi pontificis munere fungebatur, ut rem to-
 tam diligenter pervestigatam et cognitam sua sententia decla-

⁵ Confusionem cum theatinis reiciunt saepe primaevi scriptores, e. gr. Polancus FN I 299 et cf. ib. 697 s 650; FN II 11* 1714 23 462-463.

⁶ Inter eos quibus Ignatius dicitur tradidisse Exercitia Venetiis nume-

fiança. Porque, luego que se recogió a darse a la meditación y oración, encerró consigo muchos libros de teología, temiendo no se le entrasse sin sentir algún error, para que, ayudándose dellos, 25 pudiesse más fácilmente descubrirle, si se le quisiesse enseñar. Mas salió tan desengañado y aprovechado dellos que, trocado el recelo en amor entrañable, vino a serle muy verdadero y fiel compañero, y puesto en la cuenta de los diez primeros que tuvo.

30. También tuvo en Venecia comunicación con Don Juan Pedro Carafa, que después fue papa Paulo Quarto, el qual, dexando el arçobispado de Chete, se acompañó con don Gaetano de Vincencia y don Bonifacio piemontés y don Paulo romano, hombres nobles y de buena vida, que dieron principio a la religión que vulgarmente se llama de los teatinos, porque el arçobispo de Chete (que en lengua latina llaman teatino), fue, como 35 avemos dicho, uno de sus fundadores, y en sangre, letras, dignidad y autoridad el más principal de todos. Y desta ocasión, por error del vulgo, se vino a llamar nuestra religión de los teatinos, que este nombre nos dan algunos por engaño⁵. En el qual no es maravilla que haya caído la gente común, porque, como nuestra religión y aquella, entrambas sean de clérigos regulares y fundadas casi en un miso tiempo y en el ábito no muy desemejantes, el vulgo inorante puso a los nuestros el nombre que no era nuestro, no solamente en Roma (donde comenzó este en- 40 gaño), mas también en otras tierras y provincias apartadas.

31. Dio también los exercicios espirituales en Venecia a algunos cavalleros de aquel claríssimo Senado, ayudándolos con su consejo a seguir el camino de la virtud christiana⁶. Mas no faltaron otros que, por envidia o por estar mal informados, pu- 50 blicaron por la ciudad que era un hombre fugitivo, y que en España avía estado muchas vezes preso y que, aviéndole quemado su estatua, se vino huyendo, y que ni aun en París avía podido estar seguro, sino que hubo de salir huyendo para escapar la vida. Vino la cosa a términos que se averiguó este negocio 55 por tela de juyzio, y assí se hizo diligente pesquisa de su vida y costumbres. Mas, como esto se fundava en falsedad, luego se cayó todo. Porque, como ya Ignacio mirava por la fama de sus compañeros más que avía mirado por la suya, no paró hasta

26 quisiesse Ignacio AC || 44 ignorante AC, inorante DE

rantur in *Actis* n. 92: Petrus Contarini, Gasparus de Doctis et hispanus quidam nomine Rocas vel Roças, praeter Hozium (Hoces).

aret, omni studio contendit atque impetravit. Sententiae autem, qua Ignatii integritas a legato per iudicem ordinarium patefacta est, apud nos extat exemplar ⁷.

SOCII LUTETIA IN ITALIAM AD IGNATIUM VENIUNT

CAPUT VII

32. Dum Ignatius Venetiis socios praestolatur, grave bellum in Gallia subito exarsit. Namque Carolus V, Romanorum
 5 imperator, magno exercitu, per Insubrum fines, Galliam invasit. Quamobrem nostri, qui profectio*n*i suae eum diem, qui dies Conversioni divi Pauli est consecratus, anni 1537 constituerant, bellico tumultu eum praevenire sunt coacti, et decima quinta die mensis novembris 1536 Lutetia excedere. Iter autem in hunc
 10 fere modum instituerunt ¹. Omnes scriptorum suorum quisque sarcinula onusti, vestitu vili abiectoque, pedibus iter faciebant. Qui sacerdotes erant (erant autem tres: Petrus Faber, Claudius Iaius, Paschasius Broëtus) rem divinam quotidie faciebant, sex reliqui adversus graves longae molestaeque viae difficultates panis
 15 coelestis virtute sese communicabant. Ingredientibus diversorium egredientibusque, orationis prima erat cura. In ipsa via orationi meditatio, meditationi sermo de divinis rebus succedebat; cibus frugalis sobriusque. In rebus decernendis plurium sententiis stabatur, idque summa concordia.

⁷ Acta n. 93 (I 492). Sententia lata est a Gaspare de Doctis, vicario Hieronymi Veralli « per totum Venetorum dominium legati ». Textus in *Scripta* I 624-627.

¹ In hoc capite sequitur Ribadeneyra *Lainii epistulam*, inde a n. 33 (I 106). Iter sociorum accurate describitur a Simone Rodrigues in suo

que el Nuncio Apostólico, que entonces estava en Venecia, llamado Gerónimo Veralo, declaró la verdad por su sentencia, en la qual de la entereza de vida y dotrina de nuestro Padre dio claro y muy illustre testimonio, como se vee en la misma sentencia original que oy día tenemos en Roma ⁷.

COMO LOS COMPANEROS DEL P. IGNACIO
LE VINIERON A BUSCAR DE PARIS A ITALIA

CAPÍTULO VII

32. Mientras que el Padre esperava en Venecia la venida de sus compañeros, se encendió nueva guerra en Francia, entrando en ella con poderoso ejército, por la parte de la Proença, el emperador Don Carlos, V deste nombre. Por lo qual, los compañeros, que avían quedado de acuerdo de partir de París en su demanda el día de la Conversión de San Pablo del año de mil y quinientos y treinta y siete, fueron forçados de anticipar su salida, huyendo la turbación y peligro de la guerra. Y assi partieron de París a quinze de noviembre de mil y quinientos y treinta y seis, y su camino era desta manera ¹. Y van todos a pie, vestidos pobremente, cada uno cargado de los cartapacios y escritos de sus estudios. Los tres que solos eran sacerdotes, conviene a saber: Pedro Fabro, Claudio Yayo y Pascasio Broeth, dezían cada día missa, y los otros seis recebían el santíssimo Sacramento del cuerpo de nuestro Señor, armándose con el pan de vida contra los grandes trabajos y dificultades de aquella su larga y peligrosa jornada. Por la mañana, al salir de la posada, y por la tarde, al entrar en ella, era su primero y principal cuidado hazer alguna breve oración y, esta acabada, por el camino se seguía la meditación, y tras ella razonavan de cosas divinas y espirituales. El comer era siempre muy medido y como de pobres; quando consultavan si sería bien hazer alguna cosa o no, seguían con mucha paz y concordia todos lo que parecía a la mayor parte.

63-64 como se vee — en Roma *autogr. M, corr. cc* y tenemos agora en Roma la sentencia original que dicho Nuncio Apostólico pronunció, en la qual de la entereza de vida y dotrina de Ignacio da claro y muy illustre testimonio.

7 V deste nombre *om. AC* || 18 del cuerpo — Señor *add. in marg. M*

22 alguna breve *add. autogr. in M* || 23 por el camino *add. autogr. M* ||

commentario, a nobis iterum edito secundum textum latinum et lusitanum, in FN III 5-135.

20 33. Quotidianas pluvias per Galliam pertulerunt, hyemalem asperitatem per Germaniam. Laeti tamen atque alacres insuetum durumque laborem obibant, et Deo duce, multis (*quae in tam longis itineribus advenis praesertim, ignotis atque egenis hominibus usu fere venire solet*) maximisque periculis liberati
 25 sunt. Porro, eo ipso die, quo Lutetia exierunt, nonnulli habitum, incessum, numerum nostrorum patrum admirantes, de rustico quodam, qui praetereuntes illos curiosius forte intuebatur, familiariter quaesierunt, quinam illi homines essent? Et ille, nescio quo afflatu, gallice: « Aliquam, inquit, provinciam reformaturi
 30 discedunt »².

34. Venetias ad octavum diem ianuarii anni 1537 pervenerunt³, ubi cum Ignatio ipsos (ut inter se convenerat) expectante, et cum alio sacerdote, quem ad Ignatium sese adiunxisse iam diximus⁴, peralacriter se coniunxerunt. Et quoniam Romam
 35 eundi benedictionemque ad profectionem Hierosolymitanam a Pontifice Maximo petendi nondum tempus maturum videbatur, interea, rebus omnibus intermissis, quinque ex illis xenodochium divorum Ioannis et Pauli, in xenodochium *quod vocant* Incubabili-
 40 um totidem, ad pauperum aegrotantium curam, concedunt⁵. Ubi dum singulari charitate ac diligentia, vilissima quaeque munera obeunt, dum afflictos recreant quibuscunque possunt rebus, magnam probitatis ac religionis existimationem adepti sunt. Sed cum reliquorum omnium, tum vero magistri Francisci Xavier incensa charitas et plena sui perfectaue victoria maxime tum
 45 quidem enituit; qui non contentus ea sedulo praestare, quae sordidissima erant, ut horrorem, quem sentiebat, perfectius vinceret, saniosa etiam ulcera interdum lingebat⁶. Tale illius principium, nec progressus dissimilis aut finis fuit. Ab illis tum patribus probationum Societatis fundamenta iaciebantur.

22 quae] ut || 23-24 advenis — solet om. || 24 ante maximisque add. fere fit || 37 illis in || 38 quod vocant om.

² *Lain.* n. 34 (I 108).

³ *Lain.* n. 35 (I 108).

⁴ Hocce, de quo in cap. praecedenti.

33. Llovióles cada día por Francia, y atravessaron la alta Alemania en la mayor fuerza del invierno, que en aquella región setentrional era muy áspero y estremado de frío; pero vencía 30 todas estas dificultades, tan nuevas para ellos y desusadas, el espiritual contentamiento y regozijo que tenían sus ánimas de ver por quién y para qué las passavan. Y dellas y de los peligros que en semejantes caminos (mayormente a los pobres y extran- 35 geros) suelen suceder, los libró con su misericordia la providencia divina. No dexaré de dezir cómo el mismo día que salieron de París, maravillados algunos de ver el nuevo trage, el número y el modo de caminar de estos nuestros primeros padres, preguntaron a un labrador (que de hito en hito los estaba mirando), si sabía qué gente era aquella? y el rústico, movido no sé con 40 qué espíritu, respondió en francés: «Monsieurs réformateurs, ils vont réformer quelque pais». Que es como dezir: «Son los señores reformadores, que van a reformar algún país»².

34. Legaron, en fin, a Venecia a ocho de enero del año de 1537³, y allí hallaron a su padre y maestro Ignacio que los 45 aguardava, juntamente con el otro sacerdote que diximos que se le avía llegado⁴, y con singular alegría se recibieron los unos a los otros. Mas, porque aún no era buena sazón de ir a Roma a pedir la bendición del papa para ir a Jerusalén, dando de mano a todas las otras cosas, determinaron de repartirse por 50 los hospitales, y los cinco dellos se fueron al hospital de San Juan y San Pablo, y los otros cinco al hospital de los incurables⁵. Aquí començaron a exercitarse con singular caridad y diligencia en los más baxos y viles oficios que avía, y a consolar 55 y ayudar a los pobres en todo lo que tocava a la salud de sus almas y de sus cuerpos, con tanto exemplo de humildad y menoscipio del mundo, que dava a todos los que lo veían grande admiración. Señalávase entre todos Francisco Xavier en la caridad y misericordia con los pobres y en la entera y perfeta victoria de sí mismo, porque, no contento de hazer todos los oficios 60 asquerosos que se podían imaginar, por vencer perfetamente el horror y asco que tenía, lamía y chupava algunas vezes las llagas llenas de materia a los pobres⁶. Tales fueron los principios deste varón de Dios, y conforme a ellos fue su progresso

41-42 Mosiurs le reformateurs, ils vant réformer quelque pais AC, Messieurs reformateurs... D

⁵ *Lain* n. 35 (I 110); cf. *Acta* n. 93 (I 492).

⁶ *Lain*. n. 35.

50 35. Ad mediam Quadragesimam Romam proficiscuntur, Ignatius tamen Venetiis de industria remansit⁷. Profectionis autem is modus erat. Terni simul ibant, sacerdos unus, laici duo, galli hispanique semper mixti. Sacerdotes Missam faciebant quotidie, alii communicabant. Ieiunabant (quod Quadragesimae tempus
55 esset) diebus singulis, idque tantum in cibum sumebant, quod ex eleemosyna suppeditabatur; quae usque adeo tenuis erat, ut non raro panis tantum cibus, aqua illis potus esset. Quapropter multis magnisque laboribus ac molestiis perfuncti in hoc itinere patres nostri sunt, acciditque ut die quodam Dominico, cum
60 frustulum tantum panis mane sumpsissent, nudis pedibus, maximis et perpetuis imbribus, octo et viginti passuum millia conficerent, tanta aquarum inundantium copia, ut interdum etiam tantum pectore extarent. Pergebant tamen alacres, summaque laetitia animi gestientes, Davidis Psalmos cantillabant. Atque
65 etiam magister Ioannes Codurius, qui pedes habebat scabie aspersos, eo ipso die sanatus est⁸.

36. Multa patres eo itinere divinae erga se providentiae argumenta senserunt, *et tam solidis atque eximiis voluptatibus a Deo affecti sunt, ut laborum magnitudinem exaequarent, vel*
70 *etiam vincerent*. Romae tum erat doctor Petrus Ortizius, a Carolo caesare in Urbem missus ut Catherinae, Angliae reginae, imperatoris amitae, adversus Henricum VIII, qui illa legitima vivente uxore, aliam duxerat, apud summum pontificem, matrimonii violati causam ageret. Hic, contra opinionem illorum, di-

68-70 et tam solidis — vincerent om. || 74 causam

⁷ *Lain.* n. 37 (I 112); *Acta* n. 93 (I 492).

y su fin, como adelante se dirá. Echavan entonces nuestros pa- 65
dres los cimientos de las provaciones que avía de hazer después
la Compañía.

35. Assí estuvieron hasta mediada Quaresma, que partieron
para Roma, quedando el Padre solo en Venecia, por parecer que
assí convenía al divino servicio⁷. El modo de caminar era éste: 70
ývanse de tres en tres, dos legos y un sacerdote, y siempre mez-
clados españoles con franceses o saboyanos. Dezían cada día
Missa los sacerdotes, y los que no lo eran recibían el Santíssimo
Cuerpo de nuestro Señor. Y van a pie, ayunavan todos los días,
porque era Quaresma, y no comían otra cosa sino lo que hallavan 75
por amor de Dios, y era la limosna tan flaca, que muchas vezes
passavan sus ayunos y el trabajo del camino comiendo sólo pan
y beviendo sólo agua. Y assí fue necessario que padeciessen nues-
tros padres en esta peregrinación extraordinarios trabajos. Y
un Domingo les aconteció que, aviendo tomado no más que sen- 80
dos bocados de pan por la mañana, descalços los pies caminaron
28 millas de aquella tierra, que vienen a ser más de nueve leguas
de las nuestras, lloviéndoles todo el día reziamente y hallando
los caminos hechos lagunas de agua, en tanto grado que a ratos
les dava el agua a los pechos; y con esto sentían, en fin, un 85
contento y gozo admirable. Y considerando que passavan aquellas
fatigas por amor de Dios, le davan infinitas gracias, cantando
a versos los Psalmos de David; y aun el maestro Juan Coduri,
que llevaba las piernas cubiertas de sarna, con el trabajo deste
día quedó sano⁸. 90

36. Assí que, si los trabajos de nuestros padres en este ca-
mino fueron grandes, no fueron menores los regalos que reci-
bieron de la divina y liberal mano del Señor, por quien los
padecían. Hallóse en Roma, quando allí llegaron, el doctor Pedro
Ortiz que, por mandado del emperador Don Carlos, tratava de- 95
lante del papa la causa matrimonial de la reyna de Inglaterra,
doña Catalina, tía del emperador, la qual, Enrique VIII, su
marido, avía dexado por casarse con Ana Bolena, de cuya her-
mosura torpemente se avía aficionado. Era este doctor Ortiz el
que en París avía mostrado a Ignacio tan poca voluntad, como 0
ya vimos, mas como llegaron a Roma los compañeros, movido
con espíritu de Dios (quando ellos menos este oficio esperavan)
los acogió con grandes muestras de amor y los llevó al sumo

⁷ 82 más de nueve leguas *corr. ex* casi diez leguas *in* M || 98 Bolena] Bolenia AC

⁸ *Lain.* n. 37 (I 112).

75 vino actus impulsu, patres urbem ingressos summa benevolentia
complexus est, ad summumque pontificem adduxit⁹.

37. *Nostrorum* aspectu plurimum pontifex exhilaratus est,
voluitque ut ea ipsa die, qua ad se primum adierant, coram se
de proposita quaestione theologica disputarent. *Praeterea* ad sexa-
80 ginta nummos aureos, in viaticum illorum contulit, suamque be-
nedictionem, ac Hierosolymam abeundi facultatem benignissime
est impertitus. Illis etiam, qui sacris initiati non erant, *nomine*
et titulo paupertatis voluntariae et sufficientis litteraturae, libe-
raliter facta est sacros ordines suscipiendi potestas¹⁰. Alii etiam,
85 hispani praesertim, pro sua quisque facultate, pecuniam in sump-
tus itineris suppeditarunt. Itaque summa coacta est decem supra
ducentos ducatorum, quae pecunia sine vecturae periculo, Vene-
tiis a mercatoribus est curata. Neque enim nostri, quousque in
navim ascenderent, quicquam illius attingere voluerunt; sed men-
90 dici omnino et vacui, quoque modo venerant, Venetias ad sua
illa xenodochia reversi sunt¹¹. Paulo post ad pedes Hieronymi
Veralli, rossanensis tum archiepiscopi, Sedis Apostolicae apud
Venetos legati, postea vero etiam S. R. E. Cardinalis, paupertatis
castitatisque votis pie susceptis, sacris sunt initiati, sacerdotique
95 dignitatem ipso die divi Ioannis Baptistae, Ignatius et reliqui sex
ab episcopo arbensi sunt consecuti. *Quo quidem die in ipsa con-*
secratione, permagnam, atque adeo singularem tum episcopus,
*tum ipsi animi senserunt iucunditatem*¹².

IN VENETA DITIONE PASSIM OPERANTUR

CAPUT VIII

38. Dum se patres ad navigationem parant, navigandi spes
omnis sublata est. Nam cum eo ipso tempore, veneti contra tur-
5 carum tyrannum cum summo pontifice et Carolo caesare con-

77 *Nostrorum*] *Quorum* || 78 ut nostri et ipsa die || 79 *Praeterea*] et || 82-83 no-
mine et titulo] ad || 96 *post* *Arlesi add.* singulari quadam et suscipientium ordines
et conferentis consolatione || 96-98 *Quo quidem* — iucunditatem *om.*

pontífice, encomendándole su virtud, letras e intención de servir a Dios en cosas grandes⁹.

37. Recibió, luego como los vio, el papa Paulo una estraña alegría, y mandó que aquel mismo día disputassen delante dél una cuestión de Teología que se les propuso. Dióles benignamente licencia para ir a Jerusalén, y su bendición y una limosna de sesenta ducados. Y a los que aún no eran ordenados de Missa les dio facultad para ordenarse a título de pobreza voluntaria y de aprovada dotrina¹⁰. Ayudaron también otras personas con sus limosnas, especialmente los españoles que estaban en Roma, cada uno como podía, y llegaron hasta dozientos y diez ducados, y no faltaron mercaderes que passaron a Venecia esta suma de dineros, sin que les costasse el cambio cosa alguna a los padres; pero ellos no quisieron aprovecharse desta limosna ni tomarla en sus manos, hasta el tiempo del embarcarse. Y así, con la misma pobreza y desnudez con que avían venido a Roma, se tornaron, pidiendo por amor de Dios, a Venecia, adonde llegados, se repartieron por sus hospitales, como antes avían estado¹¹. Poco después todos juntos hizieron voto de castidad y pobreza delante de Gerónimo Veralo, legado del papa en Venecia, que entonces era arzobispo de Rosano y después fue cardenal de la Santa Yglesia Romana, y ordenáronse de Missa Ignacio y los otros compañeros el día de san Juan Bautista, dándoles este alto sacramento el obispo arbense, con maravillosa consolación y gusto espiritual, así de los que recibían aquella sacra dignidad, como del perlado que a ella los promovía. El qual dezía que en los días de su vida no avía recibido tan grande y tan extraordinaria alegría en órdenes que huviesse dado, como aquel día, atribuyéndolo todo al particular concurso y gracia de Dios, con que favorecía a nuestros padres¹².

COMO SE REPARTIERON POR LAS TIERRAS DEL DOMINIO
VENECIANO A TRABAJAR Y EXERCITAR SUS MINISTERIOS

CAPÍTULO VIII

38. Estándose aparejando los padres y aguardando la sazón del embarcarse para Jerusalén, vinieron a perder totalmente la

⁹ Lib. II, cap. II, n° 11. De doctore Ortiz v. etiam *Lain.* n. 39 (I 114). *Summus pontifex erat tunc Paulus III.*

¹⁰ *Ib.*

¹¹ *Lain.* n. 40 (I 116-118).

¹² *Lain.* n. 41 (I 118).

spirassent, strato classibus mari, Hierosolymitana peregrinorum navigatio conquieverat ¹. Quod quidem multis ante annis nunquam acciderat, neque ex illo tempore *usque ad annum Domini 1570* postea accidit ². Deus enim, qui omnia sapientissime moderatur ac regit, aliquid maius atque amplius, quam quod nostri patres moliebantur, ipsis neque cogitantibus, neque scientibus cogitabat. Quocirca admirabili plane ac divina providentia institutum Hierosolymam nostrorum cursum interruptit alioque deflexit. Ergo nostri, postquam navigandi eo anno nihil spei ostendi vident, ad praestandam voti religionem et fidem suam liberandam, integrum annum *nihilominus* exspectare constituunt ³; sed ut liberiore animo et ab aliis occupationibus vacuo ad sacra Missae peragenda se compararent, alio sibi secedendum existimarunt.

39. Quamobrem Ignatius, Faber, Laines Vicetiam; Franciscus Xavier et Salmeron in Montem Celesium ⁴; Ioannes Codurius et Hozius (quem nostris iam adnumeratum diximus) Tarvisium; Claudius Iaius et Simon Bassanum; Paschasius et Bobadilla Veronam concedunt. In ditone Venetorum omnes versantur, neque ex illorum finibus usquam excedunt. Ignatius igitur sociique extra oppidum Vicetiam, aediculam humilem ac ruinosam reperiunt, foribus revulsis, fenestris sublatis, ventis circumflantibus perviam. In hac domicilium suum collocant, palearum

8-9 usque — 1570 om. || 16 nihilominus om.

¹ Pactum de quo hic agitur initum est die 8 februarii 1538. FN I 118 ¹⁴, FX I 372. Vicissitudines belli contra Turcas descriptas vide apud FX I 341-343, 418-419; LETURIA, *Estudios ignacianos* I 206-207. Cf. *Acta* n. 94 (I 494); *Lain.* n. 40 (I 116); *Sum.* n. 69 (I 192).

² Consentit Polancus in *Sum.* n. 69 (I 192) et in *Vita*, n. 86 (II 579). Nec. a. 1537 nec 1538 navis peregrina in Terram Sanctam Venetiis solvit. Ita Faber in *Memoriali* n. 18 (I 41): « Anno 1538, cum venissent omnes nostri Romam, videremusque nec tunc patere viam proficiscendi hoc anno Hierosolymam... » Adiuncta bellica re vera talem navigationem impediebant.

esperança del passage. Fue desto la causa que en el mismo tiempo la Señoría de Venecia rompió guerra con el gran turco Solimán, e hizo liga con el sumo pontífice y con el emperador don Carlos ¹. Y estando la mar cubierta de las poderosas armadas de ambas partes, y ocupados todos en la guerra, cessó la navegación de los peregrinos, que pedía más paz y quietud. Y es cosa de notar que ni muchos años antes ni después acá, hasta el año de mil y quinientos y setenta, nunca dexaron de yr cada año las naves de los peregrinos a Jerusalén, sino aquel año ². Y era que la divina Providencia, que con infinita sabiduría rige y gobierna todas las cosas criadas, yva endereçando los passos de sus peregrinos, para servirse dellos en cosas más altas de lo que ellos entendían ni pensavan. Y assí, con admirable consejo, les cortó el hilo y les atajó el camino que ya tenían por hecho de Jerusalén y los divirtió a otras ocupaciones. Porque, como los padres vieron que se les yva cerrando cada día más la esperanza de passar a la Tierra Santa, acordaron de esperar un año entero para cumplir con el voto que avían hecho en París ³. Y para aparejarse mejor y llegar con mayor reverencia al sacrosanto sacrificio de la Missa, que aún no la avían començado a dezir los nuevos sacerdotes, determinaron de apartarse y recogerse todos, y hizieronlo desta manera.

39. El B. Padre Ignacio, Fabro y Laynez se fueron a Vincencia, Francisco Xavier y Salmerón a Monte Celso ⁴, Juan Coduri y Hozes a Treviso, Claudio Iayo y Simón Rodríguez a Basán, Pascasio y Bovadilla a Verona. Son todas estas tierras de la Señoría de Venecia, porque no se quisieron salir de aquel estado, por hallarse cerca, si acaso se les abriesse alguna puerta para su embarcación. Nuestro P. Ignacio, pues, y sus dos compañeros (a los quales avía cabido ir a Vincencia), se entraron en una casilla o ermita pequeña, desamparada y medio derribada, sin puertas y sin ventanas, que por todas partes le entrava el viento y el agua. Estava esta ermita en el campo, fuera de la ciudad, y avía quedado assí yerma y malparada del tiempo de la guerra que no muchos años antes se avía hecho en aquella

28 fueron] van AC

³ Nota advenium «nihilominus» additum esse in 2^a ed. latina. De modo computandi hunc annum, intra quem, vi voti ad Montem Martyrum emissi, socii peregrinationem exspectare debebant v. citationes et bibliographiam in FN III 82 ¹⁵.

⁴ Monselice.

aliquantula copia comportata, humum ad cubandum sternunt ⁵.
 30 Bis quotidie oppidum ad victum quaeritandum ingrediuntur, quem tenuissimum referebant; vix enim panis, quantum ad vitam tolerandam satis esset, habebant, cui si olei aut butyri paululum accessisset (quod tamen rarissimum erat) id vero in delitiis numerabant. Ex tribus, unus domi remanebat, ad panem
 35 durum mucidumque aqua macerandum ac percoquendum. Is fere Ignatius erat, qui ex oculis, propter maximam profluentium lacrymarum vim, gravissime tum laborabat ⁶. Quod ab eleemosyna procuranda dabatur temporis, id totum orationi meditationique divinarum rerum tribuebatur.

40 40. In hac vitae ratione quadraginta dies posuerunt, quibus exactis, Ioannes Codurius ad illos Vicetiam venit; communi tum consilio, ad concionandum aggredi statuunt ⁷. Eodem igitur die eademque hora, in quatuor diversis urbis plateis clara primum
 45 magna voce clamare incipiunt, homines pileis manu ostensis ac circumactis convocant, et ad concionem audiendam invitant. Congregata tum populi multitudine, verba faciunt, de vitiorum foeditate, de virtutis pulchritudine, de mundi contemptu, de divini in nos amoris magnitudine, de reliquis rebus quae ad peccati servitatem declinandam, ad bonam beatamque vitam persequendam conducunt. Sermo illorum indisertus quidem erat
 50 atque impolitus, et quod italici sermonis rudes tum essent, ex

48 quattuor

⁵ Domus vocabatur *San Pietro in Vivarolo*, olim pertinens ad monachos Ordinis Sancti Hieronymi, e Fesulis (Fiesole). Cf. *Lain.* n. 42; *Acta*, n. 94; *Rodrigues*, n. 61; SCHURHAMMER in *FX* I 337 351. De hac commoratione scripsit Ignatius ad Petrum Contarini, in epistula data mense augusto a. 1537, edita ex apographo in *MI Epp.* I 125. Autographum epistulae, de quo agit TACCHI VENTURI, *Storia* II/1 87 ³, servabatur, dum haec scribebamus a. 1962, in sacello privato comitum de Camerino, in oppido Piazzola sul Brenta. Inspecta imagine photographica, quam habemus, apparet S. Ignatium nomen domus scripsisse: *S. Pietro in Varnello* (minime Vainello, ut asserit Tacchi Venturi et cum eo Schurhammer 343 ⁸). Apographum editum in *MI Epp.* I 125 ponit *Varnello*, cum autographo, sed alia manus nomen

tierra. Aquí se recogieron, y para no perecer del frío y humedad, metieron un poco de paja, y sobre esta dormían en el suelo ⁵. Salían dos veces al día a pedir limosna a la ciudad, pero era tan poco el socorro que hallavan, que apenas tornavan a su pobre ermita con tanto pan que les bastasse a sustentar ⁴⁵ la vida. Y quando hallavan un poquito de azeite o manteca (que era muy raras vezes), lo tenían por muy gran regalo. Quedávase el uno de los compañeros en la ermitilla para mojar los mendrugos de pan duros y mohosos que se traían y para cozerlos en un poco de agua, de manera que se pudiessen comer. ⁵⁰ Y era el P. Ignacio el que de ordinario se quedava a hazer este oficio. Porque de la abundancia de lágrimas que de continuo derramava, tenía casi perdida la vista de los ojos, y no podía sin detrimento dellos salir al sol y al aire ⁶. Todo el tiempo que de buscar esta pobre limosna les quedava, se davan a la oración ⁵⁵ y contemplación de las cosas divinas, porque para este fin avían dexado todas las demás ocupaciones.

40. Aviendo perseverado quarenta días en esta vida, vino a Vincencia Juan Coduri, y acuerdan todos quatro de salir a predicar en aquella ciudad ⁷. Y assí, en un mismo día y a la ⁶⁰ misma hora, en quatro diversas plaças comiençan a grandes bozes a llamar las gentes y a hazerles señas con los bonetes y que se lleguen a oír la palabra de Dios. Y aviéndose congregado gran muchedumbre de gente, les predicán de la fealdad de los vicios, de la hermosura de las virtudes, del aborrecimiento del pecado, ⁶⁵ del menosprecio del mundo, de la inmensa grandeza de aquel amor inestimable con que Dios nos ama, y de las demás cosas que se les ofrecían, a fin de sacar a los hombres del cautiverio de Satanás y despertar los corazones y atraerlos a procurar con todas sus fuerças aquella bienaventurança para que Dios los ⁷⁰ crió. Y sin duda, quien entonces mirara el language de aquellos padres, no hallara en él sino toscas y grosseras palabras que, como todos eran estrangeros y tan rezién llegados a Italia y

⁵³⁻⁵⁴ y no podía — al aire *autogr. in marg.* M || ⁶⁹ sus corazones AC

illud mutavit in *Riccasolo*. Verum nomen erat *Vivarolo*, ut supra diximus. De eo v. praecipue FX I 343 ⁶ et locos ibi allatos.

⁶ Autor anonymus *Vitae*: FN II 440-441, hoc tribuit infirmitati stomachi. De consolationibus quas hoc tempore experibatur Ignatius v. *Acta* n. 95 (I 494).

⁷ *Acta* n. 95.

plurimarum linguarum commixtione conflatus; at pius et eruditus, et quasi malleus conterens petras. *Quare ex inconditis quidem verbis magna tamen morum emendatio est consequuta.*

AEGER IGNATIUS ADVENTU SUO SIMONEM CURAT AEGROTUM
CAPUT IX

41. Dum in his operibus versatur Ignatius, atque omnibus animi corporisque viribus in Dei gloriam sui que ludibrium incumbit, Vicetiae, fractus laboribus, in febrim incidit. Pater item Laines morbo tentatus est, eodemque ipso tempore Simon etiam Rodericus Bassani (quod oppidum a Vicetia itinere fere unius diei abest) graviter affectus erat. Cum autem Simonis morbus ingravesceret lethalisque videretur, ea de re nuncium Ignatius accepit; atque e vestigio, et quidem eo ipso tempore febre laborans, (Laine aegrotante in pauperum xenodochio relicto) pedibus se itineri una cum Petro Fabro Bassanum versus dedit eo ardore animi, ea pedum celeritate, ut Faber antecedentem Ignatium et longo intervallo praeceuntem assequi vix posset. Cum aliquantulum processissent, e via paululum Ignatius deflectit, preces Deo pro Simonis salute fundi, certior a Deo fit de futura hominis sanitate. Ex oratione porro surgens, Fabro dicit: — Non est, Petre, quod nunc quidem de Simonis incolumitate tam anxie laboremus; neque enim hic morbus, qui illum graviter vexat, etiam extinguet —. Ad Simonem cum venisset, in lecto iacentem aegritudinisque vi pene consuptum, hominem amplexus: — Nihil est, inquit, Simon, quod timeas; sanabere —; atque ita convaluit. Et hoc quidem Ignatii factum Petrus Faber illius itineris comes, ubi Vicetiam rediit, patri Laini, *Laines mihi ita* narravit, quemadmodum a me expositum est. Pater autem Simon *quamdiu vixit, et agnovit et praedicavit hoc beneficium*¹.

53-54 Quare — consequuta om.

24 Laines mihi om. || 26 quamdiu — praedicavit] superstes adhuc est, et agnoscit et praedicat

¹ Quae hic dicuntur de morbo Simonis Rodrigues in oppido Bassano del Grappa tolerato, ipse Rib. testatur se desumpsisse ex epistola Lainii: « y este papel original tiene el dicho testigo » *Scripta* II 156. In DA n. 23 (II 334) dicit: « Ego ex patre Laynez Venetiis anno 48, et postea de patre

se davan tan poco al estudio de las palabras, era necesario que ellas fuesen una como mezcla de diversas lenguas. Mas estas mismas palabras eran muy llenas de doctina y espíritu de Dios, y para los coraçones empedernidos y obstinados, como un martillo o almadena de hierro, que quebranta las duras piedras. Y assí se hizo mucho fruto con la divina gracia.

COMO NUESTRO B. PADRE ESTANDO ENFERMO
SANÓ CON SU VISTA AL PADRE MAESTRO SIMÓN
CAPÍTULO IX

41. Entendiendo en estas obras nuestro B. Padre Ignacio y empleándose con todas sus fuerças en buscar la gloria de Dios y el desprecio de sí mismo, quebrantado del trabajo cayó malo de calenturas en Vincencia, y también el padre Diego Laynez, por la misma causa, fue tocado de una mala disposición. En este mismo tiempo tuvo nueva nuestro padre que Simón Rodríguez estaba muy más gravemente enfermo y en gran peligro de la vida en Basán, que está como una jornada de Vincencia. Y a la hora, estando él a la sazón con calentura, dexando al padre Laynez en el hospital y en la cama, toma el camino para Basán, vase a pie con el padre Fabro, con tanto fervor de espíritu y con tanta ligereza, que Fabro no podía atener a su passo ni alcançarle, llevándole siempre delante de sí muy gran trecho. Y como yva tan adelante, tuvo tiempo para apartarse un poco del camino, y por un rato estuvo puesto en oración, rogando a nuestro Señor por la salud del Maestro Simón; y en la oración fue certificado que Dios se la daría. Levantándose della, dixo al padre Fabro con mucha confianza y alegría: — No hay por qué nos congoxemos, hermano Fabro, del mal de Simón, que no morirá desta dolencia que tanto le fatiga —. Como llegó adonde el padre Simón estaba en la cama, hallóle con la fuerza del mal muy consumido y flaco, y echándole los braços: — No ay de qué temáis (dixo), hermano Simón, que sin duda sanaréis desta —; y assí se levantó y estuvo bueno. Esto contó el padre Fabro al padre Laynez quando tornaron a Vincencia, y el padre Laynez me lo contó a mí, de la manera que he dicho¹. Y el

⁷⁹ Y así — gracia *add. autogr. in M*

¹⁵ atener] tener AC || ¹⁷ Y como yva tan] Y como Ignacio fuesse tan AC ||
²⁰ della] de la oración || ²⁹ que aquí he dicho ACDE

Ignatio Romae 53. Pater autem Simón et agnoscit et praedicat hoc beneficium ». Cf. FN I 194; II 441 581; III 84-86.

42. Bassani erat Antonius quidam², natione italicus, qui in edito colle extra oppidum, ubi templum quoddam Sancti Viti est, et iucundissimus amoenam vallem fluminis Meduaci irrigantis
 30 prospectus, solitariam vitam colebat³. Erat autem Antonius vir senex et grandaevus, priscae severitatis, illiteratus quidem sed candidus, et insigni sanctitatis opinione, qui moribus et etiam ipso aspectu magnum illum Antonium nobis aut Hilarionem aliquem referebat. Novi ego ipse postea hominem. Hic Antonius,
 35 cum Ignatium nihil eximium praeseferentem haud magnificeret, imo vero in corde suo imperfectum duceret, orationi aliquando impense deditus, ipsum per speciem, Domino demonstrante, virum excelsum atque admirabilem esse cognovit, et ad multorum salutem de coelo demissum, caepitque illum pudere sui, seque ac
 40 suum iudicium graviter reprehendere, sicut ipsemet postea fassus est.

43. Antonii igitur vitae admiratione captus, quidam ex patribus decem, Bassani cum esset, et una Ignatius, fluctuare caepit et addubitare, foretne Deo gratius ac sibi utilius, incaeptum vitae
 45 cursum persequi, an ad Antonium sese transferre, et contemplationi vacantem, coelestem vitam et ab strepitu hominum curisque vacuum traducere⁴. Quarum cogitationum aculeis cum diutius pungeretur, domo egressus aliquando, ad Antonium ire constituit, ut cum illo, videlicet, consilia communicaret. Progredienti,
 50 vir quidam terrefico aspectu, vultu minaci armatus occurrit, districto gladio in via consistens. Hominis aspectu percussus pater, resistit primum, deinde, ut se collegit, ire perrexit; sed ille minitabundus et ferox impetum facit, et ut erat gladio vagina educ-

27-64 Bassani erat --- evenisse narravit om.

² De Antonio eremita v. FN I 194; II 581-582; III 85⁸ ubi adest bibliographia; FX I 346⁴. In specie v. MICHIELLI, *Cenni storici della chiesa suburbana di S. Vito di Bassano e di Fra Antonio Eremita* (Bassano 1893).

³ Eremitorium, quod adhuc exstat, invenitur ad viam quae ducit in vallem dictam *Valsugana*. Ibi in parvo sacello videri potest depicta imago referens Antonium cum Ignatio et Simone Rodrigues. Cf. FX 346⁵.

⁴ Quae hic dicuntur de tentatione a quodam (Simone Rodrigues) habita desunt in 1^a ed. latina, adsunt in reliquis, inde a 1^a hispana; sunt autem

mismo padre maestro Simón conoció y agradeció y publicó este 30
beneficio que de Dios nuestro Señor, por medio de su siervo
Ignacio, avía recebido.

42. Aquí en Basán vivía entonces un hombre, de nación
italiano, por nombre Antonio², el qual hazía una vida admirable
y solitaria en una ermita, que se llama San Vito, la qual está 35
fuera del lugar, en un cerro alto y muy ameno, de donde se
descubre un valle muy apazible, que es regado con las aguas
del río llamado en latín Meduaco y en italiano Brenta. Era
este hombre anciano, lego e idiota y muy senzillo, mas severo
y grave, y de los hombres tenido por santo³. El qual en sus 40
costumbres y aspecto parecía un retrato de san Antonio el abad,
o de san Hilarión, o de otro qualquiera de aquellos santos padres
del yermo. Algunos años después conocí yo a este padre, el qual
tratando al padre Ignacio le tuvo en poco y juzgóle en su co-
raçón por imperfecto, hasta que un día, puesto en larga y fer- 45
vorosa oración, se le representó Dios como a hombre santo y
embiado del cielo al mundo para provecho de muchos. Entonces
començó a avergonçarse y a tenerse en poco y a estimar lo que
antes avía desestimado, como él mismo después, corrido de sí
mismo, lo confessó. 50

43. Movido, pues, de la vida de Fray Antonio, uno de los
primeros compañeros de nuestro padre que estava en Basán,
començó a titubear en su vocación, y a dudar si sería más ser-
vido nuestro Señor seguir el camino començado, o vivir en com-
pañía de aquel santo en contemplación, apartado de los pri- 55
meros y del desassossiego e inquietud que la conversación de
los hombres trae consigo⁴. Y hallándose perplexo y confuso con
las razones que de una parte y de otra se le ofrecían, deter-
minó de irse al mismo fray Antonio y comunicar con él sus
dudas y hazer lo que él le dixesse. Estava en este tiempo el 60
padre Ignacio en Basán. Fuesse, pues, aquel padre a buscar al
frayle, e yendo, vio un hombre armado que, con horrible aspecto
y fiero semblante, con la espada sacada y levantada, se le puso

³⁰ y publicó *add. autogr.* in M || 32 había recebido] recibió AC || 38 y en
italiano] que en italiano llaman AC || 53 más servido] más servicio de ACD

*aequivocatio in quam Rib. incidit, reponens hoc loco ea quae Rodericio eve-
nerunt in Saint-Nicolas-du-Port (Lotharingia). Re vera Rodrigues de hac
tentatione Bassani habita non loquitur, dum refert aliam: FN III 44-46.
Cf. FX I 347 4; F. RODRIGUES, I/1 73 2. Ribadeneyram sequuti sunt: OR-
LANDINI, l. II, n. 19; BARTOLI, S. *Ignacio*, l. II, n. 34; FRANCO, *Imagem*, 45.
DUDON falso supponit tentatum fuisse Iaium. *Saint Ignace*, 325.*

to, ipsum insequitur. In pedes se noster quantum potuit coniecit,
 55 et pavens, fuga suae saluti caepit consulere. Fugientem illum
 armatus homo aliquandiu persecutus est, videntibus incolis et
 mirantibus nostrum fugientem ac trepidantem, insequentem alte-
 rum non videntibus. Tandem rei novitate anxius, metu exani-
 matus, diuturno cursu et fatigatione anhelans, domum ubi Igna-
 60 tius erat, festinus irrumpit. Ad quem statim Ignatius, ita ne
 N. inquit vacillas? Modicae fidei quare dubitasti? ⁵ Quae divinae
 voluntatis significatio omnem dubitationem patri sustulit, et of-
 fusam animo caliginem dispulit. Hoc ipse qui vidit, qui passus
 est, sibi evenisse narravit.

ACADEMIAS ITALIAE INTER SE DISTRIBUUNT ET ADEUNT

CAPUT X

44. Post leves illos nostrorum patrum excursus, Vicetiam
 omnes ad Ignatium convenerunt ¹; quae civitas magnopere illius
 5 sociorumque vita et doctrina fuerat permota. Quocirca in qua
 civitate tres pane tantum et aqua vitam initio vix tolerabant et
 a vicinis pagis victum mendicare cogebantur, ea demum undecim
 in unum congregatis omnia necessaria abunde suppeditavit. Fe-
 cerant novi sacerdotes primum sacrum, praeter unum Ignatium ².
 10 In hoc conventu, ubi Hierosolymam navigandi spem extrahi lon-
 gius vident, illustres aliquot ac celebres Italiae academias et stu-
 diosorum hominum maxime refertas, obire constituunt, si quem
 forte Deus ex tot ingeniosis adolescentibus, quibus illae abund-
 ant, excitare, et ad idem vitae institutum dignaretur adducere.

6-7 et alii postea a vicinis || 11 ac celebres om. || 12 maxime om.

⁵ Mt. 14, 31.

¹ Conventus hic habitus est a. 1537 mense octobri. FX I 353. De eo v. Lain. n. 42 (I 120); Acta n. 95 (I 496); Nadal (II 84); Rodrigues, n. 64 (III 86-90); Bobadilla (III 327).

² Agitur de Xaverio, Lainez, Bobadilla et Codure, qui prima vice lita-
 runt Vicetiae incerto die, ut videtur ad finem septembris 1537. Rodrigues

delante en el camino. Turbóse al principio y paró el padre, mas
 bolviendo en sí, parecióle que no avía por qué detenerse y si- 65
 guió su camino. Entonces el hombre con gran ceño y enojo,
 arremete al padre, y con la espada desenvainada, como estava,
 da tras él. El padre, temblando y más muerto que vivo, echó
 a huyr y él a huyr y el otro a seguirle; pero de manera que
 los que presentes estavan vían al que huía y no vían al que le 70
 seguía. Al fin de buen rato, el padre, desmayado con el miedo
 y assombrado desta novedad, y quebrantado de lo que avía co-
 rrido, dio consigo desalentado y sin huelgo en la posada donde
 estava nuestro Padre. El qual, en viéndole, con rostro apazible
 se volvió a él, y nombrándole por su nombre díxole: — Fulano 75
 ¿assí dudáis? « Modicae fidei quare dubitasti? » Hombre de poca
 fe ¿por qué habéis dudado? ⁵ Con esta representación, que fue
 como una declaración de la divina voluntad, se confirmó mucho
 este padre en su vocación, como el mismo que lo vio y lo passó
 lo ha contado. 80

COMO SE REPARTIERON POR LAS UNIVERSIDADES DE ITALIA
 CAPÍTULO X

44. Después de haber hecho nuestros padres aquellas como
 correrías espirituales que avemos contado, todos se vinieron a
 juntar con nuestro padre Ignacio en la ciudad de Vincencia ¹, 5
 la qual estava grandemente movida con la vida y dotrina de los
 tres compañeros. Por lo qual, donde al principio apenas hallavan
 pan y agua para poder vivir los tres solos, y algunas vezes tenían
 necesidad de salir a las aldeas a pedir limosna para sustentarse,
 después onze juntos tuvieron todo lo necessario con abundancia. 10
 Todos los nuevos sacerdotes avían dicho ya la primera missa ²,
 si no sólo nuestro Ignacio que la tenía por dezir. En esta junta
 que aquí hizieron acordaron que, pues la esperança de ir a Jeru-
 salén se les yva cada día acabando más, se repartiessen por 15
 las Universidades más insignes de Italia, donde estava la flor
 de los buenos ingenios y letras, para ver si Dios nuestro Señor
 sería servido de despertar algunos mancebos hábiles, de los mu-

⁷⁵ nombrándole por su nombre — Fulano autogr. in marg. M
⁸ doctrina AC

Missam primam celebravit Ferrariæ (II 88). Salmerón, ob defectum aeta-
 tis, serius ordinatus est, ut videtur, mense octobri exeunte vel ineunte no-
 vembri. FX I 357 ⁵.

15 Hyeme igitur ineunte, provincias ita sortiti sunt, ut Ignatius, Faber ac Laines, primarii socii, Romam ipsam adeant; Salmerón et Paschasius Senas; Franciscus Xavier et Bobadilla Bononiam proficiscantur; Claudio Iaio ac Simoni Ferrara; Patavium Ioanni Codurio et Hozio obtigit³.

20 45. Qua in provincia, praeter eam curam quae cuique maxima et propria erat, animum suum perpurgandi, atque ex illo non solum amputandi cupiditatum ramos, sed etiam radicum
 25 fibras evellendi; connitebantur quantum poterant ut proximorum etiam salutem cum sua salute coniungerent, et omnibus illos modis ad divinarum rerum studium accenderent. Administrandi porro provinciam haec ratio erat: Alternis hebdomadis utrique socio
 30 in alterum potestas erat⁴; ostiatim victum emendicabant; in publicis plateis concionabantur. Ante concionem, qui parebat, scamnum ex officina aliqua commodatum, pro suggestu, concionaturi
 35 socii pedibus subiiciebat; voce pileoque ad verbum Dei audiendum populum evocabat. In concione nihil petebatur, nihil post a circumfusa multitudine accipiebatur, ne ultro quidem oblatum. Si quem nacti essent coelestis doctrinae cupidiores, eum vero libentissime privatim informabant, et ut res dabatur, etiam per-
 40 poliebant. Multorum confessiones audiebant, pueris duribusque hominibus tradebant christianae fidei institutiones, aegrotis afflictisque pauperibus in xenodochiis decumbentibus (ubi per maiores occupationes licebat) sedulo ministrabant. Denique nihil praetermittebant quod ad augendam Christi gloriam faceret, et bene
 45 de hominibus merendum. Quibus rebus Christi bonus odor ubique fuerunt, multique singularem ex illorum consuetudine fructum perceperunt. Atque ex tenui illo exiguoque principio, Societatis nostrae et nomen innotuit et fama percrebuit, et fructus propagatus per Italiam atque amplificatus est.

45 46. Illud non omittam: Patavii nostri in carcerem ab episcopi *vicario*⁵ coniecti sunt catenisque constricti. In quo quidem

⁴ vicario] suffraganeo

⁵ In hac sociorum partitione Rib. sequitur *Lain.* n° 43 (I 120). Cf. FN I 194-195; II 84-85 259-260 582; III 88-90; FX I 357.

chos que en la Universidades se suelen criar, y traerlos al mismo instituto de vida que ellos seguían en beneficio de sus próximos. Y con este fin, a la entrada del invierno, repartieron entre sí 30 las Universidades de Italia desta manera, que los padres Ignacio, Fabro y Laynez vayan a Roma, Salmerón y Pascasio a Sena, Francisco Xavier y Bovadilla a Bolonia, Claudio Jayo y Simón Rodríguez a Ferrara, Juan Coduri y el nuevo compañero a Padua 3.

45. En esta empresa, demás del principal cuidado que cada uno tenía de su propia conciencia y de perfeccionarse en las virtudes, trabajaban quanto podían de encaminar los próximos al camino de su salvación y de enceder en ellos el amor y santo desseo de las cosas espirituales y divinas. La manera de su gobierno era 30 ésta: a semanas tenía cargo el uno del otro, de manera que el que esta semana obedecía mandava la siguiente 4. Pedían por amor de Dios de puerta en puerta. Predicavan en las plaças públicas. Antes del sermón el compañero súbdito trafa de alguna tienda prestado un escaño, que servía de púlpito, y llamava al pueblo a bozes y con 35 el bonete, meneándole, para que viniessen a oír la palabra de Dios. No pedían en el sermón limosna, ni después de aver predicado la querían recibir de los oyentes, aunque de suyo se la ofreciessen. Si hallavan alguno desseoso de su aprovechamiento y sediento de las aguas vivas que matan la sed del alma, a este tal se comuni- 40 cavan más y le davan mayor parte de lo que nuestro Señor a ellos les comunicava. Oían las confessions de muchos que lo pedían. Enseñavan a los niños y a los inorantes y rudos la dotrina christiana. Quando podían y tenían tiempo, acudían a los hospitales y servían a los pobres, consolando a los enfermos y afligidos que 45 estaban en la cama. Finalmente, no dexavan ninguna cosa de las que entendían que podían servir para mayor gloria de Dios y de sus próximos. Con estas obras yvan derramando un olor de Christo y de su dotrina tan suave y bueno, que muchos sacaron singular fruto de sus pláticas y conversación. Y de aquel tan pequeño y 50 débil principio vino a ser conocida nuestra Compañía, y creció la fama de su nombre, y el fruto que hazía se estendió por toda Italia.

46. No dexaré de dezir que en Padua los nuestros fueron por el vicario del obispo 5 echados en la cárcel y en cadenas apri- 55

⁴ *Sum. ital.* n. 18 (I 270); *Rodriguez* (III 86).

⁵ *Suffraganeus cardinalis Francisci Pisani, episcopi patavini, erat Hieronymus de' Santi, Ordinis Eremitarum S. Augustini.* FN II 583 222.

carcere noctem unam tam laete hilareque traduxerunt, ut Hozius erumpentem prae gestientis animi laetitia risum tenere vix posset⁶. Postridie vero re perspecta melius et cognita, ab eodem iudice liberati sunt, et deinceps semper filiorum loco habiti. Et haec quidem socii reliqui. Iam ad ea quae in sua profectioe et provinciae administratione Ignatius fecit, transeamus.

IGNATIO DOMINUS IESUS APPARET,
ET UNDE SOCIETATIS NOMEN INDITUM SIT

CAPUT XI

47. Sacerdotio igitur iam decoratus, integrum anni spatium
⁵ *ad se praeparandum, animumque magis colligendum, sumpsit,*
 ut augustissimum Iesu Christi Domini nostri corpus, vivam ve-
 ramque pro peccatis nostris hostiam, purius Deo Patri primum
 offerret in odorem suavitatis¹. Quo tempore, toto pectore in divi-
 narum rerum commentationem incumbibat, et beatissimam Vir-
¹⁰ ginem Deique Matrem diu noctuque obsecrabat, ut ipsum apud
 Filium suum in gratia poneret; et quae coeli esset ianua et sin-
 gularis Dei hominumque conciliatrix, ipsa sibi aditum ad Filium
 aperiret, ut a Filio agnitus, Filium ipse agnosceret et inveniret.
 Itaque toto hoc tempore mirabiles illustrationes habuit², Vene-
¹⁵ tiis, Vicetiae, aliis in urbibus, in via; ut restitutus sibi in eum
 statum videretur, quem Manresae habuisset, ubi supra modum
 (ut diximus)⁴ illustratus est. Etenim Lutetiae studiorum tem-
 pore, neque tam insignes, neque tam multas, de divinis rebus
notiones accepit. Porro in toto itinere, quod ad provinciam suam
²⁰ obeundam, una cum Fabro Laineque Romam versus instituerat,
 singulariter a Deo et illuminabatur et confirmabatur, quotidieque
 sociis sacra facientibus, Corpore dominico *reficiebatur*, mirificas-
 que et plane coelestes animi voluptates percipiebat.

⁵ *ad se — sumpsit]* ad se magis colligendum sumpsit animumque praeparandum || ¹⁹ *notiones]* cognitiones || ²² *Corpori reficiebatur]* communicabat

⁶ FN I 120 195; II 86 583.

¹ *Acta* n. 96 (I 496), cf. *Lain.* n. 42 (I 120). De prima S. Ignatii Missa v. FERNÁNDEZ ZAPICO, *La carta de S. Ignacio sobre su primero Misa* in *AHSI* 1 (1932) 100-104; LETURIA, *La primera Misa de S. Ignacio*, in *Manresa* 13 (1940) 63-73 et in *Estudios ignacianos*, I 223-235.

² *Acta* n. 96 (I 496).

sionados, y desta manera passaron una noche tan regozijada y alegre, que Hozes, el uno dellos, de pura alegría no se podía tener de risa ⁶. Otro día, mirándolo mejor el mismo juez, los soltó, y de ay en adelante siempre los tuvo en lugar de hijos. Esto es lo que los compañeros del padre Ignacio hizieron, lo qual tocamos brevemente porque no escrivimos la historia dellos, sino la de nuestro Padre, y así es bien que veamos lo que a él le aconteció en su camino y en la ida a Roma que le cupo.

COMO CHRISTO NUESTRO SEÑOR APARECIO A NUESTRO B. PADRE IGNACIO Y DONDE TOMO ESTE NOMBRE LA COMPANIA DE JESUS

CAPÍTULO XI

47. Viéndose nuestro bienaventurado Padre puesto en el oficio y dignidad sacerdotal, como quien conocía bien lo que era y la pureza de vida que pedía, tomó un año entero de tiempo para recogerse más y aparejarse a recibir en sus manos el sacratísimo cuerpo de Christo nuestro Señor, que es sacrificio verdadero y ostia viva por nuestros pecados. Que antes deste tiempo no fiava de sí que estaría tan bien dispuesto como era menester para dezir su primera Missa. La qual dixo después, aún más tarde de lo que avía pensado (que fue la noche de Navidad del año mil y quinientos y treinta y ocho), y díxola en Roma en la capilla del Pesebre, donde Jesuchristo nuestro Señor fue puesto quando nació, que está en Santa María la Mayor; y assí estuvo año y medio sin dezirla después que le ordenaron ¹. En este tiempo, con todas las fuerças de su ánima y de todo corazón se empleava en contemplar las cosas divinas de día y de noche, suplicando humildemente a la gloriosa Virgen y Madre de Dios que ella le pusiesse con su Hijo ². Y que, pues era puerta del cielo y singular mediana entre los hombres y Dios, le abriessse la puerta y le diesse entrada para su preciosísimo Hijo. De manera que él fuesse conocido del Hijo y juntamente él pudiesse conocer al Hijo y hallarle y amarle y reverenciarle con afectuoso acatamiento y devoción. Con esto, todo el tiempo que assí estuvo sin dezir Missa, fueron maravillosas las ilustraciones y visitas que tuvo de Dios ³

¹ 11-16 La qual — que le ordenaron *add. autogr. in marg.* M || 17 en contemplar] en la contemplación A; en contemplación BC || 21 que ella le abriessse AC || 24-25 y reverenciarle — devoción *autogr. in marg.* M

³ Ib. n. 95 (I 494).

⁴ Lib. I, cap. VII.

48. Accidit autem, cum ad Urbem appropinquarent, ut in
 25 templum desertum et solum ingressus, oraret ardentius⁵. Ibi
 mutatum prorsus cor eius est oculique mentis clarissima luce
 collustrati ita sunt, ut perspicue videret quomodo Deus Pater
 Deo Filio crucem gestanti Ignatium sociosque peramanter com-
 mendabat, in eiusque dexteram invictam et patrocinium tradebat.
 30 Quos cum benignissimus Iesus in se recepisset, blando placidoque
 vultu, ut erat cum cruce, ad Ignatium conversus: Ego (inquit)
 vobis Romae propitius ero⁶. Qua quidem admirabili divinaque
 visione, mirum in modum recreatus Ignatius et confirmatus est
 Fabroque post orationem, et Laini: — Quid nobis, inquit, Ro-
 35 mae futurum sit plane ignoro; in crucemne Deus nos, an in
 rotam agi velit; hoc tamen mihi compertum est atque explora-
 tum, quicumque nos exitus maneat, Iesum Christum nobis fore
 propitium —. Remque totam, quam viderat, sociis patefecit, ut
 et animum illis et stimulos adderet.

40 49. Quo etiam factum est, ut cum postea de Societate insti-
 tuenda inter Ignatium sociosque constaret, nomen tamen quaere-
 retur, quo insignita et notata a Christi vicario confirmaretur,
 Ignatius a reliquis sociis impetraverit, ut sibi integrum esset,

⁵ De hac celebri visione ab Ignatio habita ad viam Cassiam, prout videtur in loco dicto « La Storta », 16.5 km. ante Romam, vide plurima in FN I-III, praecipue I 496-498; II 133. Vide etiam ROUQUETTE, *Essai critique sur les sources relatant la vision de St. Ignace à La Storta*, in: RAM, 33 (1957) 34-36 et 150-170; Th. BAUMANN, *Die Berichte über die Vision des heiligen Ignatius bei La Storta*, in: AHSI 27 (1958) 181-208.

en Venecia, en Vincencia y en otras ciudades y por todo este camino, tanto que le parecía ser restituído a aquel primer estado que tuvo en Manresa, donde avía sido visitado sobre manera y consolado de Dios. Porque en París, en el tiempo de los estudios, 30 no sentía ni tan señalados gustos, ni tantas inteligencias de las cosas divinas; mas aora, en este camino de Roma, era de Dios con soberanos resplandores y gustos espirituales ilustrado y esforçado. Recebía cada día el cuerpo sacratíssimo de Christo nuestro Redentor de mano de sus compañeros, y con él suavísimas 35 y celestiales consolaciones.

48. Aconteció en este camino que, acercándose ya a la ciudad de Roma, entró a hazer oración en un templo desierto y solo, que estaba algunas millas lexos de la ciudad⁵. Estando en el mayor ardor de su fervorosa oración, allí fue como tro- 40 cado su corazón, y los ojos de su alma fueron con una resplandeciente luz tan esclarecidos, que claramente vio cómo Dios Padre, volviéndose a su unigénito Hijo, que traía la cruz a cuestas, con grandíssimo y entrañable amor le encomendava a El y a sus compañeros, y los entregava a su poderosa diestra, para 45 que en ella tuviessen todo su patrocinio y amparo. Y aviéndolos el benigníssimo Jesús acogido, se bolvió a Ignacio, assí como estava con la cruz, y con un blando y amoroso semblante le dize: Ego vobis Romae propitius ero. Yo os seré en Roma propicio y favorable⁶. Maravillosa fue la consolación y el es- 50 fuerço con que quedó animado nuestro Padre de esta divina revelación. Acabada su oración dice a Fabro y a Laynez: — Hermanos míos, qué cosa disponga Dios de nosotros yo no lo sé, si quiere que muramos en cruz o descoyuntados en una rueda o de otra manera; mas de una cosa estoy cierto, que de qualquier 55 manera que ello sea, tendremos a Jesu Christo propicio —. Y con esto les cuenta lo que avía visto, para más animarlos y apercebirlos para los trabajos que avían de padecer.

49. De aquí es que, aviendo después nuestro Padre y sus compañeros determinado de instituir y fundar religión, y tra- 60 tando entre sí del nombre que se le avía de poner, para representarla a Su Santidad y suplicarle que la confirmasse, el Padre

⁵ 30 consolado de Dios] como en su lugar lo contamos *add.* A || 32 camino de Roma] yendo con Fabro y Laynez *add.* A || 44 a 61] a Ignacio AC || 59 Y de aquí A

⁶ De diversis formis huius sententiae v. FN I 313 ³⁷. Vide etiam FN III 693-695; adde his: *Beati Petri Canisii exhortationes domesticae* ed. a G. SCHLOSSER (Ruremundae 1876) p. 258. Cf. BRAUNSBERGER, t. VIII, 760. Vide etiam infra, *Censuram* n°. 3.

ad arbitrium suum Societati quod vellet nomen imponere. Quod
 45 omnibus probantibus et libentissimis fecit. *Et tum praeclaro illo
 viso, tum aliis divinis illustrationibus multis magnisque, ita Do-
 minus Iesus eius in mente sacratissimum suum nomen impressit
 penitusque infixit, ut eius ex nomine Societati nomen imponeret :*
 50 *tam clara ac firma luce collustratus, et usque eo pro certo habens
 id Deum velle, ut ab hac mente se dimoveri numquam posse di-
 ceret*⁷. *Quodque volentibus sociis ac consentientibus fecit, id re-
 pugnantibus ac dissentientibus omnino fecisset, propter divini
 luminis claritatem. Itaque Societatem Iesu appellari voluit, ut
 qui huc vocati fuerint, non se in Ignatii ordinem aliquem ad-
 55 scriptos, sed in Societatem Filii Dei Iesu Christi Domini nostri
 vocatos agnoscant, sub illo summo imperatore mereant, eius signa
 sequantur, crucem suam cupide tollant, et in auctorem fidei et
 consummatorem Iesum aspiciant, qui proposito sibi gaudio, su-
 De persecutorum sine v. praecipue II 91 373-374 446; III 113 222-223.

¹ Agebatur de reformatione monasterii sanctorum Prosperi et Agnetis,
 ordinis Sancti Benedicti. Vide FN I 130 194 212 273; II 94 264 505;
 III 124; *Epp. Broeti* 201-204; TACCHI VENTURI, II/1 196-202.

² Antea Iaius missus fuerat Balneoregium (Bagnoregio), unde Brixiam
 petivit a. 1540 exeunte. FN I 223; *Epp. Iaii*, 267-268.

³ De Ennio Filonardi v. FN I 42⁴⁴; III 224. De hac missione v. FN

63. Es bien que se sepa como el frayle que diximos, que se
 llamava Augustín piamontés (el qual fue la primera causa y
 origen desta persecución) quitada la máscara de la dissimulación
 con que primero andava encubierto, se hizo públicamente lute-
 rano. Y el paradero de los acusadores fue este que, callando los
 nuestros y rogando a Dios por ellos, al fin se descubrió cuál era
 su vida y dotrina. La qual fue tan detestable y mala que al uno
 le quemaron en Roma la estatua, escapándose del fuego con huir,
 y el otro también por herege fue condenado a cárcel perpetua,
 y tornando a la carrera de la verdad, se convirtió poco antes de
 su muerte, y llorando su vida passada y sus errores, acabó en
 Roma, ayudándole a bien morir el padre Diego de Avellaneda
 de nuestra Compañía, el año de mil y quinientos y cinquenta
 y nueve ¹¹.

COMO EL B. PADRE IGNACIO Y SUS COMPANEROS SE OCUPAVAN
 EN ROMA Y FUERA DELLA EN SERVICIO DE LA YGLESLIA

CAPÍTULO XV

64. Passada la tempestad desta persecución, se siguió luego
 gran bonança, y las máquinas que avía armado Satanás para
 combatir la verdad le vinieron a servir para su defensa, como
 suele acontecer a los que tienen buena causa y estrivan en el
 amparo divino. De donde vino que muchas personas grandes
 suplicaron al papa les concediesse algunos de nuestros padres,
 unos para una parte y otros para otra, y el papa se los concedió,
 desta manera. Fue embiado el maestro Pascasio a Sena, para
 reformar un monesterio de monjas, lo qual hizo despertando en
 muchas ánimas vivos desseos de servir a Dios, con la entereza
 de vida y mansedumbre de condición que tenía ¹. Porque este
 padre era dotado de una columbina y prudente simplicidad. El
 Maestro Claudio Yayo fue embiado a Bresa ², el qual ganó las
 voluntades de toda aquella ciudad con la suavidad de su condi-
 ción y santidad de sus costumbres, y despertó las gentes a buscar
 de veras el camino del cielo. Partieron para Parma y Placencia
 de Lombardía, en compañía de Enio Filonardo, verulano, cardenal
 de S. Angel, legado Apostólico ³, los padres maestros Pedro

²⁰ Enio — verulano *om.* AB

I 128 212-222; TACCHI VENTURI II/1, 220-253. Alias Ribadeneyra Ennium
 Filonardi vocat « cardenal de Veruli »: FN III 224. In sua autobiographia

Parmam Placentiamque magister Petrus Faber et magister Iacobus Laines, qui in iis urbibus permagnos ex suis laboribus fructus collegerunt, et non paucos tum viros, tum egregiae indolis
 20 adolescentes ad Societatem adiunxerunt ⁴. In Calabriam vero profectus est magister Nicolaus Bobadilla, ubi populos quosdam rudes atque agrestes, plurimum ad pietatem excoluit ⁵.

65. Neque vero ii qui Romae remanserant, otiosi fuerunt; nam cum frumenti caritas in Urbe tanta esset, ut multi aut
 35 fame interirent, aut viribus consumpti in plateis passim iacerent, patres, ut huic malo, quoad eius fieri posset, mederentur, pecuniam undique corrogare, panem conquirere, herbas in pulmentum concidere, mendicorum hominum, quantam maximam poterant turbam cogere, domum perducere, pedes abluere, inedia
 30 confectos cibo reficere; ulcerosos curare, rudes docere, nullum denique officium praetermittere, quod tum ad corporis, tum ad animi curationem pertineret. Acciditque aliquando ut tota domus ita compleretur, ut conquisitos, et mediis ex plateis abreptos egenos homines vix caperet, cum trecenti quadringentive in strato
 35 humi foeno iacerent. Quae res magna populum admiratione affectit, et ad simile studium aliorum pietatem excitavit. Multi enim viri clarissimi, et in his nonnulli cardinales, hoc exemplo permoti, strenue operam navarunt ne annonae inopia pauperes opprimerentur ⁶. *Itaque tria millia egenorum hominum variis in*
 40 *locis alebant* ⁷. Ad nostros praeterea nonnulli iique praeclari, tum adolescentes, tum viri, adiuncti sunt ⁸.

39-40 Itaque — alebant om.

dicit: « Yo le conocí y me crié con Ranucio Farnese en casa de su hermano ». *Rib.* I 6-9.

⁴ Cf. *Vida del P. Maestro Diego Laynez*, l. I, c. II.

⁵ FN I 123-124 130 226-227; II 94; III 127 546; *Bobadillae Mon.* 618-619 638.

⁶ De summa caritate annonae Romae tolerata annis 1538/1539 v. FN I 126 199-200 267; II 86 263 502-503 587; III 104.

⁷ FN I 200; II 263 502-503 587.

Fabro y Diego Laynez, los cuales cogieron maravillosos frutos de sus trabajos en aquellas ciudades y ganaron para la Compañía un buen número de personas de diversas edades, mas todos bien aptos para el efeto de su vocación, como en la vida del Padre Laynez se dirá ⁴. A Calabria fue el maestro Nicolás de Bovadilla, donde empleó bien su trabajo, enseñando y cultivando aquellos pueblos, por su inorancia muy necesitados de dotrina ⁵.

65. No estaban ociosos los padres que quedaron en Roma, porque aviendo en aquella ciudad gran falta de mantenimientos, y siendo el año tan apretado que muchos, o perecían de hambre o se hallavan casi consumidos y para morir, tendidos por las plaças, los padres, para remediar quanto les fuesse posible tan gran necesidad, ponían gran diligencia en buscar dineros, allegavan pan y guisavan algunas ollas de yervas, y buscando los pobres por las calles y plaças, los traían a casa, y después de averles lavado los pies, les davan de comer, y curavan los llagados y enseñávanles la dotrina christiana, y finalmente no dexavan de hazer oficio ninguno ni obra de misericordia que pudiesen, assí espiritual como corporal ⁶. Y algunas vezes estava la casa tan llena de los pobres que traían de las calles y plaças, que no cabían más, porque llegavan a trezientos y a quatrocientos los que estavan en casa, tendidos sobre el heno que para esto avían echado los padres en el suelo. Maravilló esta obra estrañamente con la novedad y provecho al pueblo romano y fue motivo para que otros se empleassen en semejantes obras de caridad. Porque muchos hombres principales, y entre ellos algunos cardenales, movidos con tal exemplo, procuraron muy de veras que los pobres no padeciessen tanta necessidad. Y fue creciendo tanto esta obra, que se sustentavan en Roma en diversos lugares tres mil pobres, los quales murieran de hambre, si no fueran socorridos ⁷. También se allegaron en este tiempo a los nuestros algunas personas señaladas, assí mancebos como hombres de mayor edad, para seguir su instituto y manera de vivir ⁸.

⁸ *Lain.* n. 46 (I 122-124). Vide quid dicat ipse Ribadeneyra infra l. III c. I, describens Societatis statum a. 1541, tempore electionis S. Ignatii in praepositum generalem: « Lutetiae praeterea iuvenes aliquot, qui animum ad Societatem appulerant, iam tum in litterarum studiis versabantur, Roma ab Ignatio hanc ipsam ob causam missi. In ipsa vero Urbe duodecim fere ad patres accesserant ».

MAGISTER FRANCISCUS XAVIER ET MAGISTER SIMON
IN INDIAM DESTINANTUR

CAPUT XVI

66. Lutetiae Parisiorum Doctorem quendam theologum, Iacobum Goveanum nomine, fuisse diximus¹, eum qui collegii divae Barbarae moderator, iniusta indignatione commotus, virgarum supplicium in Ignatium primo constituit, veritate deinde hominisque innocentia placatus, paratum supplicium in honorem ac reverentiam vertit. Is erat vir pius et gravis, et cum Ignatio benevolentia ex errore illo parta coniunctissimus². Qui magno Dei gloriae desiderio affectus, et Ignatii sociorumque aequae incensam voluntatem et sensus in hominum salutem consentientes exploratos habens, scripsit ad Ignatium³, magnum ostium in Orientis India apertum esse, latissimum ipsi sociisque patere campum, si qui forte regiones illas petere vellent. Cupere se scire, quid sentiat, quo animo ipse, quo socii sint? Ad haec Ignatius, se suosque in pontificis maximi potestate esse; illius se imperium, illius nutum intueri; quovis terrarum a Christi vicario mittantur, non detrectaturos imperium⁴.

67. Hac responsione ab Ignatio Goveanus accepta, Ioannem III Lusitaniae, regem suum, tota de re certiores facit. Rex non tam imperii propagandi, quam Christiani nominis amplificandi et indorum salutis percupidus, Petro Mazcharenae, suo apud summum pontificem oratori mandat, de hac re uti cum

¹ L. II, c. III, p.

² De doctore Gouveia v. FN II 379¹¹⁰; FX I 92-94 106-107 133. Quae in hoc capite dicuntur narrata iam fuerant a Rib. in DA n. 88 (II 379-383). Vide etiam FN I 228⁶⁴.

³ Anno 1538 mense februario doctor Gouveia scripsit ad p. Simonem Rodrigues eiusque socios in Italia commorantes, proponens ut aliqui patres Societatis in Indiam mitterentur (FN II 380¹¹¹). Die 17 eiusdem mensis

COMO LOS PADRES MAESTRO FRANCISCO XAVIER Y MAESTRO
SIMON PARTIERON DE ROMA PARA LA INDIA ORIENTAL

CAPÍTULO XVI

66. Contamos en el capítulo tercero deste segundo libro cómo
en París estava un Doctor teólogo, llamado Diego de Govea, el
cual, siendo rector y el principal del colegio de Santa Bárbara,
por un injusto enojo quiso açotar pública y afrentosamente a
N. B. P. Ignacio, y después, bolviendo sobre sí y conociendo mejor
su inocencia y la verdad, se trocó, de manera que convirtió el
castigo que le tenía aparejado en honrarle y reverenciarle ¹. Era
Govea portugués y hombre pío y de autoridad ², y que desde aquel
día de su desengaño quedó aficionadíssimo y devotíssimo de nues-
tro padre Ignacio, porque entendió los desseos que Dios le avía
dado de emplearse en las cosas de su servicio y de la salvación
de sus próximos, y con cuántas veras acudía a este llamamiento
de Dios. Y sabía que él y sus compañeros estaban ocupados en
Italia, con grande edificación y provecho de las ánimas, en todas
las obras de caridad. Encendido, pues, del mismo desseo, escribió
Govea a nuestro B. Padre ³ que en la India Oriental avía Dios
abierto una grande puerta para trabajar con fruto. Y que en
aquellas remotísimas regiones les darían las manos llenas a sus
compañeros, si quisiessen ir a ellas, siendo como son tan desampa-
radas y tan apartadas de la luz y conocimiento de Dios nuestro
Señor, y que desseava saber si se inclinavan a ello. A esto le
respondió el padre que él y los otros padres sus compañeros
estaban totalmente puestos en las manos del sumo pontífice, y
aparejados para ir a cualquiera parte del mundo, donde el vicario
de Christo los embiasse ⁴.

67. Recebida esta respuesta, avisó luego el doctor Govea al
rey de Portugal, don Juan el tercero su señor, y escrivióle lar-
gamente las calidades de nuestro S. Padre Ignacio y de sus
compañeros, y quán a propósito eran para la conversión de la
gentilidad. El rey, que era religiosíssimo y más desseoso de dila-
tar la gloria de Christo nuestro Señor y de ayudar a la salvación

²⁹ respuesta] de Ignacio *add.* AC

scripsit hac de re Ioanni III, Lusitaniae rege. Has litteras v. in *Doc. Indica*, I 748-751.

⁴ Doctori Gouveia respondit, omnium sociorum nomine, Petrus Faber, die 23 novembris 1538: *MI Epp.* I 132-134; *FX I* 421-422.

25 Ignatio agat⁵, illius ad Goveanum, Goveani ad se epistolas mittit; a summo pontifice, si non plures, sex minimum impetret; denique det operam, ut, quo rem conficiat, neque labori, neque sumptui parcat. Functus est orator officio suo diligenter. Ignatium alloquitur, Regis litteras ostendit⁶. Porro ab Ignatio illud
 30 accipit, se suosque haud sui iuris esse, Summi esse Pontificis imperare, suum sociorumque parere; duos quidem impetrare, non fore, ut sibi videbatur, laboriosum, plures autem perdifficile. Cum autem Regis legatus instaret, et vehementius Ignatium urgeret, ut ex decem sociis, sex ut minimum, ex Regis voluntate
 35 eam provinciam acciperent, Ignatius, sereno placidoque vultu, iis fere verbis respondit: — Si ex decem, ad unam provinciam sex auferas, quid, Iesu bone, reliquo terrarum orbi relinques? —⁷.

68. In summa, rogatus pontifex, iubet ut ex patribus duo, ad arbitrium Ignatii, proficiscantur in Indiam, electique sunt
 40 ad hanc provinciam magister Simon Rodericus et magister Nicolaus Bobadilla. Simon quartana tum febris laborabat, navique in Lusitaniam veetus est¹⁰. Ex Calabria Nicolaus in Urbem accersitus est, qui egestate assiduisque laboribus confectus, ex cruce praeterea graviter laborans, eo ipso tempore venit, quo Petrus
 45 orator discessum in Lusitaniam parabat¹¹. Qui cum neque pro-

⁵ FN II 380; FX I 518-519 521-522 525-534.

⁶ Cf. *Mon. Xav.* II 134-136.

⁷ Proavus Petri Mascarenhas erat frater proavi Eleonorae. TELLEZ, *Chronica da Companhia de Iesu*, II 489-500; FX I 480¹⁴.

⁸ Litterae Ioannis III ad Petrum Mascarenhas datae sunt 4 augusti 1539. *MI Epp.* I 737-739; *MHSI Documenta Indica*, I 752-754; FX I 521-522.

⁹ In DA n. 88 (II 381): « Jesús, señor embaxador; y ¿qué quiere Vuestra Señoría dexar para el resto del mundo? ».

de los indios que no de ensanchar sus reynos ni estender el imperio de sus estados, manda luego a don Pedro Mazcarenas, su embajador en Roma ⁵, que trate deste negocio con el padre Ignacio, y que procure alcançar del papa a lo menos seis padres (quando más no pudiere) para sus Indias, y que se valga de todas las cosas que le pudieren ayudar para la buena conclusión del negocio, sin tener cuenta con gasto ni trabajo. Y con esto embíale el rey las cartas del padre para Govea y de Govea para el rey. El embajador don Pedro Mazcarenas se confessava en esta sazón con el mismo padre Ignacio ⁶ (que se le avía dado a conocer doña Leonor Mazcarenas, de quien arriba se ha hecho mención, con quien don Pedro tenía muy estrecho deudo ⁷ y amistad); y por esto y por hazer lo que su rey le mandava, habló con Ignacio, con las cartas del rey en la mano ⁸, e hizo grande instancia para que se cumpliesse en todo la voluntad de su rey. Respondióle el padre lo mismo que avía escrito a Govea, que ni él ni sus compañeros eran libres para disponer de sí, que al papa tocava el mandar y a ellos el obedecer. Mas que si él huviesse de dar parecer en ello, el suyo sería que se embiassen un par de padres a la India, porque embiar más que dos no podía dexar de ser muy dificultoso. Y como el embajador apretasse y procurasse con instancia que de los diez, a lo menos se le diessen los seis al rey para la India, con rostro sereno y amoroso le tornó a responder el padre Ignacio estas palabras: — Jesús, señor embajador; si de diez van seis para la India ¿para el resto del mundo, qué quedará? ⁹ —

68. En conclusión, el papa, aviendo oído lo que se le suplicava, manda que vayan dos de los padres, los que al padre le pareciessen; el qual nombró para esta misión a los padres Simón Rodríguez y Nicolás de Bovadilla. El maestro Simón estava entonces quartanario y, con todo esto, se embarcó luego para Portugal ¹⁰, y escribióse a Bovadilla que viniessen de Calabria a Roma. Vino, mas tan debilitado de la pobreza y trabajos del camino, y tan enfermo y maltratado de una pierna quando llegó a Roma ¹¹ que, estando al mismo tiempo el embajador, don Pedro Mazca-

44 el mismo padre *om.* AC || 46 con quien — amistad *autogr. in marg.* M

¹⁰ Roma egressus est die 5 martii 1540. *Epp... Rodericis*, 519; FN I 228^{as}. Huius promptitudinis memoriam revocavit Ignatius a. 1553: MI *Epp.* V 191.

¹¹ Romam Bobadilla pervenit die 14 martii 1540. « Reversus est Romam nondum sanus ex gravi infirmitate ». *Bobadillae Monum.* 618. Cf. 22; FN III 329.

fectionis tempus differre, neque sine altero ex nostris comite omnino abire vellet, et magister Bobadilla, morbo impeditus, consequi legatum non posset, felici sorte magister Franciscus Xavier, in eius locum, hac ratione suffectus est.

- 60 69. Iacebat Ignatius aegrotus, et Francisco ad se vocato:
 — Non te, inquit, Francisce, clam est, duobus ex nobis profiscendum, summi pontificis iussu, in Indiam esse; Bobadillae autem huic muneri destinato, in praesenti, per morbum ire non licere, neque oratori, propter festinationem, expectare. Tuum hoc,
 65 Francisce, munus, tua haec provincia est —. Tum ille peralacriter: — Ecce ego praesto sum —. Itaque postridie cum Oratore discessit, cum ad salutandos amicos, complectendos fratres, vilem tunicam resarciendam, paucularum horarum tempus habuisset¹². Atque eo animo eoque vultu discessit, ut iam tum
 60 Dei providentiam sapientissime suavissimeque omnia disponentis et Franciscum ad tam gloriosos labores vocantis, conicere facile posses. Atque eo tempore Ignatius, Societate nondum constituta, tametsi parentis tenebat locum, ut qui filios illos in Christo genuerat; non *tamen* praepositus erat ut Dei nomine iubere posset.
 65 Ex quo virtus obedientiae et charitatis ardor in Francisco magis enituit.

- 70 70. Illud addam, quod de patre magistro Iacobo Laine aliquoties audivi¹³. Multo antea, dum iter per Italiam peregrinantes facerent Iacobus et Franciscus, fiebat non raro, ut Franciscus ex somno expergefactus, Iacobum excitaret et diceret:
 — Quam sum, Deus bone, defatigatus. Scis quid mihi, frater, in quiete acciderit? Somniabam, me Indum, Aethiopemve humeris sustulisse, et aliquandiu gestasse, sed usque adeo gravem, ut suo me pondere pene opprimeret; itaque fessus valde sum —.
 75 Huic affine est quod a magistro Hieronymo Domeneco accepi,

64 *tamen om.*

¹² « y así luego aquel día o el siguiente, remendando ciertos calçones viejos y no sé qué sotanilla, se partió »: FN II 381; FN III 329; FX I 532.

renas, a punto para bolverse a Portugal, fue necessario (por no poder aguardar a que sanasse Bovadilla ni quererse partir sin el otro padre que avía de ir a la India), que en lugar del maestro Bovadilla, con felicíssima suerte, fuesse sostituído el padre maestro Francisco Xavier, de la manera que aquí diré.

69. Estava enfermo el B. P. Ignacio, y llamando a Francisco Xavier, le dixo: — Bien sabéis, hermano maestro Francisco, que dos de nosotros han de passar a la India por orden de Su Santidad, y que Bovadilla, que para esta empresa estava señalado, no puede partir por su enfermedad, ni tampoco el embaxador, por la priessa que a él le dan, le puede esperar. Dios se quiere servir en esto de vos; esta es vuestra empresa, a vos toca esta misión —. Como esto oyó Xavier, con grande alegría dize: — Heme aquí, padre, aparejado estoy —. Y assí se partió con el embaxador luego otro día, sin tomar más tiempo de pocas horas que para despedirse de los amigos y abraçar a sus hermanos y adereçar su pobre ropa fueron menester ¹². Partiósse con tan buen ánimo y con tan alegre rostro, que ya desde entonces se veía uno como pronóstico de que la divina Providencia (que sapientíssima y suavíssimamente dispone todas las cosas) llamava a este su siervo para tan gloriosos trabajos, como fueron los que en esta misión padeció. Y para que mejor se entienda la virtud de la obediencia y el fuego de la caridad de que estava su ánima abrasada, se ha de considerar que en aquel tiempo, no siendo aún fundada la Compañía, aunque al padre Ignacio le tenían todos sus compañeros por padre (pues a todos los avía engendrado en Christo), mas no era superior ni prepósito general, a quien huviessen dado la obediencia, para que pudiesse mandar con autoridad y en nombre de Christo una cosa tan ardua como ésta.

70. Quiero también dezir una cosa que oí algunas vezes contar al padre maestro Laynez ¹³, y es que, mucho antes desto, peregrinando por Italia en compañía Laynez y Xavier, acaecía muchas vezes que Xavier, despertando de noche como despavorido del sueño, despertava también a Laynez y le dezía: — O qué cansado estoy! válame Dios ¡Sabéis, hermano maestro Laynez, qué se me antojava durmiendo? Soñava que traía a cuestras un indio o negro de Etiopía buen rato, mas era tan pesado, que con su peso no me dexava alçar la cabeça, y assí aora, despierto como estoy, me siento tan cansado y molido, como si huviessse luchado

⁷⁴ aquí diré *add. autogr. in M* || ⁷⁵ enfermo] *autogr. in M* || ⁸⁴ pocas horas *add. autogr. in M*

¹³ FN II 381; FX I 324.

qui magnam cum Francisco Bononiae consuetudinem habuit. Is affirmabat Franciscum, iam ab eo tempore, de rebus Indicis deque illarum gentium ad fidem conversione, libentissime loqui solitum esse; quasi hanc sibi provinciam aliquando obventuram
 80 animus praesagiret, eiusque rei incensam praesetulisse cupiditatem¹⁴.

SOCIETAS A PAULO III PONT. MAX. CONFIRMATUR

CAPUT XVII

71. Sed quoniam suos et sociorum labores atque consilia, pro salute proximorum suscepta, ita demum et Deo grata et
 5 proximis utilia fore sperabat Ignatius, si ea summus pontifex sua auctoritate atque iudicio comprobasset; Paulo III Pont. Max., per Gasparum Contarenum cardinalem, propositum suum et sociorum significavit: se, suosque ipsius pontificis successorumque obedientiae se penitus tososque devovisse; labores omnes
 10 suos proximorum saluti curasque consecrasset. Optare se ac summis votis expetere, ut quibus ipsi a Deo agrum Domini colendi desideriiis accensi essent, ea una cum ipsorum vita ne extinguerentur, sed in aliorum exemplum adolescerent, si quos forte Deus sui imitatores excitare dignaretur. Quorum quidem religio,
 15 clericorum regularium esset; institutum vero, ut summo pontifici ad nutum praesto forent, et omnino ad eam normam vitam suam dirigerent, quae multo ante meditata et a se esset constituta.

3 suos] suus | labores] labor

¹⁴ FN II 382, n. 88.

¹⁵ Cf. L. IV, cap. VIII.

con él —. Porque aunque es verdad que comunmente ay mucha vanidad en hazer caso y dar crédito a sueños, pero algunas veces 10 suele nuestro Señor particularmente a sus siervos revelar en ellos o significar su voluntad, como se vee en las sagradas letras. Y harto semejante es a esto lo que oí al padre maestro Gerónimo Doménech, el qual, antes que entrasse en la Compañía, tuvo grande amistad con el padre Francisco Xavier en Boloña. Dezía 15 este padre que, desde entonces, Xavier hablava mucho y con mucho gusto de las cosas de la India y de la conversión de aquella gran gentilidad a nuestra santa fe, como que le dava el alma que avía él de hazer esta jornada y que tenía encendido desseo de emplear en ella su vida ¹⁴, como lo hizo, y adelante, 20 con el favor del Señor, se dirá ¹⁵.

COMO EL PAPA PAULO III CONFIRMO LA COMPANIA

CAPÍTULO XVII

71. Porque nuestro B. Padre Ignacio tenía entendido que todos los trabajos que él y todos sus compañeros tomavan para la salud de las almas entonces serían más agradables a Dios 5 nuestro Señor y más provechosos a los hombres quando el sumo pontífice, vicario de Jesu Christo, con su autoridad apostólica los aprovasse confirmando la Compañía y haziéndola religión, dio parte deste su desseo y santo propósito al papa Paulo III, que entonces era cabeça de la Yglesia, por medio del cardenal 10 Gaspar Contareno, diziéndole que él y los otros padres sus compañeros se avían ofrecido a la obediencia de Su Santidad y de sus sucessores, por voto especial que para esto avían hecho, y avían dedicado todos sus trabajos y sus vidas para beneficio de sus próximos, y que desseavan que estos buenos propósitos, que 15 de emplearse en cultivar su viña el Señor les avía dado, no se acabassen con sus días, sino que passassen dellos en otros que les sucediessen, siendo el mismo Señor servido de despertar algunos que en esto les quisiessen imitar. Que esto se hiziesse fundándose una religión que fuesse de clérigos regulares, y que el 20 instituto della fuesse estar siempre prestos y aparejados para ser mandados de la Sede Apostólica, y conformarse en su modo de vivir con la regla que mucho antes tenían pensada y establecida y le presentavan, si pareciesse bien a Su Santidad.

⁹⁻¹² Porque aunque — sagradas letras *autogr. in marg.* M || 21 dirá] con-
tará AC

³ tanta entendido] *autogr. in M, corr. ex esperaba*

20 MON. IGNAT. · VITA IGNATII LOYOLÆ

72. Quod quidem pontifex tertio septemb. Tybure libenter
 20 audivit atque laudavit, anno *millesimo quingentesimo trigesimo
 nono*¹. Postea vero, Ignatio eiusmodi instituti confirmationem
 scriptam postulante, negocium a pontifice maximo tribus cardi-
 nalibus datum est. Qui, ne res conficeretur, magnopere pugna-
 bant, praecipue vero Bartholomaeus Guidiccione², cardinalis, vir
 25 pius quidem atque eruditus, sed qui tantam religionum multitu-
 dinem, quanta nunc quidem in Dei Ecclesia cernitur, minus
 probaret, *conciliorum Lateranensis ac Lugdunensis decretis for-
 tasse permotus, quibus nimirum novarum religionum multipli-
 catio prohibetur; aut certe* propter quarundam lapsam fluxam-
 30 que disciplinam, quam in pristinum statum revocandam censebat,
 potius quam novas religiones instituendas; atque de ea re librum
 dicitur scripsisse³. Quapropter cum id sentiret, acriter nostris
 restitit et Societatis confirmationi unus omnium acerrime repu-
 gnavit, alique nonnulli conatus cum illo suos coniunxerunt; ut
 35 quo res exagitata esset vehementius et magis lente probata, eo
 testatior atque illustrior Dei voluntas existeret, per vicarium
 suum hoc institutum confirmantis. Namque victa omnis invidia
 est et intercessio omnis sublata, Ignatii continuis ad Deum la-
 chrymis precibusque; qui *etiam* aliquot Missarum millia per se
 40 et suos Deo offerre constituit, ad felicem tantae rei exitum im-
 petrandum⁴.

20-21 anno 1539 || 27-29 Conciliorum — aut certe *om.* || 29 quorundam for-
 tasse || 39 etiam *om.*

¹ Cf. *Sum. nn.* 88-89: I 205-206; *Sum. it. n.* 18: I 269. Fontes tradit
 FX 447¹. Paulus III audientiam concessit cardinali Contarini die 3 sep-
 tembris 1539. Vide litteras cardinalis de ea referentis, in *MI Const.* I 21-22.
 Hisp. add.: «y leyó los capítulos y túvolos por buenos». Haec quinque
 capita quibus Formula instituti Societatis continetur v. in *MI Const.* I 14-21.

² De cardinali Bartholomaeo Guidiccione v. *FN* I 206 207 269 312 696;
 FX 451⁵.

³ Concilium Lateranense IV (1215), Constitutio 13: *De novis religio-
 nibus prohibitis*. Vid. *Conciliorum oecumenicorum decreta*, p. 218. Contra
 pluralitatem religionum scripsit Guidiccione in suo tractatu *De Concilio uni-*

72. Oyó esto alegremente el Sumo Pontífice, estando en Tí- 25
 boli, a tres de setiembre de mil y quinientos y treinta y nueve
 años¹, y leyó los capítulos y túvolos por buenos. Mas después,
 suplicándole que diesse por escrito la confirmación deste instituto,
 el papa lo sometió a tres cardenales, los cuales contradizían
 reziamente y procuravan que no tuviesse efecto esta confirmación. 30
 Principalmente el cardenal Bartolomé Guidición², hombre pío y
 muy docto, era deste parecer, porque no estava bien con tanta
 muchedumbre de religiones como ay en la Yglesia de Dios. Mo-
 viéndole por ventura a esto lo que está estatuido en el Concilio
 Lateranense, debaxo de Inocencio III, y en el Lugdunense en 35
 tiempo de Gregorio X, acerca de la multiplicación de las reli-
 giones. O, como otros dezían, por ver en algunas menos obser-
 vancia de su regla y más floxedad y tibieza de la que sería
 menester, por aver caído del primer fervor y espíritu con que
 començaron. Y por esto dezía este cardenal que más necessidad 40
 tenía la Yglesia de Dios de reformar las religiones ya fundadas
 y restituirlas a su primer estado, que de fundar otras de nuevo.
 Y aun según se dezía, avía él mismo escrito un libro para provar
 esto desta materia³; por lo qual resistió fuertemente a los nues- 45
 tros y contradixo más que otro ninguno a la confirmación de la
 Compañía, y allegáronse otros cardenales que eran del mismo
 parecer. Todo esto era para que, quanto más contradición tu-
 viesse este negocio y más de espacio y con más madurez se
 examinasse y aprovasse la Compañía, tanto más claramente se 50
 manifestasse la voluntad de Dios que la confirmava por su vica-
 rio. Porque, al fin, las continuas lágrimas y oraciones de nuestro
 bienaventurado padre Ignacio vencieron todas las dificultades y
 contradiciones. Y para mejor alcançar esta vitoria de mano del
 Señor le ofreció de hazer dezir algunos millares de Missas⁴ por 55
 el felice sucesso de tan arduo negocio, el qual acabado y confir-
 mada ya la Compañía, en algunos años se dixerón todas, reparti-
 endose por los padres della, que estavan ya en diversas partes
 del mundo derramados.

³⁰ y procuravan *corr. autogr. ex para in M* || 34-37 lo que está — otros dezían
 por *om.* AB || 43 provar *om.* AC || 47 Mas todo esto AC

versali (cf. TACCHI VENTURI, I/2 207-208) et in alio *De Ecclesia* (ib. 208-
 214 et *Concilium Tridentinum*, XII 226-256). Optabat Guidiccioni ut omnes
 religiones reducerentur ad has quattuor: Dominicanorum, Franciscanorum,
 Cisterciensium et Benedictinorum.

⁴ Tria millia Missarum. FN I 130; II 96 174 269 407; III 130. Cf.
 FN I 207; II 595.

73. Ex quo cum reliquorum cardinalium, tum vero Guidic-
 cionii cor ita immutatum est, ut adiutor ex adversario repente
 existeret⁵; et ille novarum religionum tam acer paulo ante in-
 45 sectator, Societatis fine percepto, summopere eius institutum lau-
 daret. Sic enim animo commotus est, ut aliquando etiam diceret:
 — Novas religiones non probō; hanc tamen non probare non
 audeo. Sic enim interius afficior, eos motus animi divinitus sen-
 tio, ut quo me humana ratio non ducit, eo voluntas inclinet,
 50 et affectu quodammodo invitus complectar, quae argumentis an-
 tea repudiabam —. Ergo ille ipse Societatis institutum pontifici
 commendavit. *Pontifex* cum formula quadam comprehensum per-
 legisset, vehementer probavit, et pontificio afflatu « Spiritum
 Dei hic esse » dixit⁶, seque non tenues fructus sperare, neque
 55 exiguas, ex tam exiguo tenuique principio utilitates in Dei Ec-
 clesiam perventuras.

74. Confirmata est igitur Societas anno 1540 V Kalen. Oc-
 tobris, definite tamen, et caute; iis enim tunc finibus professorum
 nostrorum numerus circumscriptus est, ut sexaginta non exce-
 60 deret. Quod divinitus etiam factum esse credimus, ut media
 primis, extrema mediis congruerent. Nam haec Societas nondum
 nata, in auctore suo Ignatio primum probata est in Hispania,
 deinde iam aedita in lucem, in Italia Galliaque graviter oppu-
 gnata, ante hanc summi pontificis confirmationem. Qui ut pede-
 65 tentim progrediretur, et ipsa sua confirmatione Societatem etiam
 magis probaret, certum numerum adiecit. Ex quo haec eius con-
 firmatio, ad annum 1543⁷ probatio quaedam fuit; quo quidem
 anno, ubi Domino cooperante et sermonem nostrorum virtute sua

52 *Pontifex om.* | cum enim || 58 tunc] tum

⁵ Quantum fuerit adversus declarant haec verba Natalis: « como hom-
 bre poco aficionado a tales tratos, no los queria ver ni oir ». FN II 145;
 cf. ib. 174; I 206 207 269 696. Quonam modo fuerit mutatus v. in FN I
 312; II 97 146; III 643.

⁶ *Hisp.*: « Digitus Dei est hic, que quiere decir: Este es el dedo de
 Dios », ex Ex. 8, 19. Ribadeneyra in prima ed. latina posuerat: « Spiritus
 Dei est hic », quod in secunda repetivit. In editionibus hispanis, inde a 1^a
 (1583) usus est formula: « Digitus Dei est hic ». De his variis formis
 v. FN I 312³³; II 95 145 169-170 174.

73. Por lo qual fue el coraçón, assí de los otros cardenales como principalmente del cardenal Guidición, tan trocado y tan otro, que de contrario que era y adverso, vino como súbitamente a ser favorecedor y protector desta obra ⁵. Y el que poco antes reprehendía la institución de nuevas religiones, entendido el fin de la Compañía nunca acabava de alabar su instituto. Estava tan mudado y tan de otro parecer, que se le oían dezir estas palabras: — A mí no me parecen bien religiones nuevas, mas esta no oso dexar de aprobarla, porque interiormente me siento tan aficionado a ella y en mi coraçón veo unos movimientos extraordinarios y divinos, que adonde no me inclina la razón humana veo que me llama la voluntad divina; y aunque no quiero, me veo abraçar con el afecto lo que antes por la fuerça de los argumentos y razones humanas aborrecía —. Assí que el mismo cardenal Guidición alabó después al papa el instituto de la Compañía con grande eficacia, y el papa le leyó y quedó tan admirado, que, con espíritu de pontífice sumo, dixo en leyéndole: « *Digitus Dei est hic* », que quiere dezir: « Este es el dedo de Dios » ⁶. Y afirmó que de tan pequeños y flacos principios no esperaba él pequeño fruto ni poco provecho para la Yglesia de Dios.

74. Desta manera quedó confirmada la Compañía el año de mil y quinientos y quarenta, a los ventisiete de setiembre, mas fue por entonces con cierta limitación y tassa, porque no se dio facultad que pudiesse crecer el número de los professos más de hasta sesenta. Lo qual ordenó assí Dios nuestro Señor para que con maravillosa consonancia se fuessen respondiendo los principios a los medios y los medios a los fines. Porque esta Compañía fue antes que naciesse provada y tentada en España en su fundador Ignacio, y recién nacida fue en Francia y en Italia combatida, antes que el sumo pontífice la aprovasse. Y aora, aviendo ya salido a luz, el mismo papa con grandíssima prudencia la quiso provar, e irse poco a poco y con tiento en su confirmación, por lo qual puso tassa en el recibir a la profesión; y duró esta manera de provación hasta el año de mil y quinientos y quarenta y tres ⁷. En el qual, el mismo papa, viendo los efectos de la divina gracia que confirmava la dotrina de los padres, con su

⁶ 64 y estaba A || 82 de los profesos *del. N* || 89 con grandíssima prudencia *add. autogr. in M* || 91 a la profesión *del. N*

⁷ Bulla « *Iniunctum nobis* », qua Societas iterum confirmabatur, nulla íem imposita sociorum limitatione, data est die 14 martii 1543 ab Incarnatione, 1544 hodiernae computationis. Vide *MI Const. I* 85-86; *FN I* 40* 132*.

confirmante⁸, successus is fuit, qui sperabatur; ab eodem ponti-
 70 fice numeri illa definitio sublata est. Deinde vero ab anno 1543
 ad annum 1550 vegetior facta est ac robustior, et a Iulio 3 aliis-
 que pontificibus confirmata, et multis magnisque privilegiis aucta
 et vehementius stabilita, ut suo loco dicam.

DEI IN SOCIETATE INSTITUENDA CONSILIUM EXQUIRITUR

CAPUT XVIII *

75. *Et quoniam huc perventum est et de institutione So-*
cietatis atque confirmatione egimus, non erit (ut arbitror) abs
re si quod Dei fuerit in hac ipsa Societatis confirmatione con-
 5 *silium, pro modulo nostro investigemus. Ille enim Ignatium Ec-*
clesiae suae labanti, singulari quadam providentia, auxilio misit;
ut et se et filios suos murum pro domo Dei insultantium hostium
furori obiiceret. Atque ut hoc Dei Opt. Max. propositum magis
eluceat, necessarium est, quo in statu Ecclesia sancta fuerit, quo
 10 *tempore Ignatius vixit, diligenter consideremus. Ex hoc enim*
melius intelligemus, quanta fuerit huius auxilii necessitas; ex
necessitate etiam Dei consilium magis apparebit. Qui quidem
quasi pater quidam familias vigilantissimus, nunquam non ope-
rarios conducit in vineam suam¹, sed tunc maxime cum illa magis
 15 *inculta videtur atque deserta. Et tanquam Rex regum et Domi-*
nus dominantium² omnium potentissimus atque sapientissimus,
regnum Ecclesiae suae amplissimum munire non cessat, et sacras
religiones in eo veluti munitissima quaedam propugnacula collo-
care, atque fortissimorum militum praesidiis cingere; et armis,
 20 *commeatu rebusque ad defensionem necessariis instruere, ne vi-*
tiorum, haeresum atque errorum monstra hostiliter irrumpant,
bellumque virtuti atque veritati impune indicant, et de sanctis-
sima religione nostra triumphare videantur.

76. *Nihil temere facit Deus, nihil fortuito. Nam si folium*
 25 *arboris absque illius natu non cadit, si omnes capillos capitis*
nostri habet numeratos³, et sua ipsius providentia attingit a

⁸ Cf. Mc. 16, 20.

* Totum caput omittitur in 1^a ed. latina.

¹ Mt. 20.

² 1 Tim. 6, 15; Apoc. 19, 16.

omnipotente virtud quitó aquella limitación del número y abrió ⁹⁵
 la puerta para todos quantos quisiessen recibir, y desde allí fue
 creciendo y se hizo valiente y robusta. Y fue de Julio III, el
 año de mil y quinientos y cincuenta, otra vez confirmada, y de
 todos los otros pontífices que después le han sucedido ha sido
 establecida y acrecentada de muchas y grandes gracias y privi- ⁰
 legios, como en su propio lugar se dirá.

LO QUE PRETENDIO DIOS NUESTRO SEÑOR EN LA INSTITUCION
 Y CONFIRMACION DE LA COMPANIA

CAPÍTULO XVIII

75. Pues avemos llegado a este punto y visto la institución
 y confirmación de la Compañía, creo que será acertado que escu- ⁵
 driñemos algo del acuerdo e intento que Dios nuestro Señor tuvo
 en esta fundación y confirmación, y el consejo y particular pro-
 videncia con que envió al padre Ignacio al mundo para que,
 como ministro fiel, sirviesse a su Yglesia y le dicesse hijos y solda-
 dos que la defendiessen y amparassen. Para entender esto mejor, ¹⁰
 será razón que consideremos el estado en que ella estava al tiempo
 que el padre nació y bivió, porque dél sacaremos la necesidad
 que avía deste socorro divino y rastreadremos algo de los propó-
 sitos e intentos del Señor. El qual, como cuidadoso padre de
 familias, a todos tiempos y a todas horas llama y embía obreros ¹⁵
 que labren y cultiven su viña ¹, pero más quando ay mayor ne-
 cessidad. Y como Rey de todos los reyes ², poderosíssimo y sapien-
 tíssimo, tiene cuenta de favorecer a su reyno, que es la santa
 Yglesia Católica, con plaças inexpugnables y fuerças, baluartes
 y reparos, que son las sagradas religiones, y de poner en ellas ²⁰
 capitanes y soldados valerosos en presidio, para defensa y segu-
 ridad de todo el reyno, y de bastecerlas y proveerlas de las ar-
 mas, municiones, vituallas y pertrechos que son menester para
 que los enemigos, que son las maldades, heregías y errores, no
 corran el campo sin resistencia, y hagan guerra sin temor a la ²⁵
 verdad y a la virtud.

76. No haze este gran Rey y señor cosa a caso, porque si no
 cae una hoja del árbol sin su sabiduría y consejo, si tiene con-
 tados todos los cabellos de nuestra cabeça ³ y su infinita provi-

⁹⁹ que después le han sucedido *corr. autogr. in M ex que ha avido*

³ Mt. 10, 30.

*fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter*⁴, quanto magis in religionum et sacrorum ordinum institutionibus (quae
 30 *longe nobiliora nimirum atque excellentiora ipsius opera sunt)* hanc suam admirabilem providentiam Deus prodere, atque illustrius debet proferre? Et ut certius aliquid colligere, et minus dubiis coniecturis Dei consilium assequi possimus, ponamus ante
 35 *est, quem praesens Catholicae Ecclesiae tempus requirebat.*

77. *Est igitur Societas Iesu, ut in confirmationis Apostolicae literis continetur, ad defensionem ac propagationem fidei potissimum instituta*⁵. *Fides ab haereticis defenditur, apud ethnicos propagatur. Videamus ergo quid opus nostris temporibus*
 40 *fuit, vel fidem catholicam ab haereticorum oppugnatione defendere, vel eam inter gentes amplificare; ex iis enim duobus capitibus divinae providentiae consilium fortasse licebit conicere. Nam hoc ipso tempore quo Ignatius lucem hanc hausit, innumerabiles easque atrocissimas calamitates Dei Ecclesia ab infi-*
 45 *delibus atque ab haereticis perpressa est, vehementerque debilitata atque diminuta. Et tamen (quae Dei in Sponsam suam benignitas est), ad reparandas has tantas ruinas et damna resarcienda quae patitur in Europa, novum Dominus mundum atque hactenus incognitum mirabiliter patefecit, in quo se latius funderet*
 50 *lumen fidei, et innumeras atque latissimas provincias peragraret. Mitto nunc quas strages ediderit, quas christianorum provincias, Ottomanicum imperium ab anno ferme 1300 quo caepit, usque ad annum Domini 1491, quo Ignatius in lucem aeditus est, occupaverit, quas nationes subegerit, quae regna subiugaverit; in*
 55 *quibus scilicet, vel extincta, vel certe maiorem in modum afflicta et labefactata est Christi religio et spurca tetraque Mahometis secta inducta*⁶.

78. *Ex quo primum certe Ignatius lucis huius usuram accepit, religionis nostrae lumen magna ex parte obscuratum est,*

⁴ Sap. 8, 1.

⁵ In Litteris Apostolicis « Regimini militantis Ecclesiae », die 27 septembris 1540 datis, dicitur: « ... ad propagationem »; in Litteris vero « Exposcit debitum », diei 21 iulii 1550: « ... ad fidei defensionem et propagationem ». MI, Const. I 26 376. Hoc et sequenti capite ostendere nititur Ribadeneyra quonam modo Societas Iesu ad duplicem hunc scopum contenderit; ideo describit mundi statum tempore fundationis Societatis necessitatemque fidei defendendae contra haereticos (cap. XVIII) et propagandae apud infideles (cap. XIX). Nostrum non esse duximus singula auctoris as-

dencia alcanza de fin a fin con fortaleza y dispone y encamina 30
todas las cosas suavemente⁴, bien se dexa entender que en las
cosas mayores y de más importancia, como son las fundaciones
de las religiones, de razón ha de resplandecer más esta soberana
e incomprehensible providencia. Pues, para que mejor podamos
nosotros barruntar algo della, hase de considerar el fin para que 35
embió Dios al mundo la Compañía, que es muy conforme al estado
y necesidad en que él estava, quando Dios por su vicario la
confirmó.

77. La Bula Apostólica de la confirmación de la Compañía
dize que es instituída principalmente para defensa y dilatación⁵ 40
de nuestra santa fe católica. La fe se defiende entre los hereges
y se dilata y estiende entre los gentiles. Pues, veamos aora qué
necessidad avía de que fuesse defendida la fe y amparada de los
hereges en este tiempo, y qué aparejo y disposición tenían los
gentiles para recibirla, de manera que en sus reynos y provin- 45
cias se propagasse y acrecentasse; que destas dos cabeças y con-
sideraciones sacaremos algo del consejo del Señor. Hallaremos,
pues, que en este tiempo la Santa Yglesia padecía gravísimas
e irreparables calamidades, y que por una parte se yva menos-
cabando con las crueles y continuas persecuciones de infieles y 50
hereges, y por otra que le descubría el Señor del cielo y de la
tierra otro nuevo mundo, donde se estendiesse y dilatasse su fe,
y se reparassen con aventajadas ganancias las pérdidas y quie-
bras que en este otro antiguo mundo padecía. Porque, primera-
mente, dexado a parte lo que el Imperio Otomano, desde que 55
començó (que fue cerca del año del Señor de 1300, hasta el de
1491 en que Ignacio nació), avía crecido, y los reynos, provin-
cias y señoríos que avía soguzgado, que son muchos y muy gran-
des, desarraygando o disminuyendo en ellos la fe de Jesu Christo
nuestro Redentor, y plantando y arraygando la monstruosa secta 60
de su falso profeta Mahoma⁶;

78. Después que nuestro padre Ignacio començó a gozar de
la luz deste mundo, se ha escurecido la de nuestra religión en
gran parte de Hungría, con la muerte y pérdida de su rey

*sarta annotationibus illustrare; ideo contenti sumus plerumque indicatione
fontium sive scriptorum unde Ribadeneyra dicta sua repetit.*

⁴ In marg.: « Iovius et Richerius de rebus Turcicis »; in textu his-
pano: « Paulo Iovio en el Comentario y Christóbal Richerio, li. I, de los
Turcos ». Paulus Iovius (Giovio: 1483-1532) scripsit opus *Commentarii alle
cose dei Turchi*; Cristophorus Richerius (1523-1552) *De rebus Turcarum
libri V.*

60 *in inferiori Pannonia, occiso eius rege Ludovico*⁷, *in Dalmatia*
item et Illirycō. Amisimus Rhodum fidei propugnaculum, atque
hostium terrorem, Chio insulam, Cypri regnum, Coronem, Metho-
nem, Neapolim, Malvasiam, Neupactum, Guletam, Tripolim, Bu-
65 *gnata, ut in illis Christi fides effloresceret*⁸. *Quid dicam de hae-*
reseon atque errorum portentis, quae nostro infelici saeculo exti-
terunt? Quot provincias everterunt? quot regna afflixerunt? quot
catholicorum republicas devastarunt? quas calamitates non im-
70 *portarunt? quibus malis universam Ecclesiam non affecerunt?*
*vezarunt? perdidērunt?*⁹ *Anno humanae salutis 1483 natus est*
in Saxonia, superioris Germaniae provincia, humani generis per-
*nicies, ac certissima pestis Martinus Lutherus*¹⁰. *Anno vero 1517,*
in condonationes peccatorum ac remissiones a romano pontifice
75 *concessas impie debachari caepit. Furiis autem illum agitantibus,*
anno 1521 palam Catholicae Ecclesiae per summum scelus bel-
lum indixit. Quo ipso anno Deus in pompeiopolitana arce Igna-
tium vulneravit, ut sanaret, et ex vanitatis vili mancipio ducem
fortem efficeret, et Luthero tanquam acrem Ecclesiae suae pro-
pugnatores opponeret. Hoc divinae bonitatis proprium est. Haec
80 *est certissima ratio divini consilii. Nunquam Ecclesiam suam de-*
serit Deus, sed ubi maxime oppugnatur, fortissimos excitat de-
fensores; sic Simoni Mago Simonem Petrum, Apostolorum prin-
*cipem*¹¹, *Ioviniano Vigilantium, Elvidio Hieronymum, Mani et*
Pelagio Augustinum, aliis haeresiarchis atque fidei hostibus alios
85 *clarissimos defensores opponit*¹².

79. *Ex quo prudenter est ab ecclesiasticae historiae scrip-*
toribus animadversum, quo die Pelagius in Anglia natus est, ut
tenebras errorum mundo offunderet, eodem ipso die, Ecclesiae
lumen Augustinum in Africa emicuisse, ut impii ac nefarii ho-
90 *minis caliginem depelleret et universam Ecclesiam luce sua collu-*
*straret*¹³. *Quo tempore Albigenses aliique perversae doctrinae ma-*
gistri, importunius Ecclesiae pacem turbabant, et succrescentes

⁷ Ludovicus II, rex Hungariae occisus est in pugna contra Turcas ad Mohács, anno 1526 die 29 augusti.

⁸ Enumerat hoc loco Rib. aliquas terras et urbes a Turcis expugnatas tempore Suleimani II (1520-1566) et successoris eius Selim II (1566-1574). Insula Rhodus capta est a. 1522, Chio a. 1566, Cyprus a. 1571. Aliae urbes enumerantur: Corone, Metone (Modon), Nauplia (Neapolis Romaniae) et Malvasia, captae a. 1540; Neupactum (Lepanto), Golettam, Tripolim, Bugiam.

⁹ In marg.: « Coelaeus, Surius, Fontanus et alii ». Ioannes Cochlaeus (Dobeneck: 1479-1552) scripsit: *Commentaria de actis et scriptis Martini*

Ludovico ⁷, y de la Transilvania y de la Dalmacia y Esclavonia. ⁶⁵
 Avemos perdido la isla de Rodas, que era defensa de la christi-
 andad, y la de Chío y el reyno de Chipre y las fuerças de Corón
 y Modón, Nápoles de Romanía, Malvasía, Lepanto, la Goleta,
 Trípoli de Bervería, y Bugía y otras que se avían ganado a
 costa de nuestra sangre, para que Christo nuestro Señor fuesse ⁷⁰
 en ellas conocido y reverenciado ⁸. Pues ¿qué diré de las heregías
 que por nuestros pecados se han levantado en nuestros tiempos?
 Las quales, como fuego infernal y pestilencia pegajosa, han abra-
 sado e inficionado tantos reynos y provincias que no se pueden
 contar sin lágrimas de corazón ⁹. El año de mil y quatrocientos ⁷⁵
 y ochenta y tres nació Martín Lutero en Saxonia, provincia de
 Alemania, para ruína y destrucción de los nacidos, y el de mil
 y quinientos y dezisiete començó a predicar contra las indulgen-
 cias, concedidas a los fieles por el romano pontífice, y el de mil
 y quinientos y ventiuño se quitó la máscara, y descubiertamente ⁸⁰
 publicó la guerra contra la Yglesia Católica. Y este mismo año
 Dios nuestro Señor quebró la pierna al padre Ignacio en el
 castillo de Pamplona para sanarle, y de soldado desgarrado y
 vano hazerle su capitán y caudillo y defensor de su Yglesia
 contra Lutero ¹⁰. Esto es propio (como he dicho) de la providencia ⁸⁵
 y consejo del Señor, socorrer y ayudar a la mayor necessidad y
 oponer a Simón Mago un san Pedro, príncipe de los Apóstoles ¹¹
 a Arrio un Atanasio, a Nestorio un Cirilo, a Joviniano, Vigilancio
 y Elvidio un Gerónimo, a Manes y Pelagio un Augustino, y
 a otros hereges enemigos otros valerosos capitanes y defensores. ⁹⁰

79. Los escritores de la historia eclesiástica ¹² con mucha
 razón advirtieron que el mismo día que en Inglaterra nació Pe-
 lagio para pervertir y escurecer con sus errores el mundo, esse
 mismo día nació en Africa aquel gran sol de la Yglesia Católica,
 Agustino, para deshazer con sus rayos y resplandor las tinie- ⁹⁵
 blas del malvado y perverso herege ¹³. Quando los Albigenses y

Lutheri, Moguntiae a. 1549. Laurentius Surius (1522-1578): *Commentarius brevis rerum in orbe gestarum* (de quo v. FN II 394). Simon Fontaine (Fontanus: s. XVI) O.F.M.: *Histoire catholique de nostre temps, touchant l'estat de la religion chrétienne*, Parisiis 1558.

¹⁰ Parallelismus cum Lutero institutus fuerat iam a Rib. in DA n° 18 (II 331).

¹¹ Act. 8, 18-24.

¹² In marg.: Wafila.

¹³ S. Augustinus natus est a. 354, die 13 novembris; Pelagius vero incerto anno, circa 354.

spinae vitiorum semen a caelesti satore sparsum maligne suffocabant, duo illa mundi lumina atque ornamenta, Dominicus et
 95 Franciscus quasi de coelo lapsi sunt¹⁴, ut per se et per filios suos haereticorum fraenarent impetum, errorum radices evellerent, vitia tollerent, mores componerent, denique universum terrarum orbem admirabili vita atque doctrina illuminarent, atque ad Dei amorem accenderent, quemadmodum a sanctissimis illis
 0 patribus factum fuisse legimus, et ab optimis eorum filiis quotidie fieri videmus. Religiones eae quae militares vocantur, iis temporibus constitutae sunt, quibus sancta Ecclesia armis infidelium mirum in modum divexata atque oppressa, virtute etiam christianorum militum erat defendenda et vindicanda in liber-
 6 tatem. Quod item de reliquis est sacris religionibus intelligendum, et de ea potissimum, qua de agimus Iesu Societate.

80. Nam cum Martinus Lutherus monachus, una cum suae religionis habitu pudorem etiam ac Dei timorem exuisset¹⁵, et sacrilegas atque incestas nuptias cum virgine Deo sacrata impudentissime celebrasset, signum in Ecclesiam Catholicam sustulit, bellum Christi vicario indixit, milites conscripsit, denique omnes gentes diris clamoribus et horrendis blasphemis ad arma concitavit. Sequuti Lutherum e vestigio sunt homines prophani, per-
 10 diti, seipsos amantes, superbi, elati et rerum novarum cupidi. In iis, magno numero poëtae leves, oratores garruli, grammatici fuerunt arrogantes; qui versibus, cantilenis, rythmis, comoediis, declamationibus, et magistrum suum Lutherum miris laudibus extulerunt, et in traditiones, caeremonias, dignitates ecclesiasticas atrocissime inveci sunt.

20 81. Magnus deinde grex sese Lutheri adiunxit sacerdotum monachorumque, qui, quod infirmis oculis clarissimam religionum, in quibus vivebant, lucem ferre non possent, ut licentius libidini fraena laxarent, et in turpissimarum voluptatum caeno volutarentur, ipsarum religionum claustra reliquerunt. Et ne dubitari posset qui eos ad tantam insaniam impelleret, quasi cli-
 25 banus igne succensus aestuarunt, et tanquam equi admissarii ad voluptatem incitati, ad Lutheri orationem adhinnierunt, uxores duxerunt, mulerculas deceptas et virgines etiam Deo dicatas per summum scelus constuprarunt. Et quidem tam impudenter, tam

¹⁴ In marg.: « Ferdinandus a Castillo, lib. I Cronic. »; Hisp.: « Fray Hernando del Castillo, lib. I de su Chrónica ». Ferdinandus del Castillo, Ordinis Praedicatorum (1529-1595) auctor est operis: *Historia general de Santo Domingo y de su Orden de Predicadores*. Prima pars edita est a. 1584.

otros hereges más desapodera[da]mente turbavan la paz de la Yglesia de Dios y las espinas de los vicios y maldades estaban más crecidas y ahogavan la buena semilla que avía sembrado el sembrador celestial, embió al mundo aquellos dos serafines y lumbreras del cielo, santo Domingo y san Francisco ¹⁴, para que por sí y por sus hijos y discípulos resistiessen a los hereges, desarraigassen los errores, corrigiessen los pecados, reformassen las costumbres, alumbrassen y santificassen el universo con su admirable exemplo y doctrina, como lo hizieron los Santos Padres y hasta aora lo hazen sus hijos. Las religiones de cavallería y militares embió Dios nuestro Señor a su Yglesia al tiempo que, por estar ella oprimida de sus enemigos, era menester defenderla con las armas en las manos, y lo mismo avemos de entender de las demás religiones sagradas, y particularmente de la Compañía, de que al presente tratamos.

80. Porque, aviendo el miserable y desventurado Martín Lutero (siendo frayle) dexado los ábitos de su religión ¹⁵, y con ellos la vergüença y temor de Dios, y casádose incestuosa y sacrílegamente con una monja, y hecho dello pública fiesta y regozijo, començó a alçar vandera, tocar caxas y hazer gente contra la Yglesia Católica. Acudieron luego a él los hombres profanos, desalmados y perdidos amigos de sí mismos, sobervios, altivos y desseosos de novedades, y entre ellos un buen número de poetas livianos, de oradores maldizientes, de gramáticos presumptuosos y temerarios, los quales dieron en escribir canciones, versos, rimas y comedias, alabando lo que dezía y hazia su maestro y capitán Lutero, y burlándose de las tradiciones apostólicas y ritos, cerimonias y personas eclesiásticas.

81. Tras estos se siguió una manada de clérigos y apóstatas, los quales, no pudiendo por la flaqueza de sus ojos sufrir la claridad de las santas religiones en que vivían, por rebolcarse más libremente en el cieno de sus torpezas y vicios, se salieron dellas, y para dar muestra de lo que eran y pretendían, se casaron públicamente con mugercillas engañadas, y muchos dellos con vírgenes y monjas consagradas a Dios; y esto con tan espantosa y abominable desvergüença y diabólico sacrilegio, que en las bodas de algunos dellos compusieron y cantaron una Missa (si tal nombre merece tan infernal desatino), llena de increíbles abominaciones y horribles blasfemias, en la qual le alabavan y llamavan santo y alumbrado de Dios porque se casava, y exorta-

¹⁵ In marg.: « Coclaeus, Surius, Fontanus », de quibus v. annot. 9.

30 *sceleste, ut in nuptiis cuiusdam illorum*¹⁶ *Missam etiam compo-*
suerint (si sacratissimae rei nomen, in tam immanem quadrare
potest insaniam) execrationibus et blasphemis refertissimam, in
qua, incestos et foedifragos atque impuros sacerdotes collaudant,
 35 *sanctos vocant, a Deo illuminatos praedicant, quod excusso con-*
tinenciae iugo, uxorum adhaerent amplexibus, et caeteros ut
idem faciant adhortantur. Nempe haeretici, cum vita factisque
sunt detestabiles, tum vero ipsa peccandi licentia incredibili atque
impudicitia longe etiam detestabiliores.

82. *Isti itaque nefarii atque perditissimi apostatae, caepe-*
 40 *runt libertatem praedicare, ut homines peccati servos efficerent;*
annuntiare voce Christum crucifixum, re autem vera Antechri-
stum, denique persuadere fidelibus ut poenitentiam, crucem, ve-
ram Christi imitationem abicerent, et per omne flagitii ac turpi-
tudinis genus agerentur praecipites. Erat hoc ipso tempore iis
 45 *vitiis contaminatus, iis morbis confectus mundus, ac tam incu-*
rabilibus saucius vulneribus, ut multi hanc doctrinam facile ad-
mitterent, et venenum haurirent suaviter, et tanquam medica-
mentum salutare aliis etiam propinarent. Fuerunt in iis e faece
reipublicae sutores, cerdones, tinctorum, lanii, homines facinorosi
 50 *et vulgo infames et publice damnati et ignominiae notis inusti,*
qui novi huius evangelii, novi magistri atque concionatores exti-
terunt. Quos enim alios huiusmodi doctrina haberet doctores? Imo
vero eo progressa est quarundam muliercularum garrularum at-
que impudentium audacia, ut abstersa illa, quae illis innata et
 55 *propria est foeminarum verecundia, et neglecto Apostoli Pauli*
praecepto, mulierem domi suae in silentio discere iubentis et in
*ecclesia loqui prohibentis*¹⁷, *in suggestum ascenderent, verbum*
Dei explicarent, in concione de Sacra Scriptura disserterent, doc-
tissimos theologos ad certamen provocarent, assertiones aniles et
 60 *theses, seu potius deliramenta quaedam publice defendenda pro-*
*ponerent*¹⁸. *Ut verum sit illud D. Hieronymi: « quod medicorum*
*est promittunt medici, tractant fabrilis fabri*¹⁹; *sola Scriptura-*
*rum ars est, quam sibi passim omnes vendicant*²⁰: *scribimus in-*
docti doctique poëmata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus
 65 *senex, hanc sophista*²¹ *verbosus, hanc universi praesumunt, lace-*
rant, docent, antequam discant. Alii adducti supercilio grandia
verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophan-
tur; alii discunt, proh pudor! a foeminis quod viros doceant; et,

¹⁶ In marg.: « In nuptiis Carlostadii Fontanus, lib. 8 ». Fontanus de his nuptiis agit in opere allato in annot. 9, p. 124v (anno 1525).

van a hazer lo mismo a los demás sacerdotes, por mofa y risa de los sacrosantos misterios de la Missa ¹⁶. Que esto es proprio de los hereges, ser muy detestables en sus maldades, y más en el modo y circuntancias con que las cometen. 40

82. Estos, pues, començaron a pregonar libertad a los hombres para hazerlos esclavos del pecado, y a predicar a Christo crucificado en la boz, y en hecho de verdad al Antichristo, de manera que los fieles aborreciessen todo lo que es cruz y penitencia y verdadera imitación de Jesu Christo. Y como el mundo 45 estaba tan dispuesto y tan aparejado para recibir esta dotrina, por las maldades que reynavan en él, mucha gente baldía e inorante, torpe y ciega con sus passiones y vicios, se dexó engañar y la abraçó y singuió y enseñó a los demás. Entre esta gente hubo muchos oficiales y hombres viles y desorejados y castigados por 50 ladrones facinorosos e infames por justicia, en fin la escoria y horrura de toda la república, los quales se hizieron predicadores deste nuevo Evangelio, que siendo tal no podía tener otros predicadores sino tales como ellos. Y aun en algunas partes hubo mugercillas livianas, atrevidas y parleras que (olvidadas de la 55 vergüença y modestia que es tan propia y connatural a las mugeres, y de lo que manda el Apóstol San Pablo, que la muger calle en la Yglesia y aprenda en su casa con silencio) ¹⁷ se subieron en los púlpitos de las yglesias y predicaron y aun quisieron disputar con los doctores teólogos y defender conclusiones de sus 60 locuras y devaneos ¹⁸.

¹⁷ 1 Tim. 2, 12.

¹⁸ In marg.: « Fontanus, lib. 5 »: p. 80v-81.

¹⁹ HORATIUS, *Epist.* II, 115, 117.

²⁰ Lege « vindicant ».

²¹ Lege « soloecista ».

ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imo audacia edis-
 70 serunt aliis, quod ipsi non intelligunt ». Haec ille ²².

83. Coepit contagione serpere hoc venenum et diffundere se
 quotidie latius Babylonicum hoc incendium, ac vires acquirere
 magnorum quorundam principum studiis; qui quidem, vel prop-
 ter ambitionem atque improbam cupiditatem et ex bonis eccle-
 75 siasticis magnum quem sperabant quaestum; vel ad alendas atque
 sustentandas, quas cum aliis gerebant inimicitias, vel aliis turbi-
 dioribus animi motibus obcaecati, perditorum concionatorum in-
 sanias sua potentia atque benevolentia auxerunt; iisque colore
 ac praetextu quodam religionis, ad suas ipsorum libidines facilius
 80 consequendas, per summum scelus abusi sunt. Et quoniam Deus
 mala nostra graviter punire decreverat, aliis malis maioribus et
 magis perniciosis nos involvi permisit, et omnium pene maximo,
 quod est haeresis. Itaque et cruenta extiterunt hoc ipso tempore
 inter christianos principes bella, quae haeresum atque errorum
 85 sunt faces, et altum dormientibus pastoribus et mutis canibus,
 rapaces lupi tantam stragem (quantam proh dolor videmus) in
 Christi ovile aediderunt. Consequutaeque sunt innumerabiles at-
 que gravissimae calamitates ex novo hoc evangelio, quae univer-
 sam christianam rempublicam acerbissime afflixerunt utque de-
 90 formarunt. Ex quibus nonnullas referam, omnes enim percen-
 sere esset infinitum.

84. Principio, omnes pene errores atque pestilentes haereses,
 quae ab ipso nascentis Ecclesiae exordio hactenus extiterunt, iam-
 diu sepultas ab inferis revocarunt; vix enim ex omnium praete-
 95 ritorum saeculorum memoria ulla fuit vel opinio tam absurda,
 vel blasphemia tam impia, vel doctrina tam perniciosa, vel dogma
 tam insanum, quod infelicissimo nostro tempore non revixerit, et
 a Lutero eiusque discipulis ab orco excitatum non sit ²³. In Sanc-
 tissimam Trinitatem, in Christi Domini nostri divinitatem, in
 0 Spiritus Sancti personam, in Beatissimam Matrem atque imma-
 culatam Virginem Mariam, in purissimas angelorum mentes, in
 sanctos, in animas quae purgatorii igne expiantur impuro ore
 perbachati sunt, in ipso denique inferno, quod mentirentur ac
 blasphemarent invenerunt. Nullum est in Dei Ecclesia sacramen-
 5 tum quod non pervertant; nulla sacra ceremonia, quam non irri-
 deant; nulla apostolica traditio, quam non convellant; nulla di-

²² Hieronymus in epistola ad Paulinum, Epist. n° 53: PL, 22, 544.
 Nota hunc textum omitti in editione hispanica.

²³ In marg.: « De his lege Nicholaum Sanderum, lib. 7 de visibili mo-
 narchia et Surium in historia anni 1561, et Lindanum in exhortatione ad

83. Fue cundiendo esta pestilencia más, y tomando nuevas fuerças este incendio de Babilonia con los vientos y favores de príncipes poderosos que le acrescentaron. Los quales, o por su ambición y estado, o por codicia de los intereses grandes que 65 esperavan de los bienes eclesiásticos con la mudança de religión, o por enemistades y otras particulares passiones, favorecieron y dieron calor a las insolencias y desatinos destos predicadores, sirviéndose de su falsa religión por capa y escudo de sus desordenados apetitos y pretensiones. Y el Señor que quería castigar 70 nuestros innumerables y enormes pecados con dexarnos caer en otros mayores y en uno de los mayores de todos, que es el de la heregía, permitió que huviesse guerras y disenssiones entre los príncipes christianos, que son las que fomentan y atizan las heregías, y que los pastores durmiesen y los perros no ladrassen y 75 los lobos hiziessen la riza y estrago que vemos en el ganado de Jesu Christo, y que se siguiessen los gravísimos e irreparables daños que se han seguido en la república christiana. Porque no podían seguirse de la predicación y nueva dotrina de tales predicadores y maestros otros frutos y efecto sino los que se han se- 80 guido, algunos de los quales contaré yo aquí, porque contarlos todos sería imposible, siendo como son infinitos.

84. Lo primero, han resucitado de allá del infierno, donde estaban sepultadas, casi todas las heregías y errores que desde el principio del santo Evangelio hasta aora ha avido en la Yglesia 85 de Dios. Apenas en todos los siglos passados ha avido desatino tan loco, ni blasfemia tan horrible, ni dotrina tan impía y diabólica que no haya rebivido en nuestros días por medio de Lutero y sus sequaces²³. Contra la Santíssima Trinidad, contra la divinidad de Jesu Christo, contra la persona del Espíritu 90 Santo, contra la gloriosíssima y sereníssima reyna del cielo Nuestra Señora, contra los ángeles y santos y ánimas del purgatorio; hasta en el mismo infierno han hallado que mentir y que blasfemar. No ay sacramento en la Yglesia Católica que no calumnien y perviertan, ni cerimonia eclesiástica de que no hagan escarnio, 95 ni tradición apostólica de que no burlen, ni escritura sagrada

Hollandos ». Nicholaus Sanders (1530?-1581) auctor est operis *De visibili monarchia Ecclesiae*. Gulielmus van der Lindt (Lindanus: 1525-1588), episcopus Ruremundendis, scripsit inter alia *Apologeticum ad Germanos*, 2 vol. (1568-1578).

vinæ Scripturæ pars, quam vel non excludant, vel ineptis ac perniciosis translationibus, annotationibus, interpretationibus non depravent et corrumpant.

10 85. *Quid dicam de sacrosanctis Conciliis, Spiritu Sancto autore atque inspiratore celebratis? Quid de sanctissimorum pontificum decretis, publice a Luthero igne consumptis? Quid de doctissimorum atque beatissimorum patrum monumentis, qui caelestis vitae exemplo, atque admirabili doctrina universam Dei Ecclesiam*
 15 *illuminarunt, et ad Christi Servatoris nostri imitationem inflammaverunt? Quae tanquam antidota et medicamenta salutaria et eorum venenatis erroribus omnino contraria, impostores isti mutilant, lacerant, depravant? Mitto quae dicunt et faciunt contra summam romani pontificis, Christi in terris vicarii ac Petri successoris potestatem. Nam veluti latrones ac teterrimi parricidae, leges ac magistratus odio prosequuntur, sic omnes semper haeretici romanum pontificem iudicem pavent ac perhorrescunt. In summa, nihil est tam sanctum, quod non labefactare conentur; nihil tam certum, tam fixum, tam omnium saeculorum, nationum,*
 25 *patrum consensu in Ecclesia Catholica receptum atque stabilitum, quod in dubium non vocent, quod non infirment, quod non convellant.*

86. *Et quoniam veritas una semper est, falsitates multae sunt et sibi adversantes atque contrariae, tot ex Luthero quasi ex lerneae hydria capita extiterunt, tot sectae atque haereses prodierunt, ut eas enumerare omnes sit perdifficile. Nam vel ex una Anabaptistarum secta 12 aliae sectae emerferunt²⁴, tam inter se pugnantes, ut quibus in urbibus illae aliaeque similes pestes grassantur, vix domum invenias, ubi quod maritus credit, credat*
 35 *uxor, et quod paterfamilias amplectitur, filius ac famulus sequantur; et quidem tanta inconstantia, ut in ea solum sint constantissimi, Euripo omnique vento mutabiliores. Gerunt praeterea inter se gravissimas inimicitias, et plus quam vatiniiano odio²⁴ se invicem prosequuntur; in eo tantum conveniunt, ut catholicis*
 40 *omnibus bellum inferant, ut Christi Ecclesiam iunctis viribus pertinaciter oppugnent, et tanquam Sansonis vulpes²⁵ segetes catholicorum incendunt.*

²⁴ In marg.: « Federicus Staphylus et Sanderus lib. 7 de visibili monarchia eas enumerant ». Fridericus Staphylus (1512-1564) scripsit: *Defensio pro trimembri theologia Martini Lutheri*, Dillingen 1959. Lerna in Argolide fabulantur poetae adesse hydram capita habentem septem.

que o no nieguen o no destruyan con sus traslaciones, postilas y falsas interpretaciones.

85. Pues ¿qué diré de los sacrosantos concilios, celebrados con asistencia y dirección del Espíritu Santo, y de los decretos de los sumos pontífices, quemados en una hoguera por Lutero? ¿qué de los libros y tratados de los sagrados doctores, que con su doctrina y santísima vida han alumbrado y convertido al mundo? Los quales escurecen y corrompen estos monstruos infernales, por ser contrarios a su doctrina. No quiero dezir lo que dizen y hazen contra la potestad del papa, sucessor de san Pedro y vicario de Jesu Christo en la tierra, porque todos los hereges le han siempre aborrecido, como los ladrones a la justicia que los persigue y castiga. En fin, no ay cosa tan santa que no la profanen, ni tan firme que no la enflaquezcan, ni tan recebida en toda la Yglesia Católica, con universal consentimiento de todos los siglos, padres y naciones, en que no pongan dolencia, duda y sospecha.

86. Y como la verdad es una y las mentiras son muchas, varias y contrarias unas de otras, han salido tantas cabeças desta nueva hidria de Lutero y tantas sectas, que no se pueden contar. Pues de sola una dellas, que es de los Anabatistas, se cuentan doze, y tan contrarias entre sí²⁴, que en los pueblos donde ellas reynan apenas ay casa en la qual lo que cree el marido crea la muger, y lo que sigue el padre y señor sigan los criados y hijos, y esto con tanta inconstancia, que lo que creen oy descreen mañana, y no ay Euripo, ni faro de Mecina, ni veleta de texado más mudable. Y tienen los hereges de diversas sectas un odio tan estraño unos con otros y házense tan cruel guerra, que no se pueden concertar entre sí sino, como las zorras de Sansón²⁵, juntando las colas para quemar y arruinar los panes y sustento de la Yglesia Católica.

²⁴ « Vatinianum odium, quo acerrimo, post invectivam orationem Ciceronis contra Vatinium, eum odio prosequeretur populus romanus, ita ut exinde proverbialiter diceretur de capitali et implacabili contra aliquem odio ». FORCELLINI-PERIN, *Onomasticon lexicon*, II 753.

²⁵ Iud. 15, 3-5.

87. *Neque vero satis iis fuit perniciosos errores excitavisse, et plusquam cymerias offudisse tenebras mortalibus eorumque*
 45 *animas pestilenti doctrina perdidisse, sed in corpora etiam gras-*
sati immaniter sunt, et infinitis pene catholicis vitam hanc mor-
talem violenter eripuerunt, quod aeternam auferre non potuis-
sent. Sanctissimi episcopi, monachi religiosissimi, sacerdotes sa-
 50 *crosancti, virgines honestissimae atque etiam Deo dicatae, pueri*
innocentes, senes aetate et canicie venerandi ab iis mactati sunt.
Et quidem tam atrociter, tam truculenter ac dire, ut nova atque
exquisita tormenta excogitarent, et omnium tyrannorum, de qui-
bus fortissimi atque beatissimi martyres olim triumpharunt, sae-
vitiam etiam atque immanitatem vincerent. Legat qui volet no-
 55 *strorum temporum historias, quas innumerabilibus reperiet re-*
*fertat inauditae crudelitatis exemplis*²⁶. *Quot virgines castissi-*
mae, quibus ab haereticis vis est illata, quod fidem catholicam
nollent eiurare, mamillis deinde intra arcarum vel torculorum
 60 *seras compressis miserrima lentaque morte perierunt; quot sacra-*
rum familiarum viri et sacerdotes haereticorum truculentam bar-
bariem experti sunt? alii vivi in terram defossi, alii de turribus
praecipites deiecti, alii excoriati, alii elixi aut vivi arsi, alii cra-
nio clavis transfixi, alii in os iniecto pulvere tormentario atque
incenso combusti, atque in minutissima frustra discerpti? Quoties
 65 *ex catholicorum adhuc spirantium ventribus discissis, atque inter*
ipsa gementium piorum viscera iniecto horrescentibus, cibus est
propositus? Quoties mulierum pregnantium et viventium uteri
secti? eorumque ob oculos palpitantes foetus extracti, saxis illisi
aut in ignem iniecti aut veribus alligati, lento igne tosti sunt?
 70 *Quis credat usque adeo haereticos furiis agitari, omnisque sensus*
atque humanitatis expertes, ut sacerdotibus Deique inviolatis mi-
nistris nares atque aures praeciderint, eisque suorum equorum
fraena ornarint et quasi in publica gestarint laetitia, magna pom-
pa, feritate, triumpho? Quis religiosissimis atque sanctissimis se-
 75 *nibus pudenda membra amputasse, coxisse, in os ingessisse, man-*
ducare eos incredibili impuritate atque violentia coëgisse? Haec
tamen et alia iis peiora a calvinistis in Gallia nostra aetate per-
petrata sunt.

²⁶ In marg.: « Haec omnia ex Surii Historia, maxime anno 1562 et 1566, ex Fontano, ex Claudio de Sanctis libro de direptione templorum, ex Sandero l. 7 de visibili monarchia, ex Natali Comite, l. 18 historiae, ex Antonio Possevino, epistola ad Regem Poloniae ». Natale Conti (Natalis Comes: c. 1520-1582) auctor est operis: *Historiarum sui temporis libri decem*, pars prima, Venetiis 1572, atque etiam: *Natalis Comitis Universae*

87. No se han contentado con enseñar sus diabólicos errores y desvaríos y con la ponçofía de su doctrina inficionar y matar las ánimas, sino que también, con su crueldad y violencia, han quitado la vida corporal a muchos, a quien no podían quitar la eterna. A perlados santos, a frayles perfetísimos, a sacerdotes sagrados, a monjas religiosísimas, a donzellas honestas y delicadas, a niños inocentes, a viejos por su edad y canas venerables han perseguido, despedaçado y muerto con estraña cruera y con tan espantosos y nuevos géneros de tormentos, que los que usaron Diocleciano y Maximiano y otros sangrientos y fieros tiranos para coronar nuestros santísimos y constantísimos mártires, apenas llegan a ellos. Lea quien quisiere las historias de nuestros tiempos, y hallarálas, en lo que toca a lo que vamos tratando, llenas de lastimeros sucessos y de crueldades increíbles²⁶. A muchas donzellas castísimas, después de averlas afrentado, por no querer dexar la fe católica, han apretado los pechos entre las arcas o tórculos, para que con desapiadados dolores acabassen la vida. Gran número de sacerdotes y religiosos han sido muertos con violencia, unos enterrados vivos, otros despeñados, otros dessollados, otros cozidos o assados vivos, otros traspasados las cabeças con agudísimos clavos, otros, pegando fuego a la pólvora que les avían echado en la boca, abrasados y desmenuzados. ¿Quién creerá que a algunos católicos vivos les sacaron las entrañas y los hizieron pesebres de sus cavallos bravos, hinchendo el vientre de cevada para que los comiessen y despedaçassen? ¿Quién que hayan abierto a mugeres preñadas y sacádoles las criaturas vivas, y dado con ellas en las duras piedras o en el fuego, o espetándolas y assándolas con fuego manso poco a poco? ¿Quién que hayan cortado las narizes y orejas de los clérigos y ministros de Dios y enclavádolas en las cabeçadas de sus cavallos y traýdolas por burla y oprobio de la orden sacerdotal con grande braveza y denuesto? ¿Quién que hayan cortado sus miembros y cozídoles y héchoselos comer por fuerça a los religiosos viejos y venerables a quienes los avían cortado? Pues estas y otras cosas como estas han hecho los calvinistas en Francia en nuestros días.

historiae sui temporis ab anno salutis 1545 usque ad annum 1581. Venetiis 1581. Antonius Possevino S. I. (1533-1611) scripsit: *Epistola ad Stephanum primum Poloniae regem Serenissimum. Adversus quemdam Volanum, haereticum lutheranum.* Ingolstadt, 1583. Ed. in opere eius *Moscovia* (Coloniae 1587) pp. 301-316.

88. *Quod si haec perditorum hominum feritas atque insania
 80 in homines tantum saeviret, nostro tantum sanguine suam insatiabilem rabiem exaturaret, graviter quidem, sed minus tamen esset dolendum. Sed proh nefas, Deo, divis, sacris omnibus bellum infert, coelum terrae miscet, et gygantum more pugnat cum Deo. Tempa in divorum honorem Deo dicata prophana fecerunt, calices, vasa, vestes sacras, baptismi aquam, sacrae unctio-
 85 nis oleum, sanctorum virorum ossa polluerunt, violarunt, dissiparunt. Quis possit narratione complecti aut enumerando percensere templa incensa et solo aequata? monasteria virorum et foeminarum direpta atque eversa? sacrarum rerum omnium instrumenta proculcata atque per summam ignominiam irrisa? beatissimorum virorum atque in coelo cum Deo iam regnantium reliquias disiectas et conculcatas? Quo furore ac rabie, ss. episcoporum corpora Hirinei, Hilarii, Martini, Aniani, Th[omae] Cantuariensis, Bonaventurae et aliorum exusserunt, in cineres rede-
 90 gerunt? in flumen praecipitarunt? Divorum imagines demoliti sunt, cruces etiam et Christi in cruce pendentis simulachrum flammis tradiderunt? Sed quod omnem impietatem infinitis partibus superat, et vel daemon ipse cogitare perhorresceret, illud est quod augustissimam atque divinam Hostiam, in qua verissimum Domini nostri Iesu Christi corpus continetur (o immensa bonitas, o clementia, et patientia Dei infinita) saepenumero indignissime tractarunt?*

89. *Quis est tam stupidus qui hic non excitetur? tam a ratione atque humanitate alienus, qui haec non sentiat? Quis qui
 5 vel scintillam habet fidei, cuius ad haec mens non stupeat? lingua haereat? sensus non deficiat? Neque vero existimare debemus idcirco Deum haec pati, et ad gravissimas iniurias suas dissimulare et connivere, quod in scelestissimos atque flagitiosissimos homines animadvertere non possit. Non est hic, non est defectus
 10 potentiae, sed bonitatis excessus; non habet Deus manus ad vindictam invalidas, sed ad ignoscendum faciles; probat fidem nostram, dat infinitae clementiae suae certa argumenta, expectat ut corrigat, prestolatur peccatores ut sanet, ut vel poenitentia emendentur, vel pertinacia et obstinati animi pervicacia, tardius
 15 quidem sed gravius puniantur. Solet enim Deus tarditatem supplicii, gravitate compensare. Hic enim quem tam impie ac nefarie ab haereticis nostri temporis accipi atque tractari videmus, ille idem est Dominus, qui Ozam percussit et occidit, quod incaute ac minus reverenter arcam testamenti tetigisset, quas ta-
 20 men figura tantum erat divini huius sacramenti²⁷. Ille est qui*

88. Si parara en sola la afrenta e injuria de los hombres esta furia infernal destos diabólicos predicadores, no fuera tan horrible y espantosa como es, pero han puesto sus manos sacrílegas en los templos de Dios, en los cálizes, en las vestiduras y vasos sagrados, en la pila del bautismo, en el olio de la unción, en las reliquias de los santos, en el mismo Dios, con increíble desacato, escarnio y vilipendio. No se puede fácilmente creer las yglesias que han derribado y quemado, los monesterios que han assolado y saqueado, el vituperio y oprobrio con que han ultrajado y hollado todos los ornamentos e instrumentos sagrados de la Iglesia, ni la impiedad y ravia con que han quemado y hecho polvos los cuerpos de los gloriosos san Hireneo, san Hilario, san Martín obispo, santo Tomás Cantuariense, san Buena-ventura, san Aniano obispo de Orliens, y derramado y dissipado sus santas reliquias. Han despedaçado las imágenes y cruces y crucifixos y hecho fuego dellos, y lo que excede infinitamente todo encarecimiento y el mismo Satanás temblara en imaginarlo, y sólo oýrlo haze estremecer las carnes, y es que han tomado muchas veces la Ostia consagrada, en la qual estava verdadera y realmente el cuerpo de nuestro Salvador Jesu Christo (¡o bondad inmensa o clemencia y paciencia de Dios infinita!) y la han tratado con tan grande desacato que no se puede escribir.

89. Aquí se agota el entendimiento y enmudece la lengua y desfallece y se acaba el sentido de qualquiera persona que tiene una pequeña centella de fe. Y este sufrimiento y paciencia de Dios no es falta de poder, sino sobra de bondad, no es tener las manos atadas para el castigo, sino abiertas y estendidas para el perdón, es querer provar nuestra fe y dar mayores muestras de su invencible clemencia, es querer aguardar que sus enemigos se reconozcan y hagan penitencia, y si no la hizieren agravarles las penas, y recompensar con la graveza y terribilidad la tardança y dilación del castigo. Porque este Señor que assí vemos maltratado de los hereges y perseguido, es el mismo que hirió y mató a Oza por aver tocado con desacato del Arca del Testamento²⁷, que no era más que figura deste divino sacramento. Y el que, por averla mirado con curiosidad, mató cincuenta mil

²⁷ Sam. 6, 6-7.

quinquaginta Bethsamitarum millia interfecit, quod eandem ar-
 cam curiosius asperissent²⁸. Ille est qui omnibus saeculis atque
 aetatibus et nostris etiam temporibus, clarissimis miraculis, in
 omnibus pene orbis terrarum provinciis atque regionibus veris-
 25 simam Corporis sui praesentiam et divinitatis tremendam maie-
 statem sepaenumero testatus est. Ille est qui iudaeos, qui minus
 pios christianos iustissimis gravissimisque poenis non semel af-
 fecit, quod se indigne atque irreverenter in sacrosancto Eucha-
 ristiae sacramento tractassent. Et quod in illos praestitit, prae-
 30 stare utique posset in haereticos, qui iudaeos perfidia et tepidos
 christianos impietate vincunt. Sed tamen dissimulat Deus et pa-
 tienter agit, propter eas quas diximus causas, et propter alias
 nobis occultas, immensae vero illius sapientiae notissimas.

91. Et quanquam iis quae retulimus reliqua minora sunt,
 35 quid dicam tamen de furtis, latrocinis, praedationibus, rapinis,
 incendiis, cladibus, quibus per summam iniuriam atque tyranni-
 dem Sathanae ministri infinitam hominum multitudinem dixerunt?
 Quid loquar de coniurationibus, perturbationibus, civium
 discordiis, quae simul atque haeresum pestis exorta est, pacatis-
 40 simas provincias et florentissima regna pervagatae sunt? In Ger-
 mania, Luthero autore atque impulsore, rustici contra dominos
 suos arma caeperunt, tantae strages factae, ut in sola provincia
 Franconia super 200 castella et religiosorum hominum monasteria
 funditus sint eversa²⁹. Helvetiorum Cantones (quos vocant) ca-
 45 tholici, pro avita religione, parva manu cum cantonibus haereticis,
 collatis signis dimicarunt, eosque et numero et militum virtute
 fretos, tribus praeliis fuderunt ac profligarunt, et Zuinglium,
 eorum magistrum atque erroris ducem, concremarunt³⁰. Magna
 pars statuum Imperii a Carolo V imperatore defecit, delectum
 50 habuit, milites conscripsit, exercitum innumerabilem conflavit,
 ut illum opprimeret et de universa Germania deturbaret; sed
 vera religio, cuius causa agebatur, Deo duce atque autore, glo-
 riosam de potentissimis hostibus victoriam reportavit.

92. Quid residui est in omni calamitate, quod florens quon-
 55 dam Franciae regnum perpeccatum non sit? quam diuturna et
 cruenta bella saepe gesta? quantum sanguinis est effusum? quo-
 ties inter catholicos et haereticos, et quanta contentione est decer-

²⁸ 1 Sam. 6, 19.

bethsamitas²⁸, y el que con manifiestos y esclarecidos milagros en todos los siglos passados y en nuestros días ha confirmado en diversas tierras y provincias la verdad de su real presencia en el Sacramento del altar y executado justos y gravísimos castigos contra los judíos y malos christianos que le han injuriado o tratado con menos acatamiento y reverencia. Y lo que ha hecho contra ellos podría hazer contra los hereges; pero dissimula y sufre por las razones que he dicho y por otras que sabe su oculta e infinita sabiduría.

91. Aunque tras lo que avemos referido todo lo demás es cifra, todavía ¿qué diré de los robos, latrocinios, desafueros, insultos, incendios, rapiñas, violencias y tiranías que han hecho estos ministros de Satanás a innumerables personas particulares? ¿Qué de las rebeliones, alborotos, levantamientos, comunidades y guerras que han sucedido en todos los reynos y provincias, donde se ha emprendido y hallado cevo este fuego infernal? En Alemania se levantaron, siendo trompeta y despertador Lutero, los rústicos y labradores contra sus legítimos señores y príncipes, y mataron dellos cien mil rústicos y derribaron y arruinaron más de dozientos castillos, fuerças y monesterios, en sola la provincia de Franconia²⁹. Los cantones católicos de los suyzos, por defensa de la santa fe católica pelearon con los otros cantones hereges, y con ser menos en número los vencieron tres vezes en batalla y quemaron a Zinglio [*sic*], su caudillo y maestro, el año de mil y quinientos y treinta y uno³⁰. La mayor parte del Imperio se rebeló contra su verdadero señor y emperador, don Carlos V, de gloriosa memoria, y juntó poderosísimo ejército para aniquilarle y echarle, si pudiera, de Alemania. Porque, como príncipe católico, no consentía las maldades y embustes que cometían contra nuestra santa religión, la qual prevaleció, y sugetó y cautivó a los rebeldes, y triunfó de la heregía y falsedad con grandíssima gloria del Señor.

92. En el florentíssimo reyno de Francia, demás de la sangre que se ha derramado en tantas batallas, siendo vencedora la parte de los católicos, muchas vezes han conjurado los hereges

²⁸ In marg.: « Surius in historia, anno 1525 ».

³⁰ In marg.: « Surius anno 1531 ».

tatum, victoria semper ad veram religionem inclinante. Quoties homines perditissimi ac nefarii in reges Franciæ Franciscum II, Carolum IX, Henricum III conspirarunt? ut patriæ parentes trucidarent, nobilissimum atque potentissimum regnum vastarent, catholicam religionem delerent? Quod nisi Deus piorum atque integerrimorum hominum (qui in Gallia adhuc sunt innumerabiles) vota, preces, lachrymas respiciens, impiorum hostium consilia retexisset, conatus repressisset, impetus retardasset, actum esset de regno illo christianissimo; in quo tanta fuit et tam aperta atque nefaria hugonotorum rebellatio, ut sint qui ad sempiternam eorum ignominiam literis prodiderint, eos Ludovicum Borbonium Condæum regem coronasse, monetamque auream illum impressisse, in qua hæc erat inscriptio: « Ludovicus 13, Dei gratia Francorum Rex, primus Christianus »³¹. Quæ inscriptio arrogantissima est, et in omnes Christianissimos Franciæ reges iniuriosa.

93. Neque iis contenti, ut nihil ad summam improbitatem deesset, oratores etiam suos Bizantium miserunt ad turcarum imperatorem, ut teterrimum illum christiani nominis hostem ad movenda arma in Galliam, Hispaniam, Germaniam sollicitarent, et auxilia sua pollicerentur, et spem rei bene gerendæ ostenderent, intestinis discordiis atque tumultibus, illis in regnis, ipsorum opera excitatis; ut hac ratione potentissimorum regnorum statum perturbarent, et catholicam religionem, si possent, extinguerent. Sed ea est cordatorum hominum de istiusmodi monstris existimatio, ut vel ipse Turca eorum legationem audire contempserit, quod diceret ugonottos tam esse abiectos atque despiciatos, ut indignum sit supremum orbis terræ imperatorem, cum eis ulla vel amicitia iungi vel foedere, qui in Deum impij, in regem suum rebelles, perfidiosi in reliquos sint, denique communis pacis atque tranquillitatis perturbatores³².

94. In catholicam etiam atque probatissimam foeminam Mariam, Angliæ reginam, conspirarunt³³, et in ducem præterea Allobrogum, Philibertum, quod ex Valle Engronia³⁴ hæreticos extirpasset, ne illorum malum perditiones suas latius serperet; et in alios permultos principes moliti sunt insidias, ut illos de medio tollerent. In quorum numero est Scotiæ rex, quem occidere

³¹ In marg.: « Natalis Comes, li. 18 historiae » (vide annot. 26) p. 394.

³² In marg.: « Natalis Comes, li. 19 ».

³³ In marg.: « Natalis Comes, li. 7, item li. 14 ». In textu hisp. add.: « Las historias de nuestros tiempos tocantes a Inglaterra: contra el Duque de Alva: Francisco de Guisa: y don Juan de Austria ».

contra los reyes Christianísimos, Francisco II y Carlo IX, y urdido tales trayciones y texido tales telas y engaños, que sin 35
duda no se pudieran destexer, ni ellos escapar con la vida, si nuestro Señor, con ojos de piedad, no hubiera mirado por aquel poderoso, nobilísimo y christianísimo reyno, e inclinándose a las lágrimas, sospiros y plegarias de tantas ánimas santas que en él ay. Y passó tan adelante la desvergüença y rebelión, que 40
los hugonotes coronaron por rey a Ludovico Borbón, príncipe de Condé, su caudillo, el qual batió moneda de oro con esta letra: « Ludovicus XIII, Dei gratia Francorum Rex primus Christianus »³¹. Que es título arrogantísimo e injuriosísimo a toda la corona de los christianísimo reyes de Francia, pues da a 45
entender que todos ellos han sido infieles y que él es el primero rey christiano de Francia.

93. Y no se han contentado con rebolver aquel reyno y ponerle en tan estremada confusión y miseria con los bandos y levantamientos que he dicho, pero han embiado embaxadores 50
al Turco, prometiéndole sus fuerças y combidándole a mover guerra en Francia, España y Alemania, con las esperanças de las alteraciones y alborotos que pensavan causar y con las ayudas que le ofrecían. Pero ellos son tales, que aun el Turco no los ha querido oyr, como a gente vil, desassossegada y turbadora de la paz y quietud de los reynos, y rebelde a su Dios y a su rey³². 55

94. También han conjurado y hecho guerra a la muy católica y santa reyna de Inglaterra, doña María, sólo por serlo³³. Y contra el duque de Saboya por querer desarraygar (como desarraygó) los hereges del valle de Engroña que está en sus 60
estados³⁴, y contra otros príncipes y potentados grandes, y particularmente en Escocia han hecho lo mismo y querido matar a su verdadero rey, y preso, encarcelado y maltratado a la reyna

³¹ In marg.: Natalis Comes, li. 7, item li. 14 ».

³⁴ Angrogna, prope Pinerolum in Pedemonte, qua in valle Valdenses praedominium exercebant. Eos impugnavit Emmanuel Philibertus, dux Sabaudiae, inde ab a. 1561. Natalis comes, l. 14, p. 297, a Rib. allatus.

95 *haeretici conati sunt, reginam vero eius matrem caeperunt et coniecerunt in custodiam, quod catholica esset, eamque Angliae reginae Elisabethae ipsius odio flagranti, in potestatem tradiderunt*³⁵. *Quae Elisabetha cum foemina sit, Anglicanae ecclesiae universae supremum ac spirituale caput se dici et haberi vult; et serendis discordiis, auxiliis ferendis, sumptibus subministrandis, callide et astute bellum adversus alios reges alit, auget, inflamat; in catholicos vero sui regni tam implacabili immanitate atque feritate saevit, ut omnis barbaria ab ea superata videatur.*

6 95. *Quis ignorat quo in luctu iaceat, quanto in moerore sit, quibus et quam diuturnis calamitatibus sit oppressa, florens quondam et felicissima Germaniae inferioris provincia? quae tam graves et acerbae sunt, ut ad regna etiam alia longe posita pervadant, quae exanguia, exinanita, exhausta sunt, populorum victu, vectigalium nervis, aerarii sanguine, rebus omnibus in bellum pro tuenda religione consumptis? Quantum est humani sanguinis, ex quo primum Lutherus classicum cecinit, religionis ergo per omnes christianorum provincias effusum? Quot depopulationes agrorum, direptiones urbium, oppidorum eversiones, templorum incendia, coenobiorum spoliationes, populorum strages, clades provinciarum, regnorum excidia sunt consecuta? In ipso undecim annorum spacio, apud gravem scriptorem legi*³⁶, *in Gallia et Flandria quingenta et eo amplius hominum millia in bello caesa. Apud alterum vero*³⁷ *uno tantummodo anno, qui fuit salutis nostrae 1567, in sola Gallia supra 600 monasteria incensa atque eversa, et quinque sacerdotum ministrorumque Dei millia a sanguinariis istis novi Evangelii concionatoribus, per summam crudelitatem fuisse mactata.*

96. *Silentio praetereo permultas alias provincias gravi haereticorum motu conquassatas atque afflictas. Non dicam quas regiones infecerint, quibus in regnis catholicam religionem vel deleverint, vel labefactaverint hae furiae atque pestes. Neque commemorabo superiorem atque inferiorem Panoniam, Bohemiam, Poloniam, Lituaniam, Daciam, Norvegiam, Hiberniam aliasque innumerabiles ad Septentrionem provincias miserabiliter proflatas atque convulsas, ne modum excedat oratio. Unum tantum rei gestae exemplum referam, quo melius, quae dicta hactenus sunt, intelligantur. Monasterium civitas est provinciae Westphaliae*

³⁵ In marg.: « Natalis Comes, li. 19 et Surius ».

su madre, por ser católica, y obligádola a entregarse a la reyna ⁶⁵
 de Inglaterra, Ysabel, su enemiga ³⁵. La cual, con ser muger,
 se haze cabeça de toda la Yglesia de Inglaterra, y con las malas
 mañas, artificios y engaños que usa con los otros príncipes, y
 con los socorros secretos que continuamente embía a sus ene-
 migos, entretiene y fomenta la guerra y rebelión de sus vassallos ⁷⁰
 contra ellos, y con los tormentos estraños, vexaciones inauditas,
 muertes cruelísimas con que aflige los católicos de su reyno, le
 tiene puesto en tan grande aprieto, miseria y confusión.

95. Las calamidades tan continuas y lastimosas de los esta-
 dos tan dichosos que solían ser de Flandes, no ay quien no las ⁷⁵
 sepa, pues aun las otras provincias y reynos, aunque están apar-
 tados, las sienten, y se dessangran, deshazen y consumen por
 sustentar en ellos la guerra y la obediencia de su rey y nuestra
 santa religión. ¿Qué de sangre se ha derramado en tantas ba-
 tallas, recuentros y guerras estos años por causa de la religión ⁸⁰
 católica, después que Lutero la puso en esta división, confusión
 y conflicto? ¿Qué de robos, incendios, sacos, assolamientos y des-
 trucciones de templos, monesterios y ciudades? En solos onze
 años de guerra ay autor grave ³⁶ que escribe aver muerto en
 Francia y en los Estados de Flandes quinientas mil personas, ⁸⁵
 y otro ³⁷ en sólo un año, que fue el de 1567, aver assolado y
 quemado los hugonotes en Francia más de seiscientos monesterios,
 y muerto con terribles tormentos cinco mil sacerdotes y minis-
 tros de Dios.

96. No quiero hablar de las otras provincias que están per- ⁹⁰
 didas y assoladas con esta plaga y langosta roedora e infernal
 que ha consumido y atalado la hermosura de los campos y la
 fruta de los árboles y la devoción y fe que avía en los reynos
 de Hungría, de Bohemia, de Polonia, de Dania, Suecia, No-
 ruegia, Transilvania, Hibernia y otras regiones y tierras seten- ⁹⁵
 trionales, porque sería nunca acabar; sólo quiero añadir aquí
 (para que lo que en general avemos dicho mejor se entienda)
 una cosa particular. En la ciudad de Monesterio, cabeça y me-
 trópoli de la provincia de Wesfalia, después que los hereges

³⁶ In marg.: « Antonius Possevino in epistola ad regem Poloniae ».

³⁷ In marg.: « Netalis Comes, li. 18 ».

metropolis nobilissima; ex ea haeretici Anabaptistae, sacerdotes
 35 omnes, monachos, equites honestissimos atque prudentissimos quos-
 que cives catholicos sibi adversantes violenter eiecerunt, domos
 diripuerunt, bona compilarunt. Tum sutorem quendam, hominem
 scilicet despiciatissimum atque contemptum, regem creant, dia-
 40 dema cum ea pompa atque solennitate omni, quae in verorum
 regum coronatione adhiberi solet, capiti illius imponunt. Hic rex
 iustitiae super terram appellatur, uxores plurimas ducit, ex iis
 unam praecipuam, quasi reginam, caeteris honoratiorem eligit,
 cum qua concionari, et officio sacerdotis fungi aggreditur; duo-
 45 detriginta insanos atque fanaticos concionatores et tanquam apo-
 stolos (sic enim nominabat) varias in regiones ad disseminandum
 impurum suum evangelium mittit³⁸. Quid multa? finis huius
 fabulae tragicus fuit ac luctuosus. Rex enim uxorem suam in
 medio foro securi percuti iussit, quod muliebriter defleret ac la-
 mentaretur miserias atque calamitates, quas civitas illa a catho-
 60 licorum exercitu eam obsidentium patiebatur. Ipse autem rex
 capta civitate atrocissimis tormentis prius dilaniatus extremo tan-
 dem supplicio impietatis atque dementiae suae poenas iustissi-
 mas dedit.

97. Satisne multa mala sunt haec? nonne fructus novi evan-
 65 gelii uberes sunt atque copiosi? non tamen hic finis est. Nam
 praeter alia infinita damna, quae exitiosa ista prodigia in or-
 bem terrarum invexerunt, illud certe haud minimum est, quod
 ipsam naturam corruperunt, et laudabiles atque probatissimos
 70 quarundam nationum mores ita perverterunt atque in peius com-
 mutarunt, ut multi, qui antea honesti erant, temperati ac pene
 frigidi, ex istorum doctrina flagitiosissimi atque profligatissimi
 sint, et quibusdam libidinis facibus inflammati. Qui fidelitate ac
 modestia olim praestabant infideles nunc sunt, et in fraudem
 80 semper intenti. Qui virtute atque animi fortitudine, cum hoste
 manum conserere, pedem conferre et fortissime pugnando vel
 occumbere vel vincere soliti erant, iam hosti terga vertere, fuge-
 re et abiectis armis trepidare didicerunt. Ubi doctrinae studium
 ac sapientiae floruit, nunc summa literarum est ignoratio. Neque
 mirum sane, semper enim veram religionem quasi comites quae-
 70 dam potentia et sapientia sequuntur; sublata autem illa, quae
 domina et gubernatrix est, hae quasi ancillae dominam obeuntem
 prosequuntur.

98. Ut igitur me ipse colligam, et orationem meam contra-

³⁸ In marg.: « Surlus in historia anni 1533 ».

echaron de la ciudad a los clérigos y religiosos y cavalleros y 0
 toda la gente honrada y cuerda que los contradecía, y saqueádo-
 les sus casas y robádoles sus haziendas, coronaron a un sastre
 por rey, con todo el aparato y cerimonias que se suelen usar
 en las coronaciones de los verdaderos reyes. Este se llamó: « Rex
 iutitiae super terram », Rey de la justicia sobre la tierra; el 5
 qual se casó con muchas mugeres y tomó por muger principal
 y por reyna a la que más era a su gusto. Començaron él y
 ella a usar el oficio sacerdotal, embió el nuevo rey veinticho
 hombres desventurados y frenéticos por predicadores y apóstoles
 (que assí los llamavan) de toda aquella tierra ³⁸. Y por abreviar, 10
 el fin fue que este donoso rey hizo degollar públicamente en
 la plaça a la reyna su muger, porque tenía lástima de las estre-
 mas calamidades que padecía aquella miserable ciudad en un
 apretado cerco que por esta causa vino sobre ella, y siendo to-
 mada la ciudad, el mismo rey, loco y desatinado, y otros muchos 15
 de su vando y desvarío, fueron atenazados y muertos con exqui-
 sitos tormentos, dando contra ellos esta justíssima sentencia el
 que es justo juez y verdadero y supremo Rey de la justicia en
 el cielo y en la tierra.

97. Demás desto, han estragado y corrompido la naturaleza 20
 y las loables costumbres de sus provincias estos monstruos in-
 fernales con esta dotrina, de manera que los que antes eran
 templados y fríos, aora se abrasan en vivas llamas de torpezas
 y deshonestidades; los que eran fieles y leales, aora hurtan y
 roban y son desleales; los que eran valientes y animosos y hazían 25
 rostro a los turcos y peleavan y rendían valerosamente al ene-
 migo, aora le buelven las espaldas y huyen; donde antes flore-
 cían las letras y dotrina, aora ay suma inorancia, porque siem-
 pre a la verdadera religión acompañan sus dos hermanas, que
 son la potencia y verdadera sabiduría, y faltando ella, neces- 30
 sariamente ellas han de faltar.

98. Estos, pues, son algunos de los innumerables frutos deste
 nuevo evangelio; y no es maravilla que sean tales qual es el

ham, hi sunt ex infinito pene numero aliquot fructus, qui ex
 75 haereticorum doctrina, quasi ex radice pullularunt; mala enim
 arbor fructus bonos non facit³⁹, et ex turbido atque pestilenti
 fonte, salubris atque dulcis aqua non fluit⁴⁰. Haereticorum enim
 spiritus licentiae, blasphemiae, maledicentiae, tyrannidis, crude-
 litatis, superbiae spiritus est. Est enim Sathanæ spiritus, a quo
 80 instigantur, impelluntur, exagitantur. Spiritus vero Lutheri cae-
 teris tetrior fuit atque detestabilior, omniumque praeteritorum
 haereticorum improbitatem atque impietatem longe superat. Quod
 ut manifestum fiat et sole lucidius constet, ipsemet Lutherus non
 dubitavit scribere⁴¹ sibi diabolum de facie notum esse; de nocte
 85 saepe apparuisse, cum eo modios salis comedisse, atque etiam
 disputasse, et sophisticas atque in speciem probabiles rationes
 atque argumenta de eo audivisse, cum contra alia vera et solida
 et antiqua sanctissimae nostrae fidei dogmata; tum vero maxime
 contra veritatem sacrosanctae Eucharistiae eiusque cultum atque
 90 venerationem. Ut perspicue nimirum et certo intelligamus, disci-
 pulorum Lutheri in augustissimum atque omnium excellentissi-
 mum sacramentum, quas supra attigimus iniurias et contumelias,
 quasi rivulos ex Lutheri fonte fluxisse.

99. Quanquam si quod res est proferre volumus, pestilentem
 95 hunc Lutheri spiritum, calvinistarum atque hugonoltorum spi-
 ritus, impietate, violentia, truculentia et omni immanitate su-
 perat; et non solum in catholicos veramque religionem, sed in
 universas ipsas provincias, republicas, regna, in omne denique
 hominum genus, perniciosissimus et calamitosissimus est, dicique
 0 vere potest orbis terrarum incendium. Atque haec tanta, quae
 aliae nationes hereseon labefactae experiuntur mala, et pacis
 atque integrae religionis bona, quibus Hispania per Dei gratiam
 fruitur, vehementer nos excitare atque commovere debent, ut et
 magni faciamus hoc tantum Dei beneficium, et gratias pro eo
 5 maximas illi atque immortales agamus. Utrumque facient liben-
 tius atque expeditius, quicumque ex Hispania in alias provincias
 egressi, eas regiones obierunt ac perlustrarunt, quas effraenatus
 haereticorum furor depopulatur et affligit. Poterunt ii minori
 sane negotio haeresum infinita mala pro rei atrocitate expendere;
 10 eaque cum pace nostra et publici status tranquillitate conferre.
 Debemus etiam conniti quantum possumus et dare operam, ut
 vitia nostra corrigamus, ne singulare donum fidei nostris peccatis

³⁹ Mt. 7, 17.

árbol donde ellos nacen³⁹, y que el agua tenga el sabor de la fuente de donde ella mana⁴⁰. El espíritu de todos los hereges es espíritu de libertad, de blasfemia, de maledicencia, de tiranía, de crueldad y de soberbia, porque es espíritu de Satanás que en ellos se reviste, y el de Lutero y sus discípulos es más abominable y más perverso que ninguno de todos los hereges pasados. Y para que sepamos claramente, sin que se pueda poner duda, quién era el que le movía y guiava en lo que pensava, dezía y hazía contra la Iglesia Católica, él mismo confessa y escribe⁴¹ que conocía al demonio y que avía comido algunos celemines de sal con él, y que muchas vezes le aparecía y argüía y disputava con él, y le proponía razones sofísticas y argumentos falsos y aparentes contra las verdades mazizas y antiguas de nuestra santa religión, y especialmente contra el sacrosanto sacrificio de la Missa y contra la reverencia y acatamiento que se deve a tan soberano y divino misterio. Desta doctrina y maestro han brotado, como de su raíz y fuente, los desacatos tan diabólicos que contra él han usado sus discípulos.

- 10 signamus P. Ignatius Azebedo fuit, vir non tam maiorum sanguine, quam suo pro Christo fuso clarissimus. Qui cum in provinciam Brassilaeam navigaret, ut in ea praepositi provincialis et praekonis evangelici munere fungeretur, a pyratibus gallis calvinistis, duce Iacobo Soria captus, odio sanctissimae fidei Catholicae ipse atque alii 38²² Societatis filii, eiusdem propositi socii et pietatis comites, non uno mortis genere, sed uno tamen spiritu omnes absumpti sunt anno 1570. Quos pari fide, constantia et felicitate, insequenti anno imitati sunt 12 alii, qui P. Petro Diaz
- 15 duce, cum eandem navigationem et causam suscepissent, a Ioane Claudio hugonotto Gallo, extremo supplicio affecti sunt. Nec sane defuerunt fortissimi milites, qui quod catholicam fidem mordicus tenerent, acriter defenderent, sapienter docerent; ab ipsis haereticis, quos sanare cupiebant, mirum in modum prius excruciatum atque immanissimis tormentis dilacerati, beatissimo exitu,
- 20 gloriosam de perfidia victoriam reportarunt. Eiusmodi fuerunt clarissimi Christi martyres Edmundus Campianus, et Thomas Cottamus angli, Societatis Iesu illustrissimi filii, qui anno 1581 et 1582 pro apostolica atque romana fide ab Elisabetha, Angliae regina, atrociter mactati sunt²³.
- 25 117. Quamobrem, quis non admiretur consilium Dei? Quis non suspiciat illius providentiam? Quis immensam erga mortales charitatem non redamet? infinitam benignitatem, gratissimi animi pietate non colat? laudibus efferat? obsequiis veneretur? qui minimae huic Societati et martyrum praesidia dedit et ornamenta?
- 30 Nimirum ut hoc etiam argumento intelligamus familiam Ignatii familiam Dei esse; non secus atque reliquos sacrorum hominum coetus, quos in Catholica Ecclesia, alii sanctissimi patriarchae divinitus instituerunt ac fundarunt. Qui quidem religiosi coetus viris abundant perfectissimis, qui omnibus tormentis corpora sua
- 35

²² Elenchum sociorum Beati Ignatii de Azevedo vide apud LEITE, *História*, II 256; Id., « *Catálogo dos que forão este anno para o Brasil. Anno 1570* », in opere *Novas páginas de História do Brasil* (Lisboa 1962), pp. 227-258.

116. Otros cincuenta y tres han sido coronados de gloria eterna por mano de hereges, los más dellos porque yvan a predicar a los gentiles la santa fe católica, como fue el dichoso y bienaventurado padre Ignacio de Azebedo, varón noble por la sangre que tenía de sus padres y más esclarecido por la que él derramó por Jesu Christo nuestro Señor. El qual, yendo por provincial de la Compañía a la provincia del Brasil con otros treinta y ocho ²² compañeros, padres y hermanos de la misma Compañía, a predicar y enseñar el santo Evangelio, fue muerto a manos de hugonotes y cossarios hereges franceses, cuyo capitán era Xaques de Soria, el qual los mandó matar en odio y aborrecimiento de nuestra santíssima fe católica, año de mil y quinientos setenta. Y el padre Pedro Díaz, el siguiente de 1571 con otros onze que hazían la misma jornada para el mismo efeto, fueron atormentados por la misma causa por Juan Claudio, herege francés, y acabaron su navegación llegando al puerto de la gloria eterna. Algunos otros porque predicavan, defendían y enseñavan la verdad católica entre los mismos hereges, fueron descoyuntados y despedaçados con atrozes y exquisitos tormentos, alcançando vitoria, con su bienaventurada muerte, de la mentira y falsedad. Tales han sido los ilustres mártires Edmundo Campiano y Tomás Cotamo, ingleses, padres de la Compañía, que fueron martirizados el año de mil y quinientos y ochenta y uno y mil y quinientos y ochenta y dos, con otros muchos, por la Reyna Ysabel de Inglaterra ²³.

117. Bendito sea, alabado y glorificado, ensalçado y sobreensalçado en todos los siglos de los siglos de todos los ángeles y santos del cielo el santíssimo y amabilíssimo nombre del Señor, que assí ennoblece y enriquece esta su mínima Compañía y la arrea y adorna con tales joyas y perlas preciosas, que son los mártires, y da a entender con esto que la Compañía de Ignacio es suya, como lo son las demás religiones que instituyeron y fundaron los otros santísimos patriarcas en su Yglesia. Las quales están tan llenas de riquezas y tesoros de varones celestiales que derramaron su puríssima sangre por su santo nombre, no solamente en los siglos passados, sino también en los tiempos

²³ Beatus Edmundus Campion occisus est 1 dec. 1581; Beatus Thomas Cottam 30 maii 1582.

40 *obiecerunt, laeti denique atque alacres se dilaniari atque occidi pro Christi nomine passi sunt. Neque hoc praeteritis tantummodo saeculis, sed etiam nostro. Testes sunt strenui Christi athletae carthusiani, qui propterea quod unum Ecclesiae Catholicae ac supremum caput Vicarium Christi esse defenderent, ab Hen-*
 45 *rico octavo Angliae rege raptati, suspensi, exenterati, membratim dissecti, elixi, in stipitem ad ignominiam (quae vera ipsis gloria fuit) sempiternam sublatis sunt. Testes sunt etiam multi alii sanctissimorum Dominici, Francisci et aliorum beatorum virorum filii, qui eandem coronam nostra aetate sunt adepti in Gallia*
 50 *furore haereticorum, qui novi sunt Neronis, Domiciani, Maximi.*

118. *Benedictus igitur Deus, et gloriosus in saecula, qui mun-*
nitissima religionum propugnacula in Ecclesia sua excitavit, at-
que eiusmodi militum in eis praesidia constituit, qui acerrime
 55 *dimicantes occumbunt, et de impietate, vitae innocentia; de haeresi, fidei integritate; de morte, cervicibus datis; denique de teterrimis hostibus, fuso pro Evangelio ac veritate sanguine amplissime atque honestissime triumphant. Neque enim fieri potest*
quin iis ducibus ac fortissimis militibus, sancta Ecclesia omnes
 60 *contra se perfidia atque feritate instructas acies (quod semper hactenus fecit) profliget ac dissipet, atque hostes suos audacia elatos retundat et tumore inflatos comprimat; et vel obfirmatos et in pravitate sua pertinaces despiciat, vel humiles suumque errorem agnoscentes benigne suscipiat.*

presentes, que cada una dellas basta para ilustrar y enriquecer el mundo. Como lo vemos en los santos monjes cartuxos que murieron en Inglaterra a manos del Rey Enrique VIII por la 35
defensión de la potestad suprema del vicario de Christo nuestro Señor, que es cabeça de la Yglesia Católica. Y por los santos frayles dominicos y franciscos y de otras religiones que en Francia y Flandes han sido coronados en nuestros días por manos de los hereges, que son nuestros Neronos, Domicianos y Maxi- 40
minos.

118. Alabado asimismo y glorificado sea el Señor, que assí mira por su Yglesia y la provee de los fuertes y reparos de las santas religiones y de capitanes y soldados valerosos, que triunfan del pecado con la santidad, de la heregía con la dotrina 45
católica, de la muerte con dar la vida por Él, de Satanás y del infierno con la sangre derramada en confirmación de su Evangelio y virtud. Que con tales peleas y vitorias de soldados tan esforçados, no puede nuestra madre la Santa Yglesia dexar de triunfar gloriosamente de todos sus enemigos, como lo ha hecho siempre 50
hasta aquí, resistiendo a los unos y alumbrando y sugetando a los otros, y trayéndolos al conocimiento y amor del Señor y de su verdad.

VITAE IGNATHI LOYOLAE

LIBER TERTIUS

IGNATIUS PRAEPOSITUS GENERALIS ELIGITUR

CAPUT I

1. Societate a Paulo III Pont. Max. confirmata, nihil patres prius habuerunt, quam ut praepositum crearent eum, qui universae Societati praesset, cuiusque spiritu ac prudentia omnia tum Romae tum foris administrarentur. Societatis autem status eiusmodi tum ferme erat: Franciscus Xavier et Simon Rodericus in Lusitania; Petrus Faber ad conventum imperialem vormatiensem cum D. Ortizio profectus, in Germania; Iacobus Laines Parmae erat, Brixiae Claudius Iaius, Senis Paschasius, in Calabria Nicolaus Bobadilla; ipse Ignatius, Salmeron, et Ioannes Codurius Romae remanserant. Lutetiae praeterea iuvenes aliquot, qui animum ad Societatem appulerant, iam tum in literarum studiis versabantur, Roma ab Ignatio hanc ipsam ob causam missi¹. In ipsa vero Urbe duodecim fere ad patres accesserant², habitabamusque arcte sane et peranguste, ex adversum *veteris* templi in conducta domo, male materiata et ruinosa, quae ad novi templi aedificationem sublata est³. Et quod ego ex exiguo illorum eram numero qui Romae tunc commorabantur in Societate, et ab Ignatii latere (ut dixi) non discedebam, consequentes res non quasi auditor, sed ut spectator et praesens ac certissimus testis deinceps narrabo.

2. Hoc igitur rerum statu, evocati sunt Romam qui ex decem patribus in Italia erant, omnesque sub Quadragesimam anni 1541 venerunt, praeter unum Nicolaum Bobadillam, quem Bisiniani

16 *veteris om.*; post templi *add.* quod nunc habemus || 23 igitur *om.*

¹ Talis erat status sociorum anno 1541, de quo v. FN I 45 128-130 211 273. Primi iuvenes Lutetiam missi sunt, superiore Iacobo de Eguía, anno 1540. *Sum.* nn. 161-170 (I 251-256); *Sum.* ital. n. 29 (I 278-279).

² Cf. *Lain.* n. 46 (I 122): « y muchos se aplicaron a la Compañía ». Ribadeneyra in Societatis domum receptus fuit die 18 sept. 1540, novem

LIBRO TERCERO DE LA VIDA
DEL BEATO PADRE IGNACIO DE LOYOLA

COMO FUE ELEGIDO POR PREPOSITO GENERAL

CAPÍTULO PRIMERO

1. Después de confirmada la Compañía por el papa Paulo III, la primera cosa en que pusieron los ojos todos los primeros padres della fue en hazer elección entre sí de un superior, que con espíritu y prudencia la governasse. Cuyo estado entonces era éste: los padres maestro Francisco Xavier y maestro Simón estaban en Portugal. El maestro Pedro Fabro en Alemania, a donde avía ido a la dieta imperial de Vormes, en compañía del Doctor Ortiz. De los otros padres, Laynez estava en Parma, Claudio Yayo en Bressa, Pascasio en Sena y Nicolás de Bobadilla en Calabria. El padre Ignacio se avía quedado solo con Salmerón y Juan Coduri en Roma. También estaban estudiando en la universidad de París algunos pocos mancebos, que ya desde entonces se avían aplicado a la Compañía, los quales avían sido enviados de nuestro padre para este efecto desde Roma¹. En la misma ciudad de Roma estábamos obra de una dozena que nos avíamos allegado a los primeros padres, para seguir su manera de vida e instituto². Vivíamos con grande pobreza y estrechura en una casa alquilada, vieja y caediza, en frente del templo viejo de la Compañía, y que para el nuevo que aora tenemos se ha derribado³. Y como yo era uno de los que en este tiempo estaban en Roma, podré hablar como testigo de vista en lo que de aquí adelante se dirá.

2. Estando, pues, las cosas en este estado, fueron llamados a Roma todos los padres que de los diez primeros andavan por Italia trabajando en la viña del Señor, y vinieron todos cerca

¹ Vivíamos) Morábamos AC || 20-22 en frente — derribado om. A || 22 tenemos corr. autogr. in M ex se haze || 22-24 Y como yo — se dirá del. N

diebus ante huius confirmationem, aetatis suae anno decimo quarto vix expleto. *Rib.* I 13.

² Domus erat conducta a Camillo Astalli, in qua socii domicilium posuerunt anno 1541 ineunte. FN III 177⁶.

fructuose laborantem, summi pontificis imperium retinuit⁴. Diutius autem res differri non potuit, quod idem pontifex paulo post, aliquot alios ex patribus varias in provincias dimittere statuisset. Per Quadragesimae ergo tempus⁵ Ignatius, Laines, Salmeron,
 30 Claudius, Paschasius et Codurius, ad praepositi generalis electionem conveniunt; rebus agitatis statuunt, ut triduum in oratione ponant, silentium hac de re inter se servant; tum suum quisque suffragium manu sua scriptum adferat, quo sensus cuiusque ac voluntas declaretur. Post triduum rursus coeunt, suffragia sua
 35 cum absentium patrum suffragiis, quae illi aut scripta reliquerant, aut postea miserant, coniungunt; post tertium item diem, omnibus omnium tum praesentium, tum absentium sententiis Ignatius praepositus generalis renuntiatur⁶. Hic ille, cum ad parendum magis, quam ad imperandum, se ex animo paratum
 40 ostendisset, ad socios: — Ego fratres (inquit) neque hoc munere dignus sum, neque vere idoneus, qui alios regam; nam. qui me ipse regere nescio, alios quomodo regam? Quod ego vere, sincereque coram Deo ac Domino nostro dum considero, dum praeteritae vitae meae perversos habitus et praesentis peccata et miseriae
 45 multas diligenter mecum ipse reputo, facere non possum, ut quod vos mihi onus imponitis, in me recipiam. *Quare id vos quaeso boni consulite, et de integro, per tres alios quatuorve dies rem totam Deo commendate ardentius, ut divino illius afflatu ac impulsu, in patrem eum potissimum ex omnibus eligamus, qui*
 50 optime omnium Societatem sit universam gubernaturus —.

⁴⁰ *post* inquit *add.* neque hoc munere dignus sum || ⁴² *syncereque* || ⁴⁶ *Quare id* || ⁴⁷ *quatuorve*

⁴ FN III 330; cf. I 187.

⁵ In relatione de S. Ignatii electione ad munus praepositi generalis dicitur: « En el año de 1541, pasada la media quaresma ... » FN I 16. De temporis computatione v. *ibid.* annot. 1.

de Quaresma del año de 1541; sólo faltó el padre Bobadilla, que por mandado de Su Santidad se quedó en Bisiñano, ciudad de Calabria ⁴. Y porque el sumo pontífice quería luego embiar algunos de los otros padres a varias provincias, no se pudo aguardar más a Bobadilla ni dilatar más la elección del general. Así que, mediada Quaresma ⁵, los padres Ignacio, Laynez, Salmerón, Claudio, Pascasio y Coduri se juntaron en Roma, y después de aver ventilado las cosas que para acertar en la buena elección se ofrecían, determinan de estar tres días en oración, y que entre sí guarden silencio y no traten della, y que después cada uno trayga su voto escrito de su mano, en el qual declare a quién da su boz. Passados los tres días, se tornan a congregar, y juntan los votos que cada uno traía con los de los otros padres ausentes, los quales ellos, o avían dexado escritos antes que partiessen de Roma, o los avían embiado después. Y para mayor confirmación y establecimiento de la elección determinaron de estar otros tres días en oración, sin leer los votos, los quales abrieron al quarto día, y por voto de todos los presentes y ausentes fue declarado el B. P. Ignacio por prepósito general, de manera que no le faltó otro voto sino el suyo; el qual él dio (excluyéndose a sí) a qualquiera de los diez compañeros que tuviese más votos para ser general ⁶. Mas él, como quien de corazón y de verdad estava más aparejado para obedecer que para mandar, dízeles assí: — Yo, hermanos, no soy digno deste oficio ni lo sabré hazer, porque quien no sabe bien regirse a sí ¿cómo regirá bien a los otros? Y porque con toda verdad y sinceridad delante de Dios nuestro Señor yo assí lo entiendo, y porque miro los vicios y malos hábitos de mi vida passada y los pecados y muchas miserias de la presente, no puedo acabar conmigo de acetar la carga que me echáis a cuestras. Por tanto, ruégoos, por amor del Señor, que no lo tengáis a mal, y que de nuevo, por espacio de otros tres o quatro días, con más ahinco y fervor encomendéis este negocio a su divina Magestad, para que, alumbrados con la luz de su espíritu y favorecidos de su gracia, elijamos por padre y superior al que mejor que todos ha de regir la Compañía —.

⁴ 46-47 de manera — suyo *autogr. in marg.* M || 47-49 el qual — general *om.* AC || 57 Por tanto *add. autogr. in M*

⁶ *Suffragia Ignatii et sociorum servantur in ARSI, cod. Rom. I. Edita sunt in variis voluminibus Monumentorum.* Cf. FN I 175.

3. Patres principio quidem Ignatio adversantur, sed acquiescere tandem coacti, tempus ad denuo deliberandum sumunt. Quadrifido interposito, rursus conveniunt; sed eadem animorum consensione, Ignatius praepositus generalis eligitur. Tum ille, ne aut
 55 omnibus unus obsisteret, aut quod sibi non satis conveniens iudicabat, munus suscipere: — ego, inquit, meo confessario rem totam permitto; ego illi totius vitae meae crimina aperiam; illi animi mei morbos corporisque aegritudines exponam; quibus auditis, si ille tamen Christi Domini nostri nomine, vel mandaverit
 60 mihi, vel consilium dederit, ut tantum onus subeam, tunc denique obtemperabo. Hic reliqui obstrepere ac reclamare et satis esse exploratam Dei voluntatem dicere, Ignatiumque urgere, ne diutius humilitatis obiectu, rem producat, ne Deo repugnare videatur. Cum autem de sententia ille dimoveri non posset, tandem ut
 65 id fiat, quod volebat, inviti decernunt.

4. *In coenobio D. Petri, quod in Monte Aureo Fratrum Minorum est, triduum omnino fuit, in hanc rem unam toto pectore incumbens. Et quidem nondum condita Societate, eiusdem coenobii F. Theodosio⁷, viro sanctitate ac prudentia singulari, confessus est. Post confessionem igitur, ipso laetissimae Resurrectionis Iesu Christi die⁸, confessarium Ignatius quid videatur rogat; ille, videri sibi ait Ignatium Spiritui Sancto resistere. Tum Ignatius hominem obsecrat, attentius uti rem totam expendat et Deo commendet, ac tum demum ad reliquos socios quid sentiat referat.*
 75 *Feecit ille quod rogabatur. Patribus refert, sibi videri omnino, ut Ignatius Societatis gubernationem accipiat; ille, maxima omnium gratulatione, se facturum dicit. Sextam feriam a Pascha proximam ad X Kalen. Maii constituunt, quo die et septem Urbis insigniora templa et illorum stationes obeant, et in divi
 80 Pauli, a turba vacuo et peropportuno loco, singuli professionem suam emittant; quod et factum hunc in modum est.*

66-71 In coenobio — Christi die om. || 71 Igitur confessarium ...

⁷ Nomen illi erat Fr. Theodosius a Lodi, ut dicitur recte in textu latino. De eo v. FN I 188; II 102-103. Coenobium de quo hic fit sermo vocatur *San Pietro in Montorio*, in colle Ianiculensi; incolae eius etiam nunc sunt Fratres Minores.

3. Quisieron al principio irle a la mano los padres, mas al fin fueron forçados a consolarle y a condecender con él, y tomando tiempo para de nuevo deliberar, júntanse después de quatro días otra vez, y con el mismo consentimiento y unión de voluntades tornan a elegir al mismo padre Ignacio por superior y general. El entonces, temiendo por una parte de contradiezir a todos y por otra de encargarse de peso que juzgava ser sobre sus fuerças, díxoles assí: — Yo pondré todo este negocio en manos de mi confessor, y yo le daré cuenta de los pecados de toda mi vida y le declararé las malas inclinaciones de mi alma y la malas disposiciones de mi cuerpo. Y si él, con todo esso, en el nombre de Jesu Christo nuestro Señor me mandare o aconsejare que tome sobre mí tan grande carga, yo le obedeceré —. Aquí començaron todos a reclamar, diziendo que harto entendida estava la voluntad de Dios, y apretavan al bienaventurado padre para que no los entretuviesse más con sus humildades, ni dilatasse este negocio, porque ya esto parecía querer repugnar a Dios. Mas como no le pudiessen apartar de su parecer, finalmente, que quisieron que no, huvieron de condecender en lo que él pedía.

4. Hizo su confesión general, y estuvo tres días (que fueron jueves, viernes y sábado santo) apartado de sus compañeros en San Pedro Montorio, monesterio de frayles franciscos (donde fue crucificado San Pedro), ocupado en sólo este negocio. Dio parte a su confessor, el qual era entonces un santo y grave varón de aquel convento, llamado fray Teófilo ⁷, (que después siendo ya nuestro padre general, tomó confessor de la Compañía) de toda su vida passada, y el día de Pascua de Resurrección ⁸ preguntóle qué le parecía. Responde el confessor que le parecía que en resistir a su elección resistía al Espíritu Santo. Entonces él le torna muy de propósito a rogar que lo mire de nuevo con más atención, y lo encomiende de veras a Dios, y que lo que después desto le pareciere lo escriba en un villete de su mano, y sellado lo embíe a sus compañeros. Hízolo assí el confessor y escribió el villete, en que dezía que su parecer era que el padre en todo caso se encargasse del gobierno de la Compañía. Ya entonces, con grandíssimo regozijo y aplauso de todos, dixo

⁷⁸⁻⁹⁰ el qual era — Compañía) *om.* AB || ⁸⁹⁻⁹¹ (que después — vida pasada *del.* N || ⁹⁰ tomó por confessor C || ⁹⁶ un villete] una cédula AC

⁸ « El primero día de Pascua de Flores ». FN I 19. *Eo anno fuit dies 17 aprilis.*

5. Ad divi Pauli cum pervenissent, et peccata sua confessi invicem breviter essent, Ignatius in sacello beatae Mariae⁹ (in quo sacratissimum Iesu Christi corpus tum asservabatur) rem
 85 sacram facit. Cum ad perceptionem Dominici corporis ventum est, altera illud manu in patena tenens, altera professionis formulam, ad suos conversus, vota sua iis verbis clara voce pronuntiavit:

« Ego Ignatius de Loiola promitto omnipotenti Deo et summo pontifici, eius in terris vicario, coram eius Virgine Matre
 90 et tota coelesti curia, ac in praesentia Societatis, perpetuam paupertatem, castitatem, et obedientiam, iuxta formam vivendi in bulla Societatis Domini nostri Iesu et in eius Constitutionibus declaratis seu declarandis contentam. Insuper promitto specialem
 95 obedientiam summo pontifici circa missiones in bulla contentas. Rursus promitto me curaturum ut pueri erudiantur in rudimentis fidei, iuxta eandem bullam et constitutiones »¹⁰.

6. Percepto ab Ignatio Domini nostri Iesu Christi corpore et sanguine, quinque patres alii, ante sumptionem Domini corporis, nullo ordine antiquitatis servato, professionem suam emiserunt, cuius formula sic habet. « Ego N. promitto omnipotenti Deo, coram eius Virgine matre et tota coelesti curia, ac in praesentia Societatis, et tibi, Reverende Pater, locum Dei tenenti, perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam, iuxta formam
 5 vivendi in bulla Societatis Domini Iesu et in eius Constitutionibus declaratis seu declarandis contentam. Insuper promitto specialem obedientiam summo pontifici circa missiones in bulla contentas. Rursus promitto me obediturum circa eruditionem puerorum in rudimentis fidei iuxta eandem bullam ».

88 pronuntiavit

⁹ Haec imago, opere musivo facta, servatur adhuc in Basilica S. Pauli. Eam expressam vide in fronte nostri primi voluminis FN; de imagine et de sacello ubi servatur vide ib. 20¹¹. De sociorum professione v. CASTELLANI,

que lo haría, y señalaron el viernes siguiente después de Pascua de Resurrección (que fue día de los santos papas y mártires Sotero y Cayo, a ventidos de abril) para visitar las Siete yglesias, que son las estaciones principales de Roma, y en la yglesia de San Pablo, que es una dellas, apartada del ruido de la gente y de gran devoción, hazer todos su profesión; lo qual se hizo desta manera. 5

5. Como llegaron aquel día a San Pablo, se reconciliaron todos, confessándose brevemente unos con otros, y el b. padre Ignacio dixo la Missa en la capilla de Nuestra Señora ⁹, donde entonces estava el santíssimo Sacramento. Llegando el tiempo de recibir el cuerpo del Señor, teniéndole en su patena con una mano y con la otra su profesión escrita, se bolvió a los padres y en boz alta dixo desta manera :

« Yo, Ignacio de Loyola, prometo a Dios todopoderoso y al sumo pontífice su vicario en la tierra, delante de la Santísima Virgen y Madre María y de toda la corte celestial y en presencia de la Compañía, perpetua pobreza, castidad y obediencia, según la forma de vivir que se contiene en la bula de la Compañía de Jesús, Señor nuestro, y en las Constitutiones, así las ya declaradas, como las que en adelante se declararen. Y también prometo especial obediencia al sumo pontífice quanto a las misiones en la misma bula contenidas. Iten prometo de procurar que los niños sean enseñados en la dotrina christiana, conforme a la misma bula y constituciones ». 15 20 25

6. Tras esto recibió el Santissimo Sacramento del cuerpo y sangre de Christo nuestro Señor. Luego los otros padres, sin guardar orden ninguno de antigüedad, hizieron su profesión, en esta forma : « Yo, fulano, prometo a Dios todopoderoso, delante de la Virgen sacratíssima su Madre, y de toda la corte celestial, y en presencia de la Compañía, y a vos, Reverendo padre, que tenéis el lugar de Dios, perpetua pobreza, castidad y obediencia, según la forma de vivir contenida en la bula de la Compañía de Jesús, y en las Constitutiones, así declaradas, como las que se han de declarar adelante. Y más, prometo especial obediencia al sumo pontífice para las misiones contenidas en la dicha bula. 30 35

2-3 día — Cayo *om.* AC, *qui habent*: que era 22 de Abril || 4-6 en la yglesia — hazer todos *corr. autogr.* in M *ex* para hazer todos en la iglesia de Sant Pablo, templo apartado en Roma || 12 su patena] la patena AC || 29 fulano *autogr.* in M

G., *La solenne professione di sant'Ignazio e di cinque dei primi compagni in S. Paolo fuori le mura (22 aprile 1541)* in: AHSI 10 (1941) 1-16.

¹⁰ Textum latinum vide etiam in FN I 20-21 et MI *Const.* I 67-68.

10 7. Re divina confecta sacrisque illius templi locis pie sancte-
que obitis, ad aram maximam, sub qua beatissimorum Petri et
Pauli, Apostolorum principum, ossa condita sunt ¹¹, patres con-
sistunt; ibi mutuo sese amanterque complectuntur, animos suos
magis devinciunt, et summa devotione ac pietatis ardore, pro-
15 fluentibus lachrymis, Deo Opt. Max. gratias agunt, quod quae
ipse inchoasset, dignatus esset perficere, quodque diem illum vi-
dere ipsis licuisset, quo se holocaustum in odorem suavitatis ad-
mittere, et ex tot provinciis collectos homines, in unum corpus
coalescere voluisset ¹².

20 8. Porro Magister Ioannes Codurius eo die singularem quan-
dam atque eximiam devotionem sensit, et usque adeo vehementem
Dei consolationem, ut illam, quominus effervesceret et foras erum-
peret, nulla ratione cohibere posset. Itaque illum per vias ambu-
lantem audiebamus, magnis vocibus complentem coelum et ad
25 Dominum sic clamantem ut, prae affectus magnitudine, dirumpi
omnino videretur; quasi se ex custodia hac brevi educendum ani-
mo praesagiret. Nam hoc ipso anno, qui primus ex decem post
Ignatium professionem emiserat, primus omnium ad 4 Kal. Sep-
tembris decessit e vita ¹³. *Hic pater* in Provincia, oppido Sein ¹⁴,
30 ipso natali die D. Ioannis Baptistae natus, ipso mortis eius die,
eademque aetate qua ille, mortuus est, cum ipso quoque B. Ioan-
nis natali die sacerdotii dignitatem adeptus fuisset. Vir *fuit* in
audiendis confessionibus apprime exercitatus, tractandisque pro-
ximorum animis et ad pietatem promovendis efficax, prudentia-
35 que singulari; ex qua re magnam apud summos viros auctoritatem
erat consequutus. Eius mortui anima coelum intrare cuidam pre-

29 Hic pater] qui || 32 fuit *om.* || 35 auctoritatem

¹¹ Sub altare confessionis, in Basilica S. Pauli, adest sepulchrum S. Pauli apostoli.

¹² In processu toletano haec Ribadeneyra testatus est: « Articulata esse vera, eo quod ipse testis eo tempore erat in Societate, et comitatus fuit Patres visitantes 7 Ecclesias; et ipse praeparavit illis prandium apud Sanctum Ioannem Lateranum, cum esset valde sero; et ideo deponit de visu ». *Scripta*, II 875.

Y también prometo de obedecer en lo que toca a la enseñanza de los niños, según la misma bula ». Después de aver leydo cada uno su profesión, comulgó de mano de nuestro B. P. Ignacio.

7. Acabada la Missa y visitados los santos lugares de aquel templo con mucha devoción, vanse los padres al altar mayor, en el qual están seputados los huessos sagrados de los gloriosos príncipes de la Yglesia, San Pedro y San Pablo¹¹. Allí se abrazaron con grande amor y abundancia de lágrimas que todos derramavan de puro gozo espiritual y devoción fervorosa, dando infinitas gracias a la suma y eterna magestad de Dios porque avía tenido por bien de llegar al cabo y perficionar lo que él mismo avía començado. Y porque les avía dexado ver aquel día tan desseado, en que los avía recebido en holocausto de suave olor, y dádoles gracia que unos hombres de tan diversas naciones fuessen de un mismo coraçón y espíritu y hiziessen un cuerpo con tan concorde unión y liga, para más le agradar y servir.

8. No quiero dexar de dezir la extraordinaria y excessiva devoción que el Maestro Juan Coduri sintió aquel día, con tan vehemente y divina consolación, que en ninguna manera la podía reprimir dentro de sí, sino que a borbollones salía fuera. Yo anduve con los padres aquel día y vi lo que passó¹². Yva delante de nosotros Juan Coduri en compañía de Laynez por aquellos campos; oíamosle henchir el cielo de suspiros y lágrimas; dava tales bozes a Dios, que nos parecía que desfallecía y que avía de rebentar por la grande fuerça del afecto que padecía, como quien dava muestras que presto avía de ser liberado desta cárcel del cuerpo mortal. Porque en este mismo año de 1541, en Roma, el que fue el primero que hizo la profesión después de nuestro B. P. Ignacio, fue también el primero de los diez que passó desta vida, a los ventinueve de agosto, día de San Juan degollado¹³. Nació en Proença, en un pueblo llamado Sein¹⁴, y nació día del glorioso San Juan Bautista; fue ordenado de Missa el día mismo de su nacimiento, murió el día de la muerte deste bienaventurado precursor, y murió de su misma edad. Fue en oyr confessions (para los pocos años que fue sa-

38 Después] Y assi después AC || 38-39 Después de — Ignacio *autogr. in M* || 60 desfallecía y *autogr. in M* || 68 Seyn AE || 71-72 para — sacerdote *autogr. in marg. M*

¹³ Cf. MI *Epp.* I 406-407; ORLANDINI, *Hist. Soc. Iesu* p. I, l. III, n. 19.

¹⁴ Seyne, in diocesi Ebredunensi (Embrun), nunc Aquensi (Aix en Provence).

canti conspecta est, clarissima gloriae circumfusa luce angelorum-
que permixta choris, *quod Ignatius ad Fabrum scripsit*. Qua vero
hora mortuus est, ipsemet Ignatius, qui ad D. Petri Montorii
40 pro illo sacrificaturus pergebat, in ponte Xisti repente quasi
horrore quodam perfusus restitit, et ad comitem suum *Baptistam
Violaem, qui adhuc vivit*¹⁵, conversus: — Ioannes (inquit) Co-
durius, iam vita excessit —¹⁶.

IGNATII GENERALATUS INITIA

CAPUT II

9. Praepositi generalis munere suscepto, ea Ignatius coepit
graviter constituere, quae tum ad universae Societatis adminis-
5 trationem, tum etiam ad domesticam disciplinam pertinerent. At-
que ut quo altius ascenderat, eo se gereret submissius, exemplo-
que suo omnes ad verae humilitatis studium provocaret, culinam
statim est ingressus, in eaque permultos dies, et coquum agere,
et alia vilia ministeria domestica obire caepit, tam accurate ac
10 serio, ut quasi novitius aliquis, sui tantum profectus causa fa-
cere videretur. Et quoniam per occupationes (quae multae quo-
tidie et magnae illi occurrerant) libere atque integre eiusmodi
officiis vacare non poterat, ita tempora dividebat, ut et negociis
gravioribus adesset, et culinae tamen non deesset.

38 Quod — scripsit om. || 39 Montorii e 1^a lat, Monototii 2^a lat. || 41-42 Bap-
tistam — vivit om.

15 P. Ioannes B. Viola mortuus est Mediolani, die 18 aprilis 1589.
Hist. Soc. 42, f. 86v.

17 In testimonio de Ignatii sanctitate, dato a. 1595, dicit Rib. se hoc
audivisse a P. Viola a. 1570, dum ambo essent in urbe Genua (Genova).
MI Scripta II 157. Cf. ib. 584. Iisdem fere adiunctis dicitur Ignatium
praedixisse sanationem Stephani Baroello. DA n. 17 (II 330-331); cf. *Lain*.

cerdote)¹⁶ muy exercitado y eficaz, y diestro en tratar y mover los próximos a la virtud, y hombre de rara prudencia; por lo qual avía venido a ser mui bien quisto y a tener grande autoridad con personas principales para las cosas de Dios. Vio entrar 75 en el cielo el ánima deste padre, rodeada de una claríssima luz entre los coros de los ángeles, una persona devotíssima que a aquella hora estava en oración, que assí lo escribió nuestro padre Ignacio al padre Pedro Fabro. Y yendo el mismo padre Ignacio a dezir Missa por él a San Pedro Montorio (que está 80 de la otra parte del río Tibre), llegando a la puente que llaman de Sixto porque la edificó o reparó el Papa Sixto IIII, al punto que acabó de espirar Juan Coduri, se paró nuestro B. Padre, como salteado de un súbito horror que derrepente le dio, y bolviéndose a su compañero, que era el padre Juan Bautista 85 Viola (que me lo contó a mí)¹⁶ le dixo: — Passado es ya desta vida Juan Coduri —¹⁷.

COMO NUESTRO BIENAVENTURADO PADRE IGNACIO
COMENÇÓ A GOVERNAR LA COMPAÑIA

CAPÍTULO II

9. En recibiendo el cargo de prepósito general, luego començó nuestro B. P. a tratar con mucho peso, assí las cosas 5 que pertenecían a la Compañía universal, como las que tocavan al buen gobierno de aquella casa de Roma. Y por humillarse él y abaxarse tanto más quanto en más alto estado Dios le avía puesto, y para provocar a todos con su exemplo al desseo de la verdadera humildad, luego se entró en la cocina, y en ella por 10 muchos días sirvió de cozinero y hizo otros oficios baxos de casa, y esto con tantas veras y tan de propósito, como si fuera un novicio que lo hazía por solo su aprovechamiento y mortificación. Y porque por las ocupaciones que cada día se le ofrecían, muchas y muy grandes, no podía libremente del todo darse a estos 15 oficios de humildad, de tal manera repartía el tiempo, que ni faltava a los negocios más graves, ni dexava los que tocavan a la cocina.

⁷⁹ padre] maestro A. || 81-82 que llaman — Sixto IIII *autogr.* in M, o reparó *add. sup. lin.*

n. 57 (I 136). Ut dicit Rib. in censura *Vitae* a p. Maffei conscriptae: « Primero fue la salud de Baroelo, el mes de julio, y después la muerte de Coduri, 29 de agosto del año 1541.

15 10. Deinde christianae doctrinae rudimenta tradere exorsus
est, et pueros instituere, quod in templo nostro per sex et quadra-
ginta dies continenter fecit¹, plurimique ad eum audiendum ve-
niebant quotidie, neque tam pueri, quam viri et foeminae, indocti
doctique. Et cum pia potius quam docta diceret, et impolitis at-
20 que impropriis verbis uteretur, illa tamen rudia et inculta verba
fortia erant ac robusta, audientiumque animos movebant, non ad
inanem plausum atque admirationem, sed ad fletum et vitiorum
detestationem salutarem. Itaque cum finem dicendi fecisset Igna-
tius, permulti se ad sacerdotum pedes gemebundi advolvebant,
25 ita commutati animis doloreque commoti, ut prae lacrymis et
singultibus vix possent peccata sua confiteri. Quod P. Laines,
qui tum confessionibus audiendis operam dabat, mihi saepe af-
firmavit². Neque mihi tamen hoc novum aut admirabile videtur,
cum ea quae tum vidi memoria repeto. Namque memini ea ener-
30 gia Ignatium atque spiritus fervore verba facere solitum, ut fla-
grare charitate ipse et ardentem divini amoris faces quodammodo
iaculari videretur; ut etiam illo tacente, vultus ipse et totius oris
inflammatio incendere facile auditores posset, eorumque animos
quocumque vellet impellere.

35 11. *Atque ut Dei in illo loquentis virtus simulque Ignatii
humilitas suique contemptus magis eluceat, illud non praetermit-
tam. Hoc ego tempore puer eram, repetebamque postridie, quae
pridie Ignatius docuisset. Cum autem dubitarem, ne praeclaræ
sententiae, et ad mores hominum pietate conformandos maxime
40 utiles, minus contortae ferrentur obscurarenturque verborum
impropriitate, Ignatium monui, ut curam aliquam in expolienda
oratione poneret. Et ille, qua erat humilitate et incredibili mo-
destia praeditus, blande ac suaviter: — Bene (inquit) mones,
observa (amabo) diligenter me dicentem, et quicquid vitiosum
45 videbitur notato, ut me corrigas —. Feci postridie, Ignatius quod*

35-57 Atque ut — in virtute om.

¹ Ad puerorum eruditionem in rudimentis fidei procurandam sese socii adstrinxerant in formula professionis, quam v. in FN I 21. Postea in Constitutionibus statutum est, ut rectores doctrinam christianam pueros doceant per dies quadraginta. *Const.* p. IV, c. X [437].

² In DA n. 47 (II 351) dicit Rib. hoc sibi retulisse Lainium, quo tempore hic erat praepositus generalis (1558-1565). Nota Ignatium prius (a.

10. Después desto comienza a enseñar la doctrina christiana a los niños, lo qual hizo quarenta y seis días arreo¹ en nuestra yglesia, pero no eran tantos los niños quantas eran las mugeres y los hombres, assí letrados como sin letras, que a ella venían. Y aunque él enseñava cosas más devotas que curiosas y usava de palabras no polidas ni muy propias, antes toscas y mal limadas, eran empero aquellas palabras eficazes y de gran fuerça para mover los ánimos de los oyentes, no a darles aplauso y con vanas alabanças admirarse dellas, sino a llorar provechosamente y a compungirse de sus pecados. De manera que, quando él acabava su plática, muchos se yvan gimiendo y, echándose a los pies del confessor, no podían dezir sus pecados porque estaban sus coraçones tan atravesados de dolor y tan movidos, que de lágrimas y sollozos apenas podían hablar. Lo qual muchas vezes me contó el padre maestro Laynez, que en aquel tiempo confessava en nuestra yglesia². Aunque acordándome yo de lo que entonces vi, no tengo por qué tener esto por cosa nueva ni extraña. Porque me acuerdo de oyr predicar entonces a nuestro B. P. con tanta fuerça y con tanto fervor de espíritu, que parecía que de tal manera estava abrasado del fuego de caridad, que arrojava unas como llamas encendidas en los coraçones de los oyentes, tanto que, aun callando él, parecía que su semblante inflamava a los presentes, y que los ablandava y derretía con el divino amor la inflamación de todo su rostro.

11. Para que mejor se entienda la fuerça de Dios nuestro Señor que hablava en este su siervo, y la cuenta que él tenía con la humildad y con el menosprecio de sí mismo, quiero añadir que yo en este tiempo repetía cada día al pueblo lo que Nuestro Padre avía enseñado el día antes. Y temiendo que las cosas provechosas que él dezía no serían de tanto fruto ni tan bien recibidas, por dezirse en muy mal language italiano, díxelo a Nuestro Padre, y que era menester que pusiesse algún cuydado en el hablar bien; y él con su humildad y blandura me respondió estas formales palabras: — Cierto que decís bien; pues tened cuydado (yo os ruego) de notar mis faltas, y avisarme dellas para que me emiende —. Hízelo assí un día con papel y tinta,

²⁴ mal limadas *autogr. in marg.* M || 46-47 yo en este tiempo — día antes *del. N* || 49-50 díxelo a nuestro Padre y] dixit N || 52 estas formales palabras *autogr. in marg.* M

1538) praedicare solitum fuisse lingua hispana in templo S. Mariae de Montserrat sacro, dum alii socii aliis in templis italice contionabantur. *Lain.* n. 47 (I 124; cf. p. 197).

iusserat; calamo notare caepi linguae italicae errata. Porro tam multa occurrebant, ut non partem aliquam, sed totam orationem hispanismis perpurgandam iudicarem. Itaque emendatione desperata, annotare desii, et quid accidisset ad Ignatium retuli. Tum
 50 *ille, qua solebat vultus hilaritate: — Quid (inquit), Petre, faciemus Deo? — quasi diceret: nemo potest aliquid accipere, nisi ei datum fuerit desuper*³; *ego autem a bonorum omnium largitore, non plus quam quod vides, accepi; conferam tamen in eius laudem hoc quidquid est, quod ut Deo redderem, ab ipso accepi*⁴.
 55 *Itaque sermo eius et praedicatio eius, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis*⁵. *Neque enim Regnum Dei in sermone est, sed in virtute*⁶.

FRANCISCUS XAVIER IN INDIAM PROFICISCITUR,
 SIMON IN LUSITANIA REMANET

CAPUT III

12. Hoc eodem anno 1541, 7 aprilis¹, Magister Franciscus
 6 Xavier ex portu Ulyssiponensi in praetoria navi, qua Martinus
 Alfonsus Sossa *praetor*² vehebatur, feliciter in Indiam solvit. Magister autem Simon in Lusitania remansit, remanendi autem causa eiusmodi fuit. Dum idoneam in Indiam navigandi tempestatem ambo expectant, ne otiosi interim essent, pro sua consuetudine homines ad verae pietatis studium excitare incipiunt,
 10 et in his praecipuam Lusitaniae nobilitatem; et vitae exemplo piisque monitis plurimum profecerunt. Qua de causa ex aulicis viri nobilissimi regem ipsum docent, quanta in hominibus virtus ac prudentia sit, monentque secum cogitet, num in Lusitania uti-
 15 liores eiusmodi homines quam in India futuri sint. Quod nostri subodorati, ad Ignatium scribunt, quid praesentiant: vereri se, ne regis auctoritate, contra summi pontificis mandata, in Lusitania diutius haerere cogantur³.

6 praetor] prorex || 17 auctoritate

³ Cf. Io. 19, 11.

⁴ Cf. Rosephii *Promptuarium*, n. 435 (III 569).

⁵ Cf. 1 Cor. 2, 4.

⁶ 1 Cor. 4, 20.

¹ FX I 694.

² Martim Affonso de Sousa, gubernator. Vide correctionem in textu latino. Cf. FX 6887.

y vi que era menester emendar casi todas las palabras que dezía; 55
y pareciéndome que era cosa sin remedio, no passé adelante y
avisé a Nuestro Padre de lo que avía passado, y él entonces
con maravillosa mansedumbre y suavidad me dixo: — Pues, Pe-
dro ¿qué haremos a Dios? — Queriendo dezir que nuestro Señor
no le avía dado más, y que le quería servir con lo que le avía 60
dado³. Assí que sus sermones y razonamientos no eran adorn-
nados con palabras de la humana sabiduría para con ellas per-
suadir, mas mostravan fuerza y espíritu de Dios, como dize el
Apóstol San Pablo de sí⁴. Que en fin el reyno de Dios, como
dize el mismo Apóstol en otro lugar, no consiste en palabras 65
elegantes, sino en la fuerza y virtud del mismo Dios⁵ con que
las palabras se dizen, embolviéndose en ellas el mismo Dios y dán-
doles espíritu y vida para mover a quien las oyere.

COMO EL PADRE FRANCISCO XAVIER PASSÓ A LA INDIA
Y SIMÓN RODRIGUEZ QUEDÓ EN PORTUGAL

CAPÍTULO III

12. En este mismo año de 1541, a siete de abril¹, se embarcó
en Lisboa el padre Francisco Xavier en la nao capitana que 5
llevava al governador Martín Alonso de Sosa², y se hizo a la
vela, dando principio a aquella dichosa jornada de la India
Oriental. El padre Maestro Simón se quedó en Portugal, por
la causa que aquí diré. Mientras estos dos padres estaban en
Portugal aguardando el tiempo en que la armada avía de partir 10
a la India, por no estar entretanto ociosos, començaron (como
en otras partes lo solían hazer) a despertar la gente y traerla
al servicio de Dios. Y especialmente aficionar a muchos de los
más principales del reyno de Portugal, no menos con el exemplo
de su vidas que con sus pláticas y conversación familiar. Por lo 15
qual algunos señores de su corte advirtieron al rey que, siendo
aquellos padres de tanta virtud y prudencia, sería bien que Su
Alteza considerasse si por ventura serían de más provecho en
su reyno de Portugal que no en la India. Entreoyeron esto los
padres y dieron luego aviso por sus letras a nuestro padre Igna- 20
cio de lo que passava, y que temían no les mandasse quedar el
rey en Portugal, contra el orden que de Su Santidad tenían de
ir a la India³.

67-68 embolviéndose — los oyere *autogr.* in M

³ Vide epistolam datam die 8 octobris 1540: FX I 63, cf. p. 88;
Sum. n. 140 (I 237).

Ignatius cum id egisset ut pontifex rem totam intelligeret,
 20 eamque pontifex regi liberam reliquisset, eos per epistolas certiores facit, rem totam a pontifice in regem reiectam esse; itaque regi per omnia obtemperent, nullas prioris mandati religione moveantur. Sibi tamen (si rex forte scire velit, quid ipse sentiat) videri, ut Franciscus in Indiam proficiscatur, Simon in Lusitana
 35 remaneat; quod utique consilium rex probavit⁴. Haec sunt disseminatae in Lusitania et remotissimis Indiae regionibus nostrae Societatis exordia.

ALFONSUS SALMERON ET PASCHASIUS BROËTUS IN
 HIBERNIAM LEGANTUR

CAPUT IV

14. Hoc item anno Magister Alfonsus Salmeron et Magister
 5 Paschasius Broëtus, cum perampla potestate, Nuntii Apostolici a summo pontifice in Hyberniam missi sunt. Qua potestate caste prudenterque usi sunt, suoque munere functi diligenter, rudes illos et incultos populos regis Angliae potentia et vicinitate labantes, in vera religione retinere studuerunt, fidei christianae
 10 dogmata imperitis explicarunt. Pecuniam neque exegerunt unquam, neque sponte oblatam acceperunt; si quid mulctae nomine imperassent, id totum egenis tribuebatur, ipsi nihil penitus attingebant. Atque hac sobrietate vitae et moderatione, in ea provincia aliquandiu versati in Galliam redierunt, quod aditum veritatis
 15 clausum et insidias a perditis quibusdam hominibus sibi fieri comperissent, qui eorum vitam pretio anglis mercatoribus addi-

⁴ Ignatius rem ad Paulum III retulit, qui resolutionem arbitrio Ioannis III regis commisit. Ignatius proposuit id quod in Ribadeneyrae textu legitur. Cf. *Sum.* n. 141 (I 237); *Chron.* I 94; *Mon. Xav.* II 835.

13. Nuestro B. P. luego dio cuenta de todo lo que sus com-
pañeros le escrivían a Su Santidad, el qual, aviéndolo entendido, se
remitió en todo a la voluntad del rey. Y assí nuestro B. P.
les escribe que aviendo el pontífice puesto en las manos del rey
todo el negocio, ellos podían y devían obedecer a Su Alteza,
sin escrúpulo del primer mandato de Su Santidad. Mas que, si
por ventura el rey quisiese saber su parecer en esto, sería que
el maestro Francisco Xavier partiese a la India y el maestro
Simón quedasse en Portugal. Este parecer tuvo el rey por bueno,
y assí se hizo ⁴. Deste pequeño granito de trigo, que allí se sem-
bró, han nacido los manojos y fruto que, por mano de la Com-
pañía, Dios nuestro Señor ha sido servido de coger en Portugal
y en aquellas remotísimas y amplísimas provincias de la India
Oriental.

COMO LOS PADRES MAESTRO SALMERÓN Y MAESTRO PASCASIO
FUERON ENVIADOS POR NUNCIOS DE SU SANTIDAD A IRLANDA

CAPÍTULO III

14. Embió también el papa este mismo año de mil y qui-
nientos y quarenta y uno a la isla de Ibernia por sus Nuncios
Apostólicos a los padres Maestro Alonso Salmerón y Pascasio
Broeth. Dioles mui ampla potestad, de la qual ellos usaron mo-
derada y discretamente, no faltando a ninguna de las cosas que
requerían diligencia para bien exercitar su oficio. Trabajaron
mucho por sustentar en la antigua y verdadera religión católica
aquellos pueblos inorantes e incultos, que con la potencia y ve-
zindad de Enrico VIII, rey de Inglaterra, se yvan ya perdiendo
y faltando della. Declararon a las gentes las verdades católicas,
enseñándoles la falsedad contraria de que se avían de guardar.
Nunca pidieron dinero a nadie, ni lo recibieron, aunque se lo
ofreciessen voluntariamente. El de las penas en que los reos
caían, sin que llegasse a sus manos, todo lo mandavan repartir
a los pobres. Y aviéndose detenido en aquella provincia algún
tiempo, usando desta templança y moderación en su oficio, se
volvieron a Francia, porque vieron cerradas las puertas a la
verdad. Y principalmente porque supieron que ciertos hombres
perdidos tratavan de entregarlos a mercaderes ingleses y ven-
derlos por dinero, que los querían para entregarlos al rey En-

² Irlanda] a los hibernios *M ante correctionem* || ¹⁶ El de *om.* AC || ²³ para
entregarlos al *corr. autogr. in M ex* ponerlos en poder del

xerant, ut eos Henrici VIII, Angliae regis, traderent potestati, cuius ipsi, dum eo navigarent, manus divinitus effugerant ¹.

15. Certior factus de periculo summus pontifex, iusserat qui-
 20 dem ut illi se in Scotiam transferrent cum eadem potestate; sed
 cum illa provincia pessime adversus Sedem Apostolicam iam tum
 affecta esset, animique nobilium ab illius reverentia abalienati,
 inopportunos ratur pontifex, homines ad se revocavit.
 Itaque Lutetia iter in Italiam suis ipsi pedibus tenuique pecunia
 25 Apostolici Nuntii sunt ingressi. Et cum bellum in Hispaniam
 Gallia instrueret ², quasi speculatores Lugduni intercepti, in vin-
 cula coniiciuntur; a cardinalibus Turnonensi ³ deinde et Gaddio ⁴
 agniti, educuntur, et viatico equisque benigne donati, Romam ad
 Ignatium remittuntur.

30 Interea Faber cum D. Ortizio in Hispaniam hoc ipso anno
 1541 est profectus ⁵; in cuius locum Nicolaus Bobadilla, profes-
 sione aedita ⁶, in Germaniam, Pont. Max iussu, missus est. Et ut
 ex iis quae diximus perspici potest, ex quo a summo pontifice
 confirmata nostra Societas est, vix anno vertente in Italiam, Gal-
 35 liam, Hispaniam, Germaniam, Indiam atque Hyberniam dissemi-
 natam illam videre licet.

¹ De hac missione patrum Alfonsi Salmerón et Paschasis Broet v. *Lain.* n. 54 (I 134); *Sum. it.* n. 27 (I 276-277); *Epp. Broet* 23-31; *Epp. Salmeronis* I 2-15 581; *MI Epp.* I 174-181; *Chron.* I 96-99.

² Anno 1542 urbs Perpignan obsessa est a Gallis.

³ Franciscus de Tournon, ep. Bituricen. prius Ebredunen., creatus cardinalis a Clemente VII, in consistorio habito Bononiae, die 9 martii 1530. Mortuus est die 22 aprilis 1562. VAN GULIK-EUBEL, III 22.

rico de Inglaterra, de cuyas manos milagrosamente avían escapado navegando a Irlanda ¹. 25

15. Avisado del peligro en que estaban el sumo pontífice, avía mandado que se passassen al reyno de Escocia, con la misma facultad y poder de Nuncios Apostólicos. Mas después, considerando Su Santidad que ya aquella provincia estava inficionada y mal afecta contra la Sede Apostólica, y que mucha gente noble, pervertida y engañada, le avía perdido la obediencia y reverencia tan devida, pareciéndole que no era buena sazón de embiarlos, los mandó bolver para sí a Roma. Salieron de París los Nuncios Apostólicos camino de Roma, a pie y pobremente vestidos, y con harto flaca provisión de viático. Y llegados desta manera a León de Francia, los prendieron por espías y los echaron en la cárcel pública, a lo qual dio ocasión el aver entonces rompido guerra Francia con España, viniendo el Delfín Enrico con ejército poderoso a Perpiñán ², y el ver dos clérigos, el uno francés y otro español, en aquel hábito en tiempo tan sospechoso. Tuvieron noticia desta prisión los cardenales de Turnón ³ y Gadi ⁴, que a la sazón se hallaron en León, y mandáronlos sacar della; y dándoles liberalmente en qué ir y lo necesario para su camino, los embiaron muy honradamente a Roma. 30 35 40

16. Entre tanto que esto passava, en el mismo año de 1541 fue de Alemania con el doctor Ortiz a España el padre Fabro ⁵, y en su lugar partió para Alemania, por orden de Su Santidad, el padre Bovadilla, después de aver hecho en Roma su profesión ⁶. De manera que, como de lo dicho en este capítulo se colige, dentro de un año entero después que la Sede Apostólica confirmó la Compañía, ya estava esparzida por las provincias de Italia, Francia, España, Alemania, Irlanda, Portugal y la India. 45 50

38-39 viniendo — Perpiñán *autogr. in marg.* M || 41 Tornón AC

¹ Nicolaus de Gaddis, cardinalis creatus a Clemente VII die 3 maii 1527. Mortuus die 16 ianuarii 1552. Ib. p. 21.

² Ratisbonâ cesserunt, in Hispaniam directi, die 27 iulii. FN I 48.

³ Professionem emisit Romae, in manibus S. Ignatii, anno 1541 mense septembri vel paulo post, « praesente Kibadene[y]ra ». FN III 331. Cf. I 39*; II 104 333.

DE COLLEGIIS CONIMBRICENSI ET GOENSI, AC
ROMANA DOMO

CAPUT V

17. Hoc rerum statu, Ioannes III, Lusitaniae rex, ut indorum
5 saluti consuleret, misso ad indos Francisco Xavier, alios ex nos-
tris, qua ratione in annos singulos posset mittere, cogitavit, col-
legiumque nostrae Societati decrevit omnium primus instituere¹,
quod illius propagandae in *Lusitania* quasi seminarium esset.
Quare ad celebrem conimbricensem academiam a se fundatam²,
10 nostrum quoque collegium adiecit; cuius collegii propagatio et
soboles, origo reliquorum in Lusitania collegiorum est. Ad quod
quidem constituendum Ignatius ex nostris, qui et Romae erant
et Lutetiae, in Lusitaniam adolescentes aliquot virosque probatis-
simos, anno 1541 et 1542, ad Simonem misit³.

15 18. Mittebantur autem nostri id temporis ab Ignatio (ut
obiter hoc quoque dicamus) in remotissimas etiam terras, in hunc
fere modum⁴. Pedibus suis peregrinabantur, non uno omnes ha-
bitu, sed semper vili; mendicato vivebant; in hospitali pauperum
domo, ubi eius erat copia, dormiebant. Si quando vel victus ex
20 elemosyna deesset, vel lectus, tenui aliqua pecuniola se susten-
tabant, in eum ipsum finem reservata. In plateis pro loco et
tempore concionabantur; hortabantur quoscunque nacti erant ad
detestationem vitiorum, ad confessionem orationemque et verae
pietatis cultum; egredientes hospitium armabat oratio, ingredien-
25 tes excipiebat. Diebus dominicis, qui sacerdotes non erant, aut
saepius etiam confitebantur et communicabant; inter ipsos sum-
ma pax, summa concordia, et quod mirabilius est, in magnis la-
boribus magna alacritas animusque semper laetius et, prae labo-

⁸ in Lusitania] apud Indos

¹ De collegio Conimbricae condendo pro Societate cogitare coepit Ioannes III iam a. 1540, dum Franciscus Xaverius in Lusitania versaretur. Vide FX 595-596 637. De collegii origine vide ib. 645 685 688 691; EX I 48 68 86; FN I 237-238 276 278-280 294; II 105; F. RODRIGUES, *História* I/1 302-310.

² Universitas conimbricensis condita est a. 1537.

COMO SE FUNDARON LOS COLEGIOS
DE COIMBRA, GOA Y LA CASA DE ROMA

CAPÍTULO V

17. Estando las cosas de la Compañía en el estado que dicho es, el rey de Portugal don Juan el III, después de aver
5 embiado al padre Francisco Xavier a la India, con el gran cuy-
dado que tenía de la salvación de aquellas almas, trató de buscar
manera cómo cada año pudiesse embiar a ella algunos de los
nuestros, y assí se determinó de hazer un colegio de nuestra
Compañía ¹, que fuesse un seminario señaladíssimo y muy prin- 10
cipal, donde se criasse gente della en aquel reyno; y para esto
añadió este colegio a la insigne universidad de Coimbra, que
poco ante el mismo rey avía fundado ². Fue este colegio de Coim-
bra origen y principio de todos los demás que en aquel reyno
se han fundado. Para la fundación deste colegio embió nuestro 15
B. P. al Maestro Simón algunos de los más aprovechados varones
y moços que avían entrado a la Compañía y estaban en Roma
y en París; y fue esto el año de 1541 ³.

18. Pues viene a propósito, no quiero (aunque de passo) de-
xar de dezir la manera cómo en aquel tiempo embiava nuestro 20
B. P. a nuestros hermanos a tierras y provincias tan apartadas ⁴.
Yvan peregrinando a pie, y aunque no todos de un ábito, todos
pobremente vestidos. Yvan pidiendo limosna y della vivían. Re-
cogíanse a los hospitales, donde los avía. Quando no hallavan
de limosna qué comer o dónde dormir, socorríanse con algún 25
dinerillo que para este fin y para semejante necessidad llevavan
guardado. Predicavan en las plaças, según la oportunity y tiem-
po que hallavan. Animavan a todos los que topavan a la peni-
tencia de sus pecados, a la confesión y oración, y a todo género
de virtud. Saliendo de la posada, se armavan con la oración, 30
y en entrando también se recogían a ella. Confessavan y comul-
gavan los domingos, o más a menudo los que no eran sacerdotes.
Avía entre ellos suma paz y suma concordia, y tenían el ánimo
siempre regozijado. Era tan grande el desseo que tenían de tra-
bajar por Christo y tan encendido de padecer por su amor, que 35

¹⁰ señaladíssimo y muy principal *om.* A || ¹¹ della en aquel reyno *om.* A

³ FN I 276 278-280 294; II 107; *Chron.* I 94 120.

⁴ Vide, etiamsi aliquanto serius scripta sint (a. 1545-1546), documenta pro peregrinis, inter Regulas conimbricenses. MI *Regulae* 92-115.

randi pro Christo patiendique desiderio, ne de ipsis quidem longissimi itineris molestiis aut periculis cogitans. Imbecillus qui maxime in ambulando erat, antecedebat alios, ut quod ille poterat, ad id se valentiores accommodarent. Et quoniam nulla tunc collegia in via occurrebant, nullus certus locus (ignota adhuc Societate) quo nostri, si quid in via accidisset, sese recipere; illud etiam praecipiebatur ab Ignatio et servabatur diligenter, ut si quis forte morbo aliquo impeditus persequi iter non posset, pro morbi conditione, ad breve quidem tempus, reliqui omnes consisterent; sin diuturnior fore videretur, unus certe remaneret, qui ad aegrotum sublevandum videretur aptissimus. Hunc in modum illis initiis nostri Roma mittebantur ab Ignatio, et Lutetiam et in Hispaniam; hoc modo in Lusitaniam usque profecti sunt, qui collegii conimbricensis fundamenta iecerunt; qui benigne a rege accepti, dum Conimbricae res futuro collegio parantur, Ulyssippone aliquandiu commorati, domus Sancti Antonii initium etiam fecerunt⁵.

19. Sed etiam in India, simulatque Francisci Xavier virtus et prudentia tractari ab hominibus illis et agnosci coepta est, uberes protulit ex se fructus, ut suo loco dicam. Anno enim statim 1542 Goae, quae civitas regia est, et indicarum omnium, quae lusitano regi parent, metropolis, collegium quod ad alendos gentilium filios ad Christi fidem conversos atque educandos, lusitanorum liberalitate, iam tum fuerat informatum, nostris datum est, ut eorum ipsorum puerorum ad pietatem informandorum curam susciperent, et venientes suos ex Lusitania fratres exciperent, et accolas Societatem ingredi volentes probarent⁶, essetque collegium illud christianae fidei hostibus quasi propugnaculum quoddam oppositum. Multum ex humili ducta principio duo haec collegia, conimbricense et goense creverunt; nam ad 200 conim-

⁵ Antiquum monasterium S. Antonii, quo se contulit P. Simon Rodrigues cum sociis die 5 ianuarii 1542. FN I 294^{rs} et cf. ibid. 239; *Epp. Rodericii* 525-526; F. RODRIGUES I/1 281-285.

⁶ De collegio goano Sancti Pauli (S. Paulo Velho) scripsit S. Franciscus Xaverius ad S. Ignatium, die 20 sept. 1542: EX I 132-137 169. Vide FN I 295; *Mon. Xav.* II 844-846. De hoc collegio v. quid dicat *Chron.* I 201: «Non erat autem nomine Societatis admissum hoc collegium, sed

no se acordavan ni de los trabajos ni de los peligros de tan prolixos caminos. Mandávales el Padre que el más flaco y que menos podía andar fuesse delante de todos para que la regla y medida de su camino en el andar y en el parar fuesse lo que aquél podía, y los más fuertes siguiessen a los más flacos. Y 40 porque no avía entonces colegios de la Compañía en qué albergarse, y porque por no ser aún ella conocida no tenían devotos ni personas que los acogiesen en tiempo de alguna necesidad, ordenava el padre (y assí se guardava) que si alguno se enfermase en el camino, de manera que no pudiesse passar adelante, 45 se detuviessen todos con él y le guardassen algunos pocos días. Y si la enfermedad pareciesse larga, quedasse uno de los compañeros con el enfermo, y que este fuesse el que era más a propósito para servirle y regalarle, señalándole para ello el que yva por superior. Desta manera, pues, yvan los nuestros en 50 aquellos principios desde Roma a París y a España. Desta manera vinieron a Portugal los que dieron principio al colegio de Coimbra, los quales fueron del rey muy bien recibidos. Y mientras en Coimbra se aparejavan las cosas para el colegio, se detuvieron algunos días en Lisboa, y dieron también principio a 55 la casa de San Antonio de aquella ciudad ⁵.

19. Pero también en la India comenzó la Compañía a fructificar, luego que la virtud y prudencia del padre Francisco Xavier fue tratada y conocida, como lo contaremos en su lugar. Porque el año de 1542 se dio a la Compañía en Goa (que es 60 la cabeça y la más principal ciudad que tiene el rey de Portugal en la India) un colegio que estava ya fundado para criar y enseñar a los hijos de los gentiles que se convirtiessen a nuestra santa fe ⁶. Fue dado a los nuestros para que tuviessen en él 65 el cuidado de instruir a aquellos niños en la vida y doctrina christiana, y para que pudiesen acoger a sus hermanos que de nuevo les embiassen de Portugal, y también para que los que de aquella tierra quisiessen entrar en la Compañía tuviessen allí su casa de provación. Finalmente, para que fuesse aquel colegio un castillo roquero para defensa de nuestra fe contra los enemigos della. 70 De tan pequeños y baxos principios fue mucho lo que crecieron estos dos colegios, de Coimbra y de Goa, porque llega el de

³³⁻³⁹ la regla — el parar *autogr.* in M || 46 pocos de días AB || 49-50 señalándole — superior *autogr.* in marg. M || 51 *post* principios *add.* enviados de Ignacio AC

ad pueros indos instituendos et collegii curam habendam, aliquot ex nostris ibi manentes, compluribus etiam cathecumenis docendis ... ».

bricense ex nostris continet, goense ad 120⁷, et in utroque disci-
 60 plinae omnes ingenuae, quae quidem a theologo non sint alienae
 explicantur, et quicquid apud indos a nostris gestum est, quidquid
 apud iaponios, sinas, persas, aethiopes et alias *innumerabiles* na-
 tiones, veri Dei ignoratione caecas effectum, ex his duobus col-
 legiis profectum est maxime. Ex quo intelligimus collegiorum,
 65 quae in universa Societate constituta hactenus sunt, primum
 omnium tenere locum conimbricense⁸, regis Lusitaniae munifi-
 centia iam tum informatum, postea vero etiam perfectum.

20. Collegiorum dico, nam romana domus reliquae Societatis
 parens est, ex qua, ut ex matrice quadam civitate, Ignatii opera
 70 et consilio, coloniae deductae in diversas terras et propagatae
 sunt⁹. Quae quidem domus romana cum ipsa Societate nata est,
 siquidem exeunte anno 1540 templum Beatae Mariae (ut vocant)
 de Strata, Petri Codatii industria et beneficio nobis additum
 est¹⁰. *Hoc autem templum humile tunc fuit ac perexiguum, sed*
 75 *cum confluentes ad verbum Dei populos propter eius angustias*
non caperet, multis postea additamentis auctum est, atque diver-
sis temporibus varias in formas commutatum, donec anno 1568
Alexander Farnesius cardinalis, Pauli III sapientissimi pontificis
nepos, ac S. R. E. Vicecancellarius, princeps excellenti autoritate
 80 *eximiaeque prudentia, qui Societatem nostram ab ipso eius exordio*
singulari patrocinio complexus est, ut bene mereretur de suis civi-
bus atque adeo de universa Ecclesia Dei, et avi sui Pontificio
Maximi maximum in ordinem nostrum beneficium immortalitati
consecraret, et praestantem suam in nos beneficentiam testatam
 85 *reli[n]queret, templum amplum, magnificentum, pulcherrimum, a*
fundamentis excitare constituit, regio sumptu, opere praeclaro,
structura mirabili, in quo mortuus conderetur. Et quidem merito,
ut quoniam Farnesiorum familia Societatis nostrae constituendae
princeps fuit, ipse qui eiusdem familiae decus ac lumen est, in

62 innumerabiles] plerasque || 74-91 Hoc autem — locum obtineat om.

⁷ Quantum ad numerum sociorum in his collegiis degentium, notetur Ribadeneyram non mutasse ea quae scripserat in editione principe a. 1572. Iam vero pro hoc anno scimus collegium goanum 123 membra, conimbricense vero 160 numerasse. LUKÁCS, *De origine collegiorum externorum*, pp. 108 109. Collegium conimbricense fundatum fuerat ad plus quam 150 socios alendos, quem numerum iam attigit circa annum 1551. FN I 276 294.

Coimbra a tener más de dozieutas personas y el de Goa a ciento y veinte⁷, y en el uno y en el otro se enseñan públicamente todas las disciplinas y artes liberales que a un teólogo suelen ser necessarias. Assí que podemos dezir con verdad que a estos dos colegios se deve casi todo el fruto que con la divina gracia ha cogido la Compañía en Japón y en la China, en la Persia, en la Etiopía y en muchas otras naciones ciegas, por estar sin el conocimiento verdadero de Dios. Y de lo dicho también se saca que de todos los colegios que en la Compañía hasta aora se han fundado tiene el primer lugar el de Coimbra⁸, començado entonces y después acabado con la liberalidad y grandeza del serenissimo rey de Portugal, don Juan el tercero.

20. De los colegios digo que este es el primero, porque la casa de Roma es la madre de toda la Compañía, de la qual, como de primer principio y cabeça, por la industria y buen gobierno de nuestro B. P. Ignacio nacieron todos los otros que, como colonias, se fueron multiplicando y estendiendo por tan diversas naciones y tierras⁹. La qual casa de Roma podemos dezir que nació juntamente con la misma Compañía y en un mismo tiempo, pues al cabo del año de 1540 nos fue dado por la buena diligencia y caridad del padre Pedro Codacio el templo que llaman de Nuestra Señora de la Estrada, que era parroquia¹⁰. El qual, quando se nos dio, era muy pequeño y angosto, y después, no pudiendo caber en él la mucha gente que concurría a oyr la palabra de Dios, se fue ensanchando con varias traças y añadiduras. Hasta que el año de 1568 Alexandro Farnesio, cardenal y vicecanciller de la Santa Yglesia Romana, príncipe de grande autoridad y prudencia, nos començó a hazer un templo sumptuosissimo, de una traça y obra maravillosa, para su enterramiento, pareciéndole que, pues desde el principio de la Compañía él avía sido singular patrón y protector, que era bien llevarlo con esta obra tan señalada adelante. Y demás de adornar con ella su ciudad y hazer este común beneficio, assí a los ciuda-

⁷ don Juan el tercero *autogr. in marg.* M || 78 China] India N || 83 acabado] de dotar *add.* N

⁸ Intellige de collegiis pro scholasticis Societatis. Primum enim pro alumniis etiam externis (si excipias goanum, de quo v. annot. 6), fuit gandense, anno 1547 fundatum. Vide FN II 206-207.

⁹ De origine domus romanae Societatis v. praecipue FN III 175-182 716-717 et auctores ibi allatos.

¹⁰ Ib. 178. Bulla, qua templum illud Societati tradebatur, data est 18 nov. 1540. Eius textus in MI *Const.* I 69-77.

90 *eo templo atque in ea professorum domo, quae ipsius Societatis caput ac parens est, principem locum obtineat.*

21. Anno vero 1543 templum sancti Andraeae peropportunum ac propinquum, opera ac studio Philippi Archinti Seleuciarum episcopi, ac summi pontificis tunc in alma urbe vicarii et de
 95 *universa Societate optime meriti, ipsius pontificis summi decreto adiunctum est*¹¹. *Nam Philippus, iussu pontificis maximi, cum obiret Urbis omnes Ecclesias ac lustraret, ut earum sacra tecta tueretur, et ea quae ad cultum earum atque ornatum pertinerent, in D. Andraeae templum incidit, curam quidem animarum ha-*
 0 *bens, sed a pastore suo desertum, et foeminae custodiae commissum. Cuius rei indignitate permotus pontifex, eiusdem Philippi monitu, illud nostris decrevit adiungere, qui in vicino Beatae Mariae templo, omni pietatis officio, romanum populum ad bene beateque vivendum excitabant. Paucis post diebus, huic pontificis*
 5 *decreto reclamatum a multis est. Sed Archintus, vir prudens atque acris animi, magnique eorum conatibus vehementer restitit, et verissimis gravissimisque rationibus persuasit pontifici, ratum uti suum decretum haberet, nostrisque in tradita iam possessione permanere liceret. Itaque hoc ipso in templo D. Andraeae domus,*
 10 *quam incolimus, anno 1543 aedificari caepta est*¹². *Porro animarum cura utriusque templi, Sanctae Mariae de Strata et Sancti Andraeae, ne impedimento nostris esset, auctoritate pontificis cum redditibus in ecclesiam Sancti Marci vicinam ac percelebrem translata est*¹³.

96-9 Nam Philippus — Itaque hoc *om.* || 10 anno 1543 *om.* || 10-14 Porro animarum — translata est *om.*

¹¹ Philippus Archinto, patritius mediolanensis, episcopus Burgi Sancti Sepulchri (Borgo San Sepolcro) et Urbis vicarius. I 298⁴⁹; III 178 427¹⁸⁴ 517 754.

¹² Anno 1543 domus Societatis aedificari coepta est in area suppressae ecclesiae Sancti Andraeae, Sanctae Mariae della Strada vicinae. De tota

danos como a los extranjeros, quiso que quedasse perpetuada la memoria de la merced que en su primera confirmación la Compañía y toda la christiandad en ella avía recibido de Dios nuestro Señor por mano del sumo pontífice Paulo III, cabeça de su casa y familia. Y cierto que era justo que, pues la casa Farnesia 10 fue la primera que estableció y fundó la Compañía, que este ilustríssimo cardenal, que fue ornamento y honra de su casa, tuviesse su asiento y primer lugar en aquella casa e yglesia de la misma Compañía, que es madre y cabeça de todas las demás.

21. También el año de 1543 nos añadieron a la iglesia de 15 Santa María de la Estrada otra, junto a ella, que se llamava San Andrés, que por su vezindad nos venía muy a propósito, y esto por mandado de Su Santidad, procurándolo y negociándolo Filipino Archinto, obispo de Seleucia y vicario del papa en la ciudad de Roma¹¹; lo qual passó desta manera. Visitava el 20 vicario Archinto todas las yglesias de Roma por orden de Su Santidad, y viniendo a la yglesia de San Andrés, que era también parroquia, hallóla desamparada de su cura y encomendada a una muger. Supo esto el pontífice, y enojándose de tan grande desorden (como era razón), determinó, por aviso del vicario, de 25 dar esta yglesia a los nuestros, que en la yglesia de Santa María de Estrada allí junto confessavan y predicavan con notable concurso y fruto de la ánimas. Hízose assí, y aunque después no faltó quien lo contradixesse, todavía passó adelante la voluntad y determinación del pontífice, y se dio la posesión della a la 30 Compañía, y començóse el mismo año a labrar en ella la casa en que aora vivimos en Roma. Y porque la cura de las almas no nos fuesse estorvo, como cosa agena de nuestro instituto, se traspasó la de la una yglesia y de la otra, con todas sus rentas y provechos, a la yglesia de San Marcos, que está allí cerca, y es 35 muy antigua y principal parroquia en Roma¹².

7 en su primera confirmación *autogr. in marg.* M || 11 fue] es AC || 12-13 tuviess] tenga AC || 36 *post* parroquia en Roma, *haec quae sequuntur deleta sunt in M*: Y para que quedara la memoria perpetua desta translación, se hizo en S. Marcos una capilla de S. Andrés de la Frata que así se llamaba la iglesia que se nos dio. Mas el cura, que estaba en Plasencia de Lombardia, queriendo dar mejor cobro a la renta de su iglesia que había dado a sus ovejas, sabiendo lo que pasaba, partió luego con mucha priesa para Roma, y murió casi súbitamente en el camino.

haec re v. documentum *Origine della Casa professi di Roma*, editum in FN III 175-182. Vide etiam FN I 40*.

¹³ Ita factum est per Breve *Dudum postquam*, datum a Paulo III die 5 aprilis 1549. I 46*. Cf. WICKI, *Pfarrseelsorge und Armut der Professhäuser ...* AHSI 11 (1949) 69-82.

PATAVINUM COLLEGIUM

CAPUT VI

22. Per idem tempus, Republica Veneta postulante, anno
 1542 missus a summo pontifice Venetias est P. Iacobus Laines,
 5 ut pietatis quaedam opera promoveret¹; qui cum strenue suo
 fungeretur munere, in Andraeam Lippomanum, ecclesiae Sanc-
 tissimae Trinitatis priorem, virum patricium ac religiosum incidit,
 ad eumque ipsius rogatu divertit. Qui domestica consuetudine,
 mores Iacobi ingeniumque perspiciens et Societatis nostrae insti-
 10 tutum intelligens, ita permotus est, ut de extruendo patavino
 collegio statim cum Iacobo ageret. Habebat enim Patavii etiam
 prioratum Divae Magdalенаe, ordinis hospitalis Sanctae Mariae
 Theutonicorum, olim in expeditione christianorum contra Turcas
 a Germanis constitutum; quem in collegii Societatis institutio-
 15 nem conferre decrevit, et dum res a summo pontifice impetratur,
 aliquot ex nostris alere, ut non solum futuri beneficii spe, sed
 praesentis etiam utilitate frueretur. Itaque Roma missi Patavium
 ab Ignatio sunt anno 1543 qui cum Ioanne Polanco, et Andraea
 Frusio (iam tum in patavinae academia studiis literarum operam
 20 dantibus)² sese coniungerent, et collegii fundamenta ponerent.
 Anno deinde 1546 impetratus a Paulo III, pontifice maximo,
 prioratus est, ac Sedis Apostolicae auctoritate collegii usibus in
 perpetuum consecratus³.

23. Sed anno 1548 nostris, ut in possessionem mitterentur,
 25 a Senatu Veneto petentibus, quidam sanguine priori Andraeae
 maxime coniunctus vehementer obstabat⁴; et ut erat senatoria

7 patritium || 21 1546] 1544 || 22 auctoritate

¹ FN I 134; *Lain. Mon.* I 19-40; SCADUTO, 132.

² Andreas Frusius et Ioannes Alfonsus de Polanco primi recensentur in catalogo collegii patavini, confecto, ut videtur, anno 1545, et quidem ante adventum Ribadeneyrae. Hic Româ profectus est cum Elpidio Ugolletti et Iacobo Salmerón die 8 octobris, et Patavium pervenit die 23 dicti mensis et anni. *Rib.* I 48; LUKÁCS, *Le catalogue modèle du P. Lainez (1545)*, in *AHSI* 26 (1957) 57-66.

COMO SE FUNDÓ EL COLEGIO DE PADUA

CAPÍTULO VI

22. Por el mismo tiempo, a instancia de la Señoría de Venecia, fue el padre Maestro Laynez embiado por el sumo pontífice a aquella ciudad el año de 1542, para que endereçasse y llevasse adelante ciertas obras de caridad que allí se començavan¹. Del qual (como hiziesse escogidamente su oficio) tuvo noticia Andrés Lippomano, prior de la yglesia de la Santíssima Trinidad, persona ilustre en sangre y de gran fama de virtud y christiandad; y por sus importunos ruegos se fue el padre Laynez a posar a su casa. Fue tanto lo que de su trato y de su vida el prior se edificó, y tanto lo que se pagó de su ingenio y de todo el instituto de la Compañía quando lo entendió, que luego trató con él de hazer un colegio della en Padua, porque también tenía en aquella ciudad otro priorado, que llamavan de la Madalena que era de la orden y hospital de los cavalleros de Santa María de los Teutónicos instituída antiguamente de aquella nación quando passavan a la conquista de la Tierra Santa los alemanes. Este priorado determinó Lippomano de dar para la fundación del colegio, y mientras se impetrava de la Sede Apostólica la unión del priorado, quiso sustentar en aquella ciudad algunos de los nuestros, por gozar, no solamente de la esperança del fruto venidero, mas también del provecho presente. Y assí, el año de 1543, embió nuestro B. P. Ignacio desde Roma algunos hermanos a Padua para que se juntassen con Juan de Polanco, español, y Andrés Frusio, francés, que ya estudiavan en aquella universidad², y echassen los cimientos de aquel colegio. Y el año de 1546 se alcançó del papa Paulo III lo que se desseava, y por sus letras apostólicas se unió aquel priorado a la Compañía³.

23. Mas después, el año de 1548, pidiendo los nuestros a la Señoría de Venecia que los pussiesse en la possessión dél, un cavallero, hermano del prior Lippomano⁴, que pretendía el priorado para un hijo suyo, lo procuró estorvar con todas sus fuer-

¹ 16 Magdalena AC || 26 español, francés *autogr.* in M || 32-33 un hermano — Lipomano del. N || 33-34 que pretendía — suyo *autogr.* in marg. M

² Textus bullae, datae die 6 aprilis 1546, editus invenitur apud TACCHI VENTURI, *Storia*, II/2 664-668.

⁴ Ioannes Lippomanus, Andreae frater FN II 353; MI *Epp.* II 224-225; TACCHI VENTURI, *Storia*, II/2 315.

dignitate et opibus inter suos praestans, facile Iacobo Laini et Alfonso Salmeroni rem curantibus, advenis ignotisque hominibus et pauperibus negotium exhibebat ⁵. Accidit etiam ut aliquando
³⁰ in senatum ingressi, ut suae postulationis rationem exponerent, pene exhiberentur, quod illo Patrum consessu, homines specie habituque contemnendi, indigni viderentur. Sed silentio tandem impetrato, causaque ab Iacobo perorata, magna omnium consurrectio facta est, et perhonorifica compellatio, cum in homine
³⁵ prudentiam et dicendi vim modestiamque admirarentur. Sed cum difficultates perrumpere nostri non possent, neque adversarii potentissimi consiliis obsistere, ad Ignatium Laines scripsit quo loco res esset, petiitque ut ad illam conficiendam felicemque exitum a Domino impetrandum, sacratissimum Missae sacrificium
⁴⁰ offerre Deo dignaretur ⁶. Fecit Ignatius quod rogabatur ipso die natali Beatae Mariae, Iacoboque rescripsit: Feci quod rogasti; esto bono animo, nec te haec res sollicitum habeat, sed confectam puta ⁷. Nec fefellit eventus. Octavo post sacrificium die, frequens Senatus ea de re habitus est, et omnibus omnium fere sententiis
⁴⁵ possessio nostris adiudicata ⁸. Permirus autem illius Reipublicae peritis videbatur et inusitatus tantus frequentissimi Senatus, pro peregrinis, adversus civem consensus. Atque ut eiusmodi eventus Deo non hominibus tribueretur, quo die relatum ad Senatum de hac re est, probatissimi Senatores, qui nostras partes agebant,
⁵⁰ eo die in Senatum non venerunt: ne quid homines sibi de divina laude decerperent, et nos non hominibus, sed Deo niti disceremus, qui etiam salutaria effecit, quae in perniciem ab adversariis parabantur. Nam cum iactata de nobis, qui in collegio patavino

33 caussaque

⁵ Vide narrationem in DA n. 52 (II 353-354); LM I 91-94; *Chron.* I 273-274; SCADUTO, 144.

⁶ Litteras dedit 26 aprilis, 5 maii, 21 iulii. Vide *Lain. Mon.* I 90-97.

⁷ Verba Ignatii fuerunt: « Estad quieto y con todo sosiego de vuestra ánima, y proceded adelante sin cansaros y sin pensar de sallir de Venecia asta venir al fin de lo que se pretende en el Señor nuestro, que su Divina Majestad hará el todo y la justicia hará su lugar, a mayor gloria divina ». Litterae datae 8 sept. 1548: *MI Epp.* II 226.

⁸ Consilium dictum *Consiglio di Pregadi* erat corpus consultivum, legislativum et iudicarium Reipublicae Venetae, institutum a. 1229. Eligebatur a membris sic dicti *Maggior consiglio*.

⁹ Vide acta Senatus Veneti dici 15 sept. 1548, a nobis transcripta in FN II 354-455, in annotatione.

¹⁰ Hi non interfuerunt: « expulsis propinquis », *ib.* 355.

zas, y como senador que era en aquella República y tan principal, dava bien en qué entender a los padres Laynez y Salmerrón, que de parte de la Compañía tratavan el negocio⁵. A los quales, como a hombres advenedizos y pobres, les acaeció una vez que, entrando en el Senado para dar razón de su demanda, como tenía tanta parte en él este cavallero, tanta burla hizieron dellos, que no faltava sino silvarlos y patearlos. Mas después que se sossegaron, habló el padre Laynez de tal manera que, acabado su razonamiento, se levantaron en pie todos los senadores y los saludaron con muestra de mucha cortesía, maravillados no menos de la prudencia y eficacia en el dezir, que de la modestia y humildad del orador. Hallavan todavía grandes dificultades, porque los contrarios eran muy poderosos y el negocio en sí era arduo y odioso en aquella república, y assí teniéndolo ya casi por desahuziado y no viendo ninguna buena salida en él, escribió Laynez a nuestro padre Ignacio en qué términos estava, pidiéndole que, para que nuestro Señor le diesse buen successo, dixesse una Missa por aquel negocio, porque él no hallava otro remedio⁶. Dixo el padre la Missa, como se le pedía, el mismo día de la Natividad de Nuestra Señora, y acabada, escribió a Laynez: Ya hize lo que me pedistes; tened buen ánimo y no os dé pena este negocio, que bien le podéis tener por acabado como desseáis⁷. Y assí fue, porque ocho días después que se dixo la Missa, que fue la octava del Nacimiento de Nuestra Señora, se juntó sobre este negocio el Consejo, que en Venecia llaman Pregay⁸, y conformándose los votos de casi todos los senadores, se mandó dar la possessión a los nuestros⁹. Espantáronse mucho los hombres pláticos de aquella república, y tuvieron por cosa maravillosa y nunca vista que, contra un ciudadano cavallero y tan principal, en junta de casi dozientos y cinquenta senadores, y entre ellos de tantos parientes¹⁰ y amigos suyos, huviesen tenido tanta parte unos hombres pobres, forasteros y extraños, porque solos tres¹¹ votos tuvo él en su favor. Y para que este successo no se pudiesse atribuir a los hombres sino a Dios, el día que esto se determinó en el Senado, no vinieron a él los

⁴⁰ como tenía — cavallero *autogr. in marg.* M || 59-60 que — Pregay *autogr. in M* || ⁶⁷ porque — favor *autogr. in marg.* M

¹¹ E 157 suffragiis, 143 fuerunt « de parte »; 2 « de non »; 12 « non sinceri ». Ibid. Coincidit Lainez in epistula ad S. Ignatium, data die 22-IX-1548: *Lain Mon.* I 99 et cf. *Chron.* I 273.

eramur¹², multa ab adversariis essent, ut nos in periculi suspi-
 55 cionem adducerent, Senatus decreto in nostram vitam inquisi-
 tum diligenter est, eaque a quibus mandatum erat, inventa, et
 scripta sunt ad Senatum, quae nos suspicione liberarent, et So-
 cietatem nostram probitatis testimonio commendarent¹³.

24. Eodem anno 1542 in *Galliam* Belgicam nostri, non tam
 60 sua voluntate, quam necessitate quadam, sunt ingressi. Nam cum
 bellum inter Carolum V imperatorem, et Franciscum, Galliarum
 regem repente exarsisset, hispani omnes flandrique, qui in Gallia
 versabantur, Gallia excedere iussi sunt; quo tempore, quindecim
 sexdecimve de Societate, partim itali, partim hispani, Lutetiae
 65 Parisiorum literis dabamus operam. Ex quibus, ut regio edicto
 satisfaceret, italibus Lutetiae remanentibus, hispani in Belgicam ami-
 cam provinciam, duce Hieronymo Domeneco ac moderatore pro-
 fecti, et studia in lovaniensi academia sumus prosequuti¹⁴. Ibi
 vero tantum exemplo a nostris et Francisci Stradae latinis con-
 70 cionibus effectum est, ut multi studiosi egregiique adolescentes et
 viri doctrina atque autoritate nobiles, nostrum institutum avide
 arriperent; quos Magister Petrus Faber, ab Hispania reversus, et
 superiore Germania in inferiorem descendens¹⁵, suis consiliis

58 commendarent || 59 Galliam om. || 70 est om.

¹² Ribadeneyra remansit Patavii a 23 octobris 1545 ad finem augusti 1549. *Rib.* I 48-51.

¹³ Dux Franciscus Donato iussit Bernardum Navagero, praetorem (po-destà) patavinum, Societati possessionem prioratus dare. Vide documenta apud TACCHI VENTURI II/2, 677-679.

¹⁴ Cf. FN I 278-279; cf. II 105.

¹⁵ Petrus Faber pervenit Lovanium die 18 oct. 1543, ubi per duos

senadores que más favorecían nuestra causa. Y también para 70
 que nosotros aprendiésemos a no estrivar ni poner nuestras es-
 peranças en las criaturas, sino en Dios nuestro criador. El qual,
 aun convirtió en bien y favor de sus siervos lo que los contrarios
 tomaron por medio para nuestro mal. Porque, como se huvies-
 sen dicho muchas cosas de los que en el colegio de Padua en- 75
 tonces vivíamos¹², y los adversarios huviessen por todas las vías
 procurado hazernos sospechosos y odiosos a aquella república,
 por decreto del Senado se vino a hazer con mucho examen inqui-
 sición de nuestra vida, doctina y costumbres, y quiso nuestro
 Señor por su bondad (sin saberlo nosotros) que los que fueron 80
 a tomar la información la hallaron de manera que escribieron
 al Senado, lo que bastó no solamente para librarnos de toda sos-
 pecha, pero para tener entero crédito de la virtud y verdad que
 trata la Compañía. Y esto fue grande parte para que se tomasse
 la resolución que se tomó y se nos mandasse dar la posesión¹³. 85

24. Y para tornar al año de 1542 de que començamos a
 tratar, este mismo año de 1542 entraron los nuestros en Flandes,
 no tanto por su voluntad quanto por una necesidad que se ofre-
 ció. Porque, como repentinamente se huviesse encendido la guerra
 entre el emperador Carlos quinto y el rey de Francia, Francisco, 90
 fueron echados de Francia todos los españoles y flamencos que
 en ella estaban. Hallámonos a la sazón en París quinze o de-
 ziseis de la Compañía, parte españoles, parte italianos, de los
 quales, para cumplir con los editos reales, quedándose en París
 los italianos, los españoles huvimos de salir a Flandes (por ser 95
 provincia del emperador y la más vezina y segura), llevando por
 nuestro superior al padre Gerónimo Doménech, para proseguir
 en la universidad de Lovayna nuestros estudios¹⁴. Fue tanto lo
 que con el exemplo de los nuestros y con los sermones en latín
 del padre Francisco de Estrada se movió aquella universidad, 0
 que muchos estudiantes escogidos, moços y hombres ya en do-
 ctina y autoridad señalados, se llegaron a nuestros instituto y
 entraron en la Compañía, los quales se confirmaron más y es-
 tablecieron en ella con los consejos del padre Maestro Fabro que,
 aviendo vuelto de España por Alemania la Alta, era venido a 5
 Alemania la Baxa¹⁵; y este fue el primer principio por donde

86-87 Y para — tratar *autogr.* in M; el año F || 6 Alemania la Baja *corr.*
autogr. in M *ex* Flandes | primer *add.* *autogr.* in M

*menses aegrotavit et postea ministeria sacra exerevit usque ad finem ia-
 nuarii 1544.*

postea confirmavit. Et hoc quidem propagatae in provincia Belgica Societatis semen et origo est.

CONFIRMATUR DENUO A PONT. MAX. SOCIETAS,
ET AUGENDI NUMERI FIT POTESTAS

CAPUT VII

25. Animadvertens igitur Ignatius non modo praeclaros ad-
6 lescentes ad Societatem animum adicere, verum etiam viros
graves atque eruditos, collegiaeque, in quibus alerentur, institui,
magnum fructum a suis aedi, neque tamen sibi per summi ponti-
ficis decretum licere, omnes qui a Deo vocarentur, in Societatem,
professione aedita cooptare; a Christi Vicario contendit, ut So-
10 cietatem ipsam denuo confirmare dignaretur dilatataque con-
tractum illum ac brevem numerum, quem in prima Societatis
approbatione, nostris admittendis circumseperat; quod utique
pontifex (sicut dictum est) anno 1543¹ pridie Idus Martias, ma-
gna voluntate fecit, cum patres nostros, vita doctrinaque sua,
15 uberes Ecclesiae Christi fructus tulisse intelligeret, uberiores
etiam laturos speraret. Ex quo tempore magnum Societas incre-
mentum caepit.

Interea, cum semen illud, quod Petrus Faber ac Iacobus
Laines in parmensi solo sparserant², feliciter adolesceret, multi-
20 que essent sacerdotes, illorum studio discipuli, socii voluntate,
qui, quod illi plantarant, ipsi rigarent atque excolerent³, et
Parmae magna pietatis accessio quotidie fieret; inimicus homo
per concionatorem quendam haereticum⁴ zizania superseminare
conatus est, qui multa impia atque haeretica ex suggesto iactavit,
25 et sacerdotes illos, quorum vitam doctrinamque obstare sibi intel-
ligebat, falsi criminis invidia onerare aggressus est. Itaque gravis

13 *post* sicut *add.* libro II || 24 qui et multa

¹ Per bullam *Iniunctum nobis*, datam die 14 martii 1543 ab Incarnatione, seu 1544 hodiernae computationis. Textum bullae vide in *MI Const.* I 81-86.

² Annis 1539-1540. Vide supra I. II, c. XV et FN I 128-129 219-220 253 274.

³ Agitur de sacerdotibus qui consociationem inierant sub nomine: *Com-*

se vino a fundar y estender la Compañía en los estados de Flandes.

COMO EL PAPA DE NUEVO CONFIRMÓ LA COMPANIA
Y LE DIO FACULTAD PARA RECEBIR EN ELLA
TODOS LOS QUE QUISIESSEN ENTRAR

CAPÍTULO VII

25. Viendo, pues, nuestro B. P. Ignacio que no sólo se inclinaban a ser de la Compañía moços hábiles y de mucha expectación, sino también hombres eruditos y graves, y que se ofrecían fundaciones de colegios, y que los suyos por doquiera que andavan hazían gran fruto, y que no podían, por la prohibición del sumo pontífice, hazer professos en la Compañía a todos los que Dios Nuestro Señor a ella llamava, procuró con todo cuidado y suplicó a Su Santidad que tuviesse por bien de confirmar de nuevo la Compañía y de estender aquel breve número que en su primera aprovación avía tassado, y abrir la puerta a todos los que viniessen a ella, llamados de Dios; lo qual, como arriba se dixo, el pontífice hizo con gran voluntad año de 1543¹, a catorze días del mes de março, movido del fruto que nuestros padres con su vida y dotrina hazían tan copioso en la Yglesia de Dios, y esperando que avía de ser mayor para adelante. Desde este tiempo començó nuestra religión a ir creciendo con notable aumento cada día más.

26. En esta sazón avía ya en la ciudad de Parma començado a crecer el grano que los padres Fabro y Laynez avían sembrado², y muchos sacerdotes de la misma tierra, que en la imitación les eran discípulos y en el desseo compañeros, hazían el oficio de regar y labrar lo que aquellos padres avían plantado³. Por donde la devoción y piedad de aquella ciudad yva acrecentándose cada día de bien en mejor. Mas el enemigo, que nunca duerme para hazernos mal, trabajó quanto pudo de sembrar sobre esta buena semilla su zizaña por medio de un predicador herege⁴, el qual después de averse arrojado a dezir

¹ 10 hazer professos] recevirse N || 17 catorze] 14 in M, corr. a Rb. ex 4

pagnia del Santissimo Nome di Gesù. Vulgo appellabantur «preti contemplativi» vel «contemplantes» vel etiam «santi». TACCHI VENTURI II/1 253-256; SCADUTO, 431.

⁴ Augustinianus Iulianus da Colle, haereticus, de quo v. TACCHI VENTURI I/1 466; II/200. Cf. MI *Epp.* I 218.

in illos (quamvis prorsus innoxios) quos contemplantes vocabant, tempestas coorta est, quae in nostrum etiam nomen erupit. Nam etsi illi benevolentia tantum nostri erant, et imitatione magis
 30 quam professione, in nos tamen quasi in autores conferebatur culpa, aut nobiscum certe communicabatur.

27. Ignatius igitur curavit in primis ut summus pontifex, quod Parmae gestum erat, intelligeret. Qua re permotus (ut par
 35 erat) graviter pontifex, et aliis contagionibus malorum admonitus, quae in nonnullis Italiae civitatibus serpere quotidie magis nunciabantur, ex universo cardinalium collegio sex omnino delegit, qui summa cum potestate in haereticos inquirerent, et in perenni quadam vigilia adversus Ecclesiae hostes essent⁵. Quod
 40 praeclarum inventum, non Urbi solum, sed Italiae etiam universae, extitit salutare. Illud etiam acriter pugnavit Ignatius, ut, quae in sacerdotes illos coniciebantur, ea iudicio excuterentur ac proferrentur in lucem, ne qua ex silentio infamiae nota illorum vitae nostroque nomini inureretur; quod, multis repugnan-
 45 tibus atque obnitentibus, tandem vicit. Ergo illi, sententia pronunciata a Ludovico Milaneseo, protonotario apostolico ac vicelegato, omni criminis suspicione liberati sunt.

30 auctores

⁵ Inquisitio romana condita est a Paulo III per Constitutionem *Licet debitum*, datam die 21 iulii 1542. Ed. in *Bull. Rom.* (ed. Taurinensis, vol. VI 344-346). Verus «auctor et fautor» Inquisitionis, ut dixit Seripando (TACCHI VENTURI II/2 1992) fuit cardinalis Ioannes Petrus Carafa. Ignatius consilio favit: «yo ynstando mucho y muchas veces» (MI *Epp.* I 218). In his litteris connectit etiam Ignatius, prout Ribadeneyra facit hoc loco, eius gesta in favorem institutionis Inquisitionis cum praedica-

desde el púlpito muchas blasfemias y heregías, para salir con su dañada intención, viendo que la vida y dotrina de aquellos sacerdotes que he dicho le era grande estorvo, les levantó un falso testimonio y pretendió desacreditarlos por este camino. Y así se levantó una grande persecución contra ellos, aunque sin ninguna culpa suya. Llamavan a estos clérigos los contemplativos, porque tratavan de oración y meditación, y aunque ellos no eran de la Compañía sino amigos della e imitadores de su dotrina y virtud, todavía nos echavan a nosotros su culpa como a maestros dellos, o a lo menos como a participantes en el delito.

27. Procuró nuestro padre Ignacio que el sumo pontífice supiesse de rayz todo lo que passava en Parma, y Su Santidad, indignado gravemente (como era justo) del caso, considerando los daños que en algunas ciudades de Italia se podrían recibir, si el veneno de las heregías (como se temía) fuesse cundiendo, instituyó una congregación y tribunal de seis cardenales, escogidos entre todo el Sacro Colegio, los quales, con suma potestad fuessen inquisidores contra los hereges y se desvelassen en descubrir y extirpar los enemigos de nuestra santa fe católica. Fue ésta traça del cielo, porque este nuevo tribunal, no sólo ha sido provechoso a Roma, mas aun ha dado vida y salud a toda Italia. También procuró con todas sus fuerças el padre que lo que se dezía contra aquellos clérigos de Parma se examinasse y se viesse en contradictorio juyzio y se sacasse a luz, porque de passarse en silencio no resultasse alguna nota de infamia en su buena vida dellos, o en el buen nombre de la Compañía. Y aunque hubo muchos que le contradezían y resistían, al fin salió con su intento. Y así, por pública sentencia de Ludovico Milanese, protonotario y vicelegado apostólico, fueron dados por inocentes y libres de toda sospecha e infamia.

41 delicto AC

tione haeretici in urbe Parma, de quo dictum est in annot. 4 et cum erroribus qui spargebantur in urbe Lucca. De parte habita ab Ignatio in fundatione Inquisitionis vide. litteras eius ad Simonem Rodrigues, datas die 28 iulii 1542: *MI Epp.* I 216-219; *FN* I 199 272-273. Vide etiam PASTOR, *Geschichte der Päpste* V cc. VII et XIV; TACCHI VENTURI, *Storia* II/2 199-200.

COLLEGIUM COMPLUTENSE

CAPUT VIII

28. Ex eorum numero quos Roma ab Ignatio anno 1541 ad conimbricense collegium constituendum missos fuisse diximus, 5 Franciscus Villanova fuit¹. Qui cum ex longi itineris laboribus, incommoda uteretur valetudine, medicorum consilio et patrum nostrorum voluntate, ut coelum mutaret, Complutum venit². Ubi, utcumque ex morbo confirmatus, sedem, Ignatii iussu, fixit; et homo natu grandis, ad grammatices studium aggressus, verborum inflexiones atque nominum meditari coepit, et puerilia 10 rudimenta studiose devorare³. Quo in labore duos annos posuit, summa inopia et tolerantia rerumque humanarum contemptione; sed pari vel hominum admiratione vel fructu. Nam homo literarum rudis, conditione humilis, ignotus nomine, doctissimos gravissimosque viros in nobilissima academia consuetudine ita sibi 15 devinxit, ut spiritum hominis prudentiamque admirati, de rebus suis referrent, illum sibi magistrum exercendae pietatis asciscerent, illum ducem sequerentur; plusque illi autoritatis apud bonos adderet virtutis opinio, quam inopia adimeret doctrinae.

20 29. Adiuncti sunt paulo post tres alii, quorum exemplo commoti scholastici nonnulli, ad nostrae institutum Societatis animum applicuerunt⁴. Qui quidem molestiis perfuncti sunt multis, et rei novitate et falsi criminis suspicione commotis⁵. Qua suspicione nostri, cognita veritate, publico M[agistri] Velae⁶, academiae rectoris testimonio, liberati sunt. Resque cum aliorum

¹ De Francisco Villanueva v. FN I 658 293¹⁴; II 87 111; III 537 538 594 746. Societatem ingressus a. 1541, venit Complum a. 1543. Collegium complutense fundatum est a. 1546 mense aprili. Cf. C. DE CASTRO, *Historia del colegio de Alcalá* lib. II, cap. IV; ASTRAIN I 262-267.

² De eius morbo v. litteras Simonis Rodrigues ad Ign., diei 28 ianuarii 1543, in *Epp. Roderici* 533.

³ Vide FN III 537-538.

⁴ «lucratu est novem socios» FN III 537.

⁵ Indignus quidam sacerdos, Ferdinandus Barrasa, fingens se esse de Societate, multa et gravia commisit crimina. ASTRAIN I 345-347; CASTRO,

DEL COLEGIO DE ALCALÁ

CAPÍTULO VIII

28. Uno de los que arriba, en el capítulo 5 deste libro, diximos que avía embiado nuestro padre Ignacio desde Roma a la fundación del colegio de Coimbra el año de 1541, fue Francisco de Villanueva¹, el qual, como por los trabajos del largo camino huviesse caído enfermo y tuviesse poca salud en Portugal², por consejo de los médicos y obediencia de sus superiores vino a Alcalá, para ver si los aires más naturales le serían más provechosos. Adonde, hallándose mejor de salud, por orden de nuestro padre Ignacio quedó de assiento, y siendo ya hombre en días, començó a estudiar la gramática y aprender con toda diligencia las declinaciones y conjugaciones y los demás principios tan dessabridos de los niños, por pura obediencia³. En este trabajo gastó dos años, con suma pobreza y sufrimiento y menosprecio de todas las cosas del mundo, mas no con menor fruto y admiración de los que le conocían y tratavan. Porque, siendo hombre sin letras, de baxa suerte y aun de nombre no conocido, sin favor humano, de tal manera supo ganar la voluntad de los más graves varones y más doctos de aquella universidad que, maravillados del espíritu y prudencia que en él veían, acudían a él con sus dudas y le tenían por maestro de sus vidas y por guía de sus intentos. Y mayor autoridad le dava acerca de los buenos la opinión que de su virtud se tenía, que no le quitava la falta conocida de la doctrina.

29. Juntáronse después otros tres compañeros, con cuyo exemplo se movieron algunos estudiantes a pedir la Compañía⁴, los quales, recibidos en ella, passaron grandes molestias y trabajos en sus principios, porque muchos se alteraron con la novedad y más con un falso testimonio que les levantaron⁵. De la qual sospecha, entendida luego la verdad, fueron los nuestros dados por libres con testimonio y sentencia pública del maestro Vela, rector que entonces era de aquella universidad⁶. Y el co-

³ en el — libro *autogr.* in M || ⁴ desde Roma *autogr.* in M || ⁷ huviesse — enfermo *autogr.* in M

Historia, l. III, c. II; RIB. *Historia de la Asistencia de España*, l. I c. XIII.

⁶ Hieronymus Vela, publico documento, die 16 sept. 1549 emisso, declaravit Ferdinandum Barrasa nunquam fuisse admissum in Societatem. Vide textum in *Epp. Mixtae* II 272.

26 MON. IGNAT. - VITA IGNATII LOYOLÆ

benignitate, tum vero doctoris Vergaræ ⁷ in primis, canonici conchensis studio ac beneficentia, eo progressa est, ut commodum numerosumque collegium Compluti habeamus.

30 Ex quo longum sane esset enumerare quot vel ingeniis
adolescentes præstantique scientiæ ac virtutis spe, vel viri sa-
pientiæ prudentiæque laude clari, Societatem nostram sint in-
gressi ⁸. Ut mihi quidem complutense collegium principium con-
stituendæ propagandæque in *Hispaniarum* provinciis Societatis,
et quasi seminarium fuisse videatur.

IGNATIUS IN URBE PIETATIS OPERA INSTITUENDA CURAT

CAPUT IX

31. Sed non modo domesticarum rerum, et universæ Societatis *solicitudinem* gerebat Ignatius, verum etiam curæ et cogitationis suæ, quam poterat partem, in externorum utilitates derivabat. Quamobrem multa, quæ consuetudine inoleverant vitia

³³ Hispaniarum] illis
⁴ solitudinem] curam

⁷ Franciscus Ramírez de Vergara, de quo ASTRAIN I 342-343; CASTRO, I. III, c. I et III; *Chron.* I 301. Pecuniis suis curavit a. 1549 emptionem cuiusdam aedificii pro Societatis collegio.

legio de Alcalá, ayudándole Dios con su gracia y muchas personas con su favor y liberalidad, y principalmente el doctor Vergara ⁷, canónigo de la Magistral de Cuenca, insigne teólogo y perfeto varón, ha ido en tanto aumento, que le tenemos oy día por uno de los mejores colegios de la Compañía, assí por el número de los estudiantes, como por el fruto que en él se vee.

30. Sería cosa larga y fuera de mi propósito querer aora contar cuántos mancebos de excelentes ingenios y de grande expectación en letras y virtud y cuántas personas señaladas en sabiduría y prudencia christiana ayan entrado por la puerta de aquel colegio en nuestra Compañía ⁸, tanto que me parece a mí aver sido el colegio de Alcalá el más principal seminario que la Compañía ha tenido, y como la fuente y principio de fundarla y estenderla en las provincias de España. Y por conocer el gran fruto que en este colegio se haze a nuestro Señor, le fundaron algunos años después doña María de Mendoça, hija de don Luis Hurtado de Mendoça, Marqués de Mondéjar y presidente del Consejo Real de Castilla, y doña Catalina de Mendoça, hija de don Iñigo López de Mendoça, assí mismo Marqués de Mondéjar, su sobrina, señoras aún más ilustres en religión, recogimiento y toda virtud, que en sangre. Las quales con su hazienda, piedad y particular devoción a la Compañía, favorecieron y aumentaron siempre quanto pudieron el colegio de Alcalá, para gran bien de aquella universidad y de la misma Compañía.

DE LA OBRAS PIAS QUE NUESTRO B. PADRE IGNACIO
HIZO FUNDAR EN ROMA

CAPÍTULO IX

31. No solamente tenía cuydado nuestro B. P. Ignacio de las cosas domésticas y de las que tocavan al buen ser y gobierno de la Compañía, mas también dava la parte de este cuidado que podía al provecho de la gente de fuera. Y con esta solicitud

⁷ 46 que la Compañía — la fuente *add. autogr. in marg.* M || 47-58 Y por conocer — misma Compañía *om.* AC

⁸ Ut videatur magnus numerus eorum qui ex hoc collegio in Societatem ingressi sunt, sufficit aspicere elenchum in IPARRAGUIRRE, *Historia de los ejercicios* I 268-270.

abolenda, multa in Urbe instituenda curavit, quae cum hominum
essent salute coniuncta, illud in primis, ut Decretalis Innocen-
tiii III Cum infirmitas corporalis (quae habetur de poenitentia
10 et remissione) hominum vitae maxime necessaria et salutaris,
instauraretur; qua nimirum cavetur, ne medici corpori curando
manum prius admoveant, quam aegrotantis anima confessione
curata sit; mitigata tamen illius decreti severitate, eaque modera-
tione adhibita, ut uno atque altero die medicus aegris adesse
15 possit, tertio vero nullo modo, nisi prius confessi sint¹. Quod
quidem decretum Sanctissimus Pius Quintus, sui pontificatus
initio, severioribus etiam legibus in perpetuum sanxit².

32. Praeterea cum in Urbe tanta iudaeorum esset turba,
nullus tamen locus erat quo se reciperent ii, si qui forte, quod
20 super cor eorum adhuc positum est, Dei misericordia sublato ve-
lamine, ad Christi lucem sese converterent. Nulli doctores certi,
qui illos ad Ecclesiae gremium venientes, erudirent; nulli reddi-
tus ad sublevandam eorum inopiam constituti. Ergo, ne tantus
periret fructus, eos ex nostris angustiis, domi nostrae aliquot
25 annos sustentare, erudire et in certo genere vitae collocare non
dubitavit Ignatius; multique ex iudaeis vel charitate nostrorum
lis obstrictam videt, eosque, pro sua tenuitate, quam simillimo
 15 *munere remunerari. Tanta igitur P.¹⁵ Petri Fabri erat morum*

Omittit hoc caput, ideoque in 1^a editione sequentia capita huius tertii libri nume-
 rantur subtracta unitate.

¹⁵ 1548. Vide annot. praec.

escribió al padre Ignacio, diciéndole que determinava despedirse 70
 del mundo y seguir desnudo al desnudo Jesús en su Compañía.
 Y fue el primero que hizo profesión en ella después de la muer-
 te de Fabro ¹⁴, para que se verificasse lo que avía dicho nuestro
 padre, y se entendiesse que Dios le avía traído en su lugar. Hizo
 su profesión el duque el año de 1547 ¹⁵, reservándose con li- 75
 cencia del papa la administración de su estado algunos pocos
 años, para pagar en ellos sus deudas y dar orden a su casa y
 familia, y juntamente gozar el fruto de su devoción y hacer
 desde luego sacrificio de sí mismo, como en su vida se verá ¹⁶.
 El acrecentamiento que a la Compañía ha dado la divina bon- 80
 dad, tomando por instrumento de su obra la virtud e ilustre
 sangre deste su siervo, el mundo todo lo sabe y la misma Com-
 pañía lo reconoce, pues vemos por su mano fundados muchos y
 muy principales colegios en España, y que movidos con su exem-
 plo muchos moços varones por sangre y por letras señalados e 85
 ilustres, han venido a la Compañía y que han servido y sirven
 en ella al Señor de todos. Y todo esto vimos hecho por él, aun
 antes que fuesse prepósito general.

DE LA CARIDAD Y HERMANDAD QUE USÓ LA SAGRADA ORDEN
 DE LA CARTUXA CON LA COMPAÑIA

CAPÍTULO XII

50. Y porque avemos hecho mención de la caridad y bene-
 volencia que la sagrada Orden de los Cartuxos usó con nuestra 5
 Compañía, no será fuera de mi propósito referir aquí particu-
 larmente lo que toca a la estima que ha tenido esta santíssima
 religión y la aprovación que con su testimonio ha dado della.
 Porque el que leyere esto entederá quán suave olor de virtud
 y santidad derramaron nuestros padres desde que començó la 10
 Compañía en todas partes, y quán admirables fueron a todos
 los que los trataban con el exemplo de su vida y conversación,
 y los hijos dellos procurarán con el favor del Señor de seguir
 las pisadas de tales padres, y toda la Compañía de ser agre-
 decida a los padres cartuxos, viéndose obligada con tantos y tan 15
 estrechos lazos de hermandad y caridad y, conforme a sus pe-
 queñas fuerças, de pagar esta deuda en la misma moneda. Fue.

¹⁶ Haec quinque postrema verba omittuntur in primis tribus editioni-
 bus hispanicis *Vitae* (1583-1586). Quod signum est Ribadeneyram postea
 consilium huius *Vitae* scribendae concepisse.

gravitas et vitae integritas, ut omnes ad sui admirationem alliceret; ex quo colonienses patres carthusianos ita caepit², ut sponte sua cum Reverendissimo P. Petro de Sardis, magnae Carthusiae supremo generalique priore³ agerent, et in publico conventu, qui
 20 anno Domini 1544 habitus est, curarent, ut ordo carthusianus cum universa Societate sanctissimam quandam amicitiam contraheret, nosque in partem bonorum suorum omnium et quasi haereditatis admitteret. Quod quidem factum est summa animorum consensione, et maxima patrum illorum benevolentia, sicut
 25 ex iis literis quas hic subiiciam manifestum fiet⁴.

51. «*Frater Petrus, humilis prior maioris Carthusiae, caeterique definitores capituli generalis Ordinis Carthusiensis, Reverendo in Christo Patri ac devotis viris Dominis Ignatio, praeposito, suisque fratribus novae Societatis nominis Iesu ubilibet*
 30 *locorum constitutis, salutem, quam praeparavit Deus diligentibus se. Audita fama odorifera, fratres in Domino dilectissimi, de vestra exemplari conversatione, salutari doctrina et voluntaria paupertate caeterisque virtutibus quibus in tenebris nostri deplorandi saeculi refulgentes, perhibemini homines in via perditionis*
 35 *errantes ad arctam viam salutis revocare, vacillantes stabilire, stantesque ad proficendum in virtutibus stimulare, et magnum in Domino Ecclesiae catholicae fructum afferre; gavisus sumus in Domino, gratias illi agentes, quod in tanta desolatae Ecclesiae suae calamitate qua premimur, excitare dignatus est et mittere*
 40 *novos operarios in vineam suam, recordatus misericordiae suae. In quo quidem sancto opere, cupientes vobis pro nostro modulo cooperari, fraternitatem vestram obsecramus, per charitatem eius qui pro nobis non dubitavit animam suam ponere, ne in vacuum*

¹ Supra, cap. XI, n. 47.

² Beatus P. Faber annis 1543 (mensibus augusto-septembri) et 1544 (mensibus ianuario-iulio) carthusianis coloniensibus exercitia spiritualia tradidit, quorum textus manuscriptus tunc confectus servatur in archivo municipalis urbis Coloniae (ms. 154*). De eo v. CALVERAS, *Las primitivas acomodaciones del texto de los ejercicios*. in AHSI 31 (1962) 27-40.

³ Prior generalis Carthusiae erat tunc temporis Petrus Marnef, vocatus a confratribus Petrus Blommeveen, qui tali munere functus est annis 1540-1546, quo mortuus est. Petrus de Sardis hoc munus suscepit anno 1553. Errorem Ribadeneyrae repertivum Orlandini, l. IV, n. 106. Eum correxerunt AA.SS. iulii, VII, pp. 711. Cf. LE VASSEUR, *Ephemerides Ordinis Car-*

pues tan grande la entereza de vida y santidad de costumbres del padre Pedro Fabro, que robava los coraçones de todos los que tratava (como avemos dicho)¹ y los suspendía, y assí ganó las voluntades de los padres cartuxos del convento de la ciudad de Colonia², de tal manera que ellos mismos de suyo trataron con el reverendíssimo padre Pedro de Sardis, prior general de la gran Cartuxa³ y con el Capítulo general que en ella se celebró el año de mil y quinientos y quarenta y quatro, y procuraron que toda la santa Orden cartuxana hiziesse una hermandad con nuestra Compañía, y le comunicasse el rico tesoro de sus buenas obras y merecimientos. Lo qual se hizo con grande conformidad y extraordinaria demonstración y alegría de aquellos padres, como se puede ver por las letras patentes que se despacharon en aquel Capítulo, cuyo tenor es el siguiente⁴.

51. «Fray Pedro, humilde prior de la mayor Cartuxa, y todos los otros difinidores del Capítulo general de la Orden cartuxana, al Reverendo en Christo padre y devotos varones, Ignacio, prepósito general y a todos los otros sus hermanos de la nueva Compañía de Jesús, en qualquier parte que estuvieren, dessean aquella salud que el Señor tiene aparejada a los que le aman.

Aviendo oýdo, hermanos en el Señor dilectísimos, la fama y olor suave de la exemplar conversación de Vuestras Reverencias, de su saludable dotrina, voluntaria pobreza y todas las demás virtudes, con las quales resplandecen en las tinieblas deste miserable siglo y procuran de encaminar por la estrecha senda de la salud a los que andan descaminados y perdidos, de esforçar a los flacos, animar y despertar a su aprovechamiento a los que están en pie, y el fruto grande que con sus trabajos y ministerios acarrean a la santa Yglesia Católica; mucho nos avemos gozado en el Señor y le avemos hecho gracias por averse dignado en esta tan grande calamidad de su Yglesia que padecemos, embiar nuevos obreros a su viña, acordándose de su misericordia. Y queriendo nosotros cooperar con nuestra pobreza y ayudar en esta santa obra a Vuestras Reverencias, les rogamos y pedimos,

tusiensis, I 581, qui dicit Petrum Marnef vita cessisse die 6 maii 1546. Erat ille nepos Petri Blommeveen (Blomovenna), qui fuit prior Cartusiae coloniensis annis 1536-1536, praedecessor Gerardi Kalkbrenner (Hammon-tani) quidem illam rexit annis 1536-1566». Cf. FN I 753²; GREVEN, *Die Kölner Kartause*, 12-14.

⁴ Textus originalis latinus huius documenti editus fuit iam in MI, *Epp. XII* 483-484.

gratiam Dei recipiatis, sed in sancto proposito perseverantes, in
 45 *omnibus exhibeatis vos sicut Dei ministros in multa patientia,*
non deficientes inter labores, pericula et persecutiones, quae om-
nibus pie vivere volentibus occurrere solent; tempore enim suo
metetis non deficientes. Et nos, fratres, si quid poterimus apud
 50 *Dominum divinis sacrificiis, orationibus, abstinentiis caeterisque*
piis exercitiis, quorum omnium vobis et successoribus vestris in
vita pariter et post mortem singularem concedimus participatio-
nam, vestris piis conatibus libenter cooperabimur in Domino,
postulantes ut nos vicissim in orationum et bonorum participa-
 55 *tionem commendatos, suscipere dignemini. Datis Carthusiae sub*
sigillo nostro, anno Domini 1544 feria 5 post Dominicam "Can-
tate" ⁵. Sedente nostro Capitulo generali.

SIGILLETUR

Pater Prior
Carthusiae. »

IGNATIUS BENEFACIENS MALEFACTA RECIPIT

CAPUT XIII

52. Firmata hunc in modum Societate, magnae et turbulen-
 tae procellae ad eam labefactandam sunt excitatae. Romae qui-
 5 dam ¹ uxorem marito eripuerat; hanc Ignatius a consuetudine il-
 lius in D. Marthae nuper institutam domum transferendam cu-
 ravit. Hoc factum ille, quod mulierem misere deperiret, aeger-
 rime tulit, et ut erat vir acer ac ferox, et in ipsum Sanctae Mar-
 thae coenobium furere nocturnis lapidationibus caepit, et in
 10 nostros iniquis criminationibus debacchari, multaque in vulgus
 spargere, quae non solum falsa essent, sed dictu etiam turpis-
 sima. Eoque processit (gratia fortasse, qua valebat plurimum, et

2 XIII] XII

⁵ Dominica IV post Pascha, quae a. 1544 incidit in diem 11 maii; unde documentum nostrum datum est die 15 dicti mensis et anni.

¹ Matthias Gerardus a Sancto Cassiano, dictus vulgo Mattia delle

por la caridad de aquel Señor que no dudó en ofrecer su
 ánima en la cruz por nosotros, que no reciban en vano la gracia
 del Señor, sino que perseveren en su santo propósito, y en todas ⁵⁵
 las cosas se ayan como ministros de Dios, con mucha paciencia,
 y no desmayen entre los trabajos y peligros y persecuciones que
 se suelen ofrecer a todos los que quieren vivir christianamente,
 porque si no desmayan, a su tiempo cogerán. Y nosotros, her-
 manos, si algo pudiéremos delante el divino acatamiento con ⁶⁰
 nuestros sacrificios, oraciones, abstinencias y todos los otros pia-
 dosos ejercicios (de los cuales hazemos a Vuestras Reverencias
 y a todos sus sucessores en la vida y después de la muerte es-
 trechamente partícipes), con muy entera voluntad ayudaremos
 sus piadosos trabajos en el Señor, pidiéndoles por su amor que ⁶⁵
 también Vuestras Reverencias nos reciban en la comunicación
 y participación de sus oraciones y buenas obras. Dada en la Car-
 tuxa y sellada con nuestro sello el jueves después de la Domí-
 nica « Cantate » ⁵ del año del Señor de 1544, celebrándose nuestro
 Capítulo general. ⁷⁰

SÉLLESE.

P[adre] Prior de la Cartuxa ».

DE LAS PERSECUCIONES QUE SE LEVANTARON
 CONTRA NUESTRO B. PADRE IGNACIO EN ROMA
 POR LAS BUENAS OBRAS QUE EN ELLA HIZO

CAPÍTULO XIII

52. Parecía que con vientos tan prósperos yva segura esta ⁵
 nao de la Compañía, que no avía que temer; mas al mejor tiem-
 po se levantó una terrible y cruel tormenta, procurada del de-
 monio por sus ministros. Pero como tenía a Dios nuestro Señor
 por su piloto y capitán, aunque pasó trabajo, salió bien dél.
 Y fue assí que en Roma un hombre ¹ avía tomado una muger ¹⁰
 casada a su marido, la qual, reconociendo su culpa, desseó apar-
 tarse del adulterio y entrar en el monesterio de Santa Marta,
 que poco antes (como diximos) ² se avía fundado. Súpolo nues-
 tro padre, dióle la mano y púsola en el monesterio; de lo qual

¹ Pero corr. autogr. in M ex con la qual || 14 dióle la mano] ayudóle N

Poste. TACCHI VENTURI II/2 178. Erat cursorum magister tempore Pauli III.
 Primum Societatis amicus fuerat: *Epp. Brocti*... p. 304.

² Lib. III, c. IX.

autoritate fretus) ut Ignatii nomen publice insectaretur et lace-
 raret; et ea nostris per se et suos coram obiiceret, quae honeste
 15 audire non possent³. Famosos *praeterea* libellos confecit et vul-
 go iactavit, quibus multa nefaria et impura, multa impia et sce-
 lerata continebantur; ut nostris vix in publicum prodire, vix cum
 hominibus de ipsorum salute agere liceret; ita aut conviciis ab
 improbissimo quoque aut maledictis excipiebantur. Neque impe-
 20 ritorum modo pervaserat animos haec infamia, sed virorum etiam
 principum et ipsius pontificis maximi aures oppleverat. Cui qui-
 dem infamiae, ut obviam iret Ignatius, eamque patientia et dis-
 simulatione gliscentem diutius corroborari non sineret, a summo
 pontifice impetravit, ut res tota optimis integerrimisque iudicibus
 25 mandaretur, et nominatim de his criminationibus quaereretur,
 quae ab illo maledice essent in nostros iactatae. Commissa res est
 Francisco *Michaelio*⁴, almae urbis gubernatori, et Philippo Ar-
 chinto eiusdem urbis vicario⁵. Illi diligentissime inquirunt ac
 perscrutantur omnia, denique sententiam anno Domini 1546 ad
 30 3 Iduum Augusti pronuntiant⁶; nostros non solum infamia libe-
 rant, sed laudibus etiam ornant; calumniatori illi silentium in-
 dicunt; poenis propositis, eius petulantiam coërcent; in hominem
 gravius non animadvertunt, et quidem Ignatio ipso deprecatore.
 Ille tamen Ignatii nostrique nominis olim exagitator, ubi caecus
 35 ille insani amoris ardor refrixit et morbus curatus est, pallino-
 diam cecinit; medicum amare coepit, quem oderat, et beneficiis

15 Famosos] famososque | praeterea om. || 18 convitiis || 27 Michaelio om.

³ Vide *MI Scripta* I 662.

⁴ Franciscus Micheli, almae Urbis eiusque districtus generalis guber-
 nator. *Scripta* I 600 663 664.

⁵ Philippus Archinto, de quo supra, cap. V, annot. 11.

⁶ Acta huius processus edita sunt in *MI Scripta* I 659-666. Sententia

el amigo que la tenía recibió tan grande saña y enojo que, sien- 15
do como era colérico y atrevido, furioso con la pasión del amor
ciego, comenzó (como quien sale de seso) a apedrear de noche
el mismo monesterio de Santa Marta y a deshonorar e infamar
nuestra Compañía, publicando muchas cosas contra ella que no
sólo eran falsas, sino tan malas, que por su fealdad no se pueden 20
honestamente dezir³. Llegó a tanto su atrevimiento que vino a
poner mácula en nuestro padre Ignacio, y a perseguirle y a
dezir mucho mal dél. Y quando topava él o los suyos algunos
de los nuestros, les dezían en la cara tales palabras y tan afren-
tosas y con tanta desvergüença, que sin asco y horror no se 25
podían oyr. Y no contento con esto, confiando en la privança
y favor grande que tenía, hizo libelos difamatorios y divul-
gólogos, en los quales nos acusava de tantas maldades y tan abo-
minables sacrilegios, que apenas los nuestros osavan salir de casa,
ni tratar con los hombres de su salvación. Porque quantos per- 30
didos y desalmados encontravan, o les dezían denuestos e inju-
rias, o les echavan maldiciones. Y no solamente corría esta in-
famia entre la gente baxa y vulgar, mas aun avía llegado a
oídos de los príncipes y de los cardenales de la corte romana
y del mismo papa Paulo III. Para resistir a esta infamia y para 35
que (como con la dissimulación y paciencia avía crecido) no se
fuesse arraygando y cobrando fuerças, con daño del servicio de
Dios Nuestro Señor y del bien de las almas, suplicó nuestro
padre a Su Santidad que cometiesse este negocio a los mejores
juezes y de más entereza que huviesse, y que fuesse Su Bea- 40
titud servido de mandarles que particularmente tomassen infor-
mación e inquiriessen de los delitos de que aquel hombre nos
avía infamado. Cometió el papa la causa al governador de Ro-
ma, Francisco Michaelio⁴, y a Filipo Archinto, su vicario ge-
neral⁵, los quales hizieron con gran cuydado y diligencia escru- 45
tinio e inquisición de todo lo que se avía dicho y publicado.
Y finalmente, el año 1546, a onze de agosto, pronunciaron la
sentencia⁶, por la qual, aviendo declarado que los nuestros eran
innocentes y libres de toda infamia, y honrándolos con muchas
alabanças, ponen silencio perpetuo al acusador y tramador de 50
aquellas calumnias, amonestándole, so graves penas, que mirasse
de allí adelante por sí y se guardasse de semejantes insultos.

37-38 con daño — de las almas *autogr. in marg. M*

ib. 663-666. Dies et mensis quibus sententia data est desunt in actis, ea scimus e Rib. hoc loco. Cf. *Epp. Salmeronis* I 61.

28 MON. IGNAT. - VITA IGNATII LOYOLÆ

eos afficere, quos contumeliis affecerat, tam officiose ac prolixè, ut praeteritam culpam praesenti benevolentia redemisse videatur⁷.

53. Non minor, atque haud scio an saevior procella, ex ca-
 40 thecumenorum extracta domo in Ignatium nostrosque commota
 est. Illam libido peperit, hanc ambitio, quae praeceps aequè ac
 demens est. Nam sacerdos quidam⁸ illius loci curam gerens, quod
 sibi adversarium existimaret Ignatium, vel in illa certe cura ad-
 ministranda eius consilia videret suis praeferrì, invidiae stimulis
 45 incitatus ita exarsit, ut falsis illum odiosisque criminationibus
 in invidiam vocare, nostrosque infamiae labe aspergere conaretur⁹.
 Nam et haeresis calumniam, et auditarum confessionum sacratissima
 iura violata, et alia quae honeste dici non possunt, non est verecundatus
 obicere; et Ignatium ipsum vivum flammis
 50 cremandum iactare. Sed quia divini amoris ille flammis ardebat,
 languentem hunc miseri hominis impetum et debilitatum, ne repellendum
 quidem putavit; sed in silentio et spe pro illo Deum precari constituit,
 qui quidem servis suis tacentibus, pro ipsis pugnare solet. Quare hanc
 iniuriam esse inultam non est passus;
 55 a iudicibus enim damnatus est¹⁰ et a divinis perpetuo suspensus
 beneficiisque omnibus privatus et officiis, carceri in perpetuum
 addictus, propter crimina, quae artificio quodam simulationis ali-
 quandiu tecta, dies tandem patefecit¹¹.

⁷ Haec mutatio sine dubio evenit aliquo tempore post datam sententiam, nam Ignatius, scribens mense februario vel martio 1547, timebat adhuc ne Matthias, Florentiam pertransiens, falsos rumores contra Societatem spargeret. *Ml Epp.* I 459; TACCHI VENTURI II/2 182.

⁸ Ioannes de Torano, S. Ioannis de Mercato, regionis Campitelli, rector monialium monasterii Catechumenorum. *AA.SS.* p. 485, n. 401.

⁹ Memoriale eius contra Societatem, directum ad Paulum III, editum est in TACCHI VENTURI I/2 273-277.

¹⁰ Processus contra Toranum frustra quaesitus est, fortasse quia igni traditus cum similibus documentis, post mortem Pauli IV (18 augusti 1559). Cf. TACCHI VENTURI II/2 158^a. Summarium sententiae, sine die, editum est in *AA.SS.* p. 485, n. 401. Nadal dicit annum fuisse 1552: *EN* II 7; *FN* II 213.

Y el mismo padre Ignacio intercedió y rogó por él para que no se tocasse en su persona, ni se le diese otro más riguroso castigo. Y ganóse con esta blandura, que en fin se vino a reconocer y arrepentir, después que la ciega afición de aquel encendido y loco amor se le resfrió, y sanó de aquella miserable dolencia y frenesí. Y trocóse de tal manera, que començó a amar y a reverenciar al médico que tanto avía aborrecido, y hazer tantas y tan buenas obras a los que antes avía maltratado y perseguido, que recompensó bien la culpa passada con la benevolencia presente y el odio con el amor⁷.

53. Sossegada esta borrasca, se levantó otra no menos peligrosa, por ocasión de la casa nuevamente fundada en Roma de los catecúmenos. La primera nació del amor deshonesto y esta segunda de una vehemente ambición; que no suele ser esta pasión, quando reyna y se apodera de un hombre, menos ciega y desatinada que el amor. Tenía cargo de la casa de los catecúmenos un sacerdote seglar⁸, el qual se dio a entender que nuestro padre Ignacio, en el gobierno della, le era contrario y que se hazía más caso de lo que parecía a nuestro B. P. que no a él. Entró poco a poco en aquella pobre alma la embidia y pesar desto, de tal manera que, embriago y ciego del odio y rancor, se determinó de perseguirle e infamar la Compañía⁹. Aquí dezía que éramos hereges, allí que revelávamos las confessions y otras cosas escandalosas y malsonantes, y el remate de sus pláticas era que avían de quemar a nuestro padre Ignacio en vivas llamas. Mas como él ardía en otro fuego del divino amor, no hizo caso deste miserable hombre, ni de lo que dezía y hazía, antes tuvo por mejor vencerle con el silencio y rogando por él a Dios, que suele responder por su siervos quando ellos callan por su amor; y assí lo hizo en este caso, que no dexó sin castigo aquella maldad y calumnia. Viniéronse a descubrir, sin que nuestro padre Ignacio lo supiese, tales cosas de la vida deste pobre clérigo (las quales él con arte avía dissimulado y encubierto muchos días), que por sentencia pública fue condenado en juyzio¹⁰, y quedó perpetuamente suspenso del oficio sacerdotal, y privado de todos los beneficios y oficios que tenía, y encerrado en una cárcel por todos los días de su vida¹¹.

71 que no a él] que a él AB

¹¹ Haec sententia data est a. 1552 a cardinali Innocentio del Monte. Poena carceris ei imposita commutata est in perpetuum ab Urbe exilium. AA. SS. p. 485, n. 401; TACCHI VENTURI II/2 158.

IGNATIUS SOCIETATEM FOEMINARUM CURA LIBERAT

CAPUT XIV

54. Eodem ferme tempore ¹, tentata Societas alia ratione est. Nam foeminae nonnullae ², pietatis retinendae studio et perfectionis desiderio flagrant, a summo pontifice impetrarunt sibi ut liceret sub obedientia nostrae Societatis vivere, et votis se religionis obligare, idque deinceps fecerunt ³. In harum numero erat Isabella Rosella ⁴, quae cum esset matrona honestissima et optime de Ignatio merita, eius visendi desiderio ex Hispania usque Romam venerat; et caeteris rebus pro nihilo habitis, illius prudentiae se regendam tradere omnino decreverat. Cuius animo Ignatius vehementer alioquin gratificari cupiens, non potuit tamen haec in re non omni ratione resistere, cum perspiceret pium quidem esse illius desiderium, sed nobis perincommodum et valde ab instituto Societatis alienum. Quam eius sententiam, a certa ratione profectam, ipsa deinde experientia comprobavit. Mirum enim est trium muliercularum gubernatio quantum illi molestiae et occupationis paucis diebus ⁵ attulerit. Ergo pontificem maximum docet quanto ea res impedimento Societati sit futura; orat obsecratque pontificem, ut se praesenti molestia, Societatem metu perpetuo liberet, neque permittat nostros homines aliis in rebus magnis, utilibus, necessariis occupatos, hac mulierum cura minus necessaria implicari. Quod utique pontifex, rationes Ignatii probans, Societati dedit, literasque apostolicas scribi iussit, quibus nostri in perpetuum ab onere monialium eximuntur, et quarum-

2 XIV] XIII

¹ Anno 1546, mense octobri. FN I 42. Cf. MI *Scripta* 1 647 ss.

² Elisabeth Roser, eius famula Francisca Cruillas, et dominae Lucretia Bradine et Elisabeth de Josa. Postrema haec Societatis vota non emisit. De eis v. FN III 149¹⁷.

³ Tres piae feminae supra enumeratae Societatis vota nuncuparunt die 25 decembris 1545. Formulam vide apud FN III 164².

⁴ Eius nomen scribitur etiam Rosell, Rosés, Roser. Haec ultima forma praeferenda videtur, tum quia bis repetitur in formula autographa votorum (de qua in annot. praecedenti), tum quia eadem forma habetur in epistula autographa S. Ignatii ad Iacobum Caçador: MI *Epp.* I 93-99.

COMO NUESTRO B. PADRE IGNACIO LIBRÓ LA COMPAÑÍA
DE TENER CARGO DE MUGERES DEBAXO DE SU OBEDIENCIA

CAPÍTULO XIII

54. Casi en el mismo tiempo¹ libró Dios la Compañía de otra suerte de peligro. Porque ciertas señoras², teniendo por una parte gran desseo de servir a nuestro Señor en perfección religiosa, y por otra de ser guiadas y regidas por la Compañía (a la qual tenían muy particular devoción), suplicaron al papa que les diese licencia para vivir en religión y hazer su profesión debaxo de la obediencia de nuestra Compañía; y así la alcanzaron y començaron a usar della³. Fue una destas una matrona honestíssima y virtuosíssima, natural de Barcelona, llamada Ysabel Rosel⁴, de quien nuestro B. P. Ignacio avía recibido muy buenas obras en París y en Barcelona, de donde ella vino a Roma con desseos de verle y con determinación de dexar todas las cosas del mundo y entregarse toda a su obediencia, para ser regida por él. Desseava grandemente el padre (que era muy agradecido) dar a esta señora satisfacción y consolarla por lo mucho que le devía, mas en esto no pudo dexar de hazerle gran resistencia. Porque, aunque su desseo era pío y santo, juzgava nuestro padre que no convenía a la Compañía tener cargo de mugeres, por ser cosa embaraçosa y muy agena de nuestro instituto. Y mostró bien la experiencia que no se movía a sentir esto sin mucha razón, porque es cosa de espanto cuánto fue la ocupación y molestia que en aquellos pocos días⁵ que duró le dio el gobierno de solas tres mugeres, que esta licencia de Su Santidad alcanzaron. Y así dio luego cuenta al sumo pontífice del grande estorvo que sería este cargo si durasse para la Compañía, y suplica a Su Santidad que a él exonere desta carga presente y libre a la Compañía de la perpetua congoxa y peligro que con ella tendrá, y no permita que los nuestros, que han de estar siempre ocupados en cosas tan provechosas, grandes y necessarias, con este cuydado (a que otros pueden atender) de gobernar mugeres, sean embaraçados. Aprovó el sumo pontífice las razones de nuestro B. P. y concedió a la Compañía lo que se le suplicava y mandó expedir sus letras apostólicas, por las quales para siempre son eximidos los nuestros desta carga

¹ A die 25 decembris 1545 ad mensem octobrem a. 1546, quo tempore piae illae feminae Societatis oboedientiae subiectae fuerunt.

cunque mulierum cura sub obedientia nostrorum in communi vel alias vivere volentium, anno 1547, 13 Kalen. Iunii ⁶.

55. Quo non contentus Ignatius, ut locum hunc maxime periculosum communiret omnesque aditus obstrueret, illud etiam
 30 anno 1549 ab eodem Paulo III impetravit, ne curam monialium seu religiosarum quarumlibet personarum recipere teneamur, per literas apostolicas impetratas, vel in posterum impetrandas, nisi de indulto illo et ordine nostro expressam facientes mentionem. Totidem enim verba pontificii diplomatis sunt ⁷. Sapienterque
 35 etiam in Constitutionibus Societatem ab ea foeminarum cura removit Ignatius, honesta illa quidem, sed nostris occupationibus adversa, minusque ab aliis deserta ⁸. *Ut vero se ab hoc onere suavius eximeret, ad Isabellam Rosselam, cui multis eius beneficiis devinctus erat Ignatius, epistolam scripsit hispanice, quam*
 40 *totidem verbis referam.*

56. *Venerabili (inquit) D. Isabellae Rosselae, matri ac sorori in Christo Domino nostro. Cum vere atque ex animo cupiam studio tuo ad maiorem Dei gloriam obsequi, teque in obedientia mea permanentem, ad salutem animae tuae perfectionemque diri-*
 45 *gere; qua tamen ratione id faciam, haud equidem invenio. Nam et vires me deficiunt continuis morbis affectum, et tempus, multis magnisque occupationibus districtum atque implicatum, quas reiicere aut praetermittere, cum mei officii propriae sint, haud sane possum, citra meae salutis dispendium, eiusque servitutis,*
 50 *quam Christo Domino eiusque Vicario debeo. Illa praeterea ratio extimulat conscientiam meam ac vehementer urget, quod video, et vere atque ex animo coram Domino iudico, peculiarem hanc*

37-76 Ut vero — deponere iussit om.

⁶ Textum supplicationis v. in *MI Const.* I 183-185; cf. *Chron.* I 148, 211.

⁷ Bulla *Licet debitum* data est XV Kal. Nov. (18 oct.) 1549. Clausula de qua hoc loco agitur habetur in *MI Const.* I 363 n^o [13]; cf. *ibid.* p. CXXXVIII.

de regir mugeres que quieran vivir en comunidad, o de otra
 qualquier manera, debaxo de la obediencia de la Compañía.
 Fueron expedidas otras letras apostólicas a los veinte de mayo 40
 de 1547 ⁶.

55. Y no contento con esto, nuestro padre, para assegurar
 más este punto tan esencial y cerrar la puerta a los sucessos
 de adelante y atapar todos los agujeros a las importunidades
 que con la devoción y buen zelo se suelen ofrecer, alcanzó del 45
 papa Paulo III, el año de 1549, que la Compañía no sea obli-
 gada a recibir cargo de monjas o de qualesquier otras mugeres
 religiosas, aunque las tales impetren bulas apostólicas, si en las
 tales bulas de nuestro indulto y de nuestra orden no se hiziesse
 espressa mención, que estas son las mismas palabras de nuestro 50
 privilegio ⁷. Y assí en las Constituciones que dexó nuestro padre
 escritas a la Compañía, con grande aviso le quita todo cuydado
 de gobernar mugeres que, aunque puede ser santo y loable, no
 se compadece bien con nuestras muchas ocupaciones, ni está tan
 desamparado que no aya en la Yglesia de Dios quien loable- 55
 mente se ocupe en él ⁸. Y para que mejor nuestros sucessores
 entiendan lo que nuestro B. Padre Ignacio en esto sentía, y
 esto se declare con sus palabras y no con las mías, quiero poner
 aquí una carta que escribió sobre este negocio a la misma Ysabel
 Rosel, quando más lo importunava que la tuviesse debaxo de su 60
 obediencia, que dize assí:

56. « Veneranda Señora Ysabel Rosel, madre y hermana en
 Christo nuestro Señor.

Es verdad que yo desseo, a mayor gloria divina, satisfacer
 a vuestros buenos desseos y teneros en obediencia, como hasta 65
 aora avéis estado en algún tiempo, poniendo la diligencia con-
 veniente para la mayor salud y perfección de vuestra alma; tamen,
 para ello no hallando en mí disposición ni fuerças quales desseo,
 por las mis assiduas indisposiciones y ocupaciones en cosas por
 las quales tengo principal obligación a Dios Nuestro Señor y 70
 a la Santidad de Nuestro Señor en su nombre; asimismo, vien-
 do, conforme a mi conciencia, que a esta mínima Compañía no
 conviene tener cargo especial de dueñas con votos de obediencia,
 según que avrá medio año que a Su Santidad expliqué largo,

⁸ *Constitutiones*, p. VI, c. III, n. 5 [588]. Vide documentum: *De cura mulierum non admittenda*. MI Const. I, pp. CXXXVIII, 181-183. Cur Societas mulierum curam non amplectatur explicat etiam Ribadeneira in suo *Tratado ... del Instituto de la Compañía*, cap. XXXVII.

foeminarum curam ac praecipuam, quae votis nuncupatis sub obedientia nostrorum vivant huic minimae Societati nullo modo
 55 convenire. Quod, et causas quamobrem ita sentio, beatissimo romano pontifici aliquot ante mensibus explicavi. Quocirca, ad maiorem Dei gloriam fore iudico (quando mihi per obedientiam licet) hanc provinciam deponere, quam eiusdem obedientiae praecepto susceperam. Te igitur non pro spirituali filia sub obedientia mea
 60 viventem deinceps habebō, sed tanquam bonam piamque matrem, qualem te mihi semper praestitisti, omni officio ac pietate colam, ad maiorem Dei ac Domini nostri gloriam. Quam unam intuens atque spectans, et sempiternae eius bonitatis laudem et cultum uberiorem tantummodo ante oculos propositum habens, quantum
 65 possum et debeo, hanc curam depono (salva semper obedientia) teque committo ac prorsus relinquo prudentissimo iudicio, obedientiae ac voluntati Sanctissimi D. N. Papae, orans interim Dominum, ut anima tua in ipso Deo totius consolationis et verae pacis autore pacem habeat, et divinae dulcedinis abundantia ad
 70 maiorem eius gloriam perfruatur. Romae Kal. Octob. 1546⁹.

57. Haec ille. Qui etiam Ferrariae, ut nostri curam sacram sororum eius monasterii, quod mater ducis¹¹ fundaverat, ad tempus susciperent, ipsi duci obnixi postulanti negavit¹². Et Pinciae quendam ex nostris, qui lacrymis foeminarum pene
 75 coactus et obedientia victus, per similem curam acceperat, ubi rescivit Ignatius, deponere iussit¹³.

⁹ MI Epp. I 424; RAHNER, *Briefwechsel*, 332-333.

¹⁰ Collegium ferrariense inchoatum est a. 1551, favente duce Hercule II Estensi, qui suasionibus S. Francisci Borgiae cesserat. FN II 212; TACCHI VENTURI, *Storia* II/2, 394.

¹¹ Lucretia Borgia, filia Alexandri VI.

¹² Agebatur de committenda Societati cura conventus Sanctae Mariae « della Rosa », quam Ignatius respuit. Cf. RAHNER, 220 295.

¹³ Sermo est de domo conversarum, dicta « de San Felipe de la Penitencia », cuius curam susceperat P. Iacobus Méndez. Huic Patri concessum

me ha parecido, a mayor gloria divina, retirarme y apartarme 75
 deste cuydado de teneros por hija espiritual en obediencia, mas
 por buena y piadosa madre, como en muchos tiempos me avéis
 sido a mayor gloria de Dios Nuestro Señor. Y assí, por mayor
 servicio, alabança y gloria de su eterna bondad, quanto yo pue-
 do, salva siempre toda autoridad superior, os remito al prudentí- 80
 tíssimo juyzio, ordenación y voluntad de la Santidad de nuestro
 Señor, para que vuestra ánima en todo sea quieta y consolada,
 a mayor gloria divina. En Roma, primero de octubre, mil y qui-
 nientos y quarenta y seis »^o.

57. Hasta aquí son sus palabras. Y conforme a ellas fueron 85
 sus obras, assí por lo que avemos referido en este capítulo, como
 por otras cosas que para este mismo fin hizo. Entre las quales
 es una que, començándose a fundar el colegio de Ferrara¹⁰ y
 pidiendo el duque de aquella ciudad (que es tan poderoso prín-
 cipe y de quien dependía toda la fundación) a nuestro padre 90
 que dicesse licencia a los nuestros para que algunos días tuvies-
 sen cargo de un monesterio de monjas muy religioso que en
 aquella ciudad avía fundado la madre del mismo duque¹¹, y
 haciendo mucho instancia sobre ello, nunca lo pudo acabar con
 él¹². Y en Valladolid, aviendo los nuestros (por pura impor- 95
 tunidad y lágrimas de ciertas monjas y ruegos de personas prin-
 cipales y por obediencia de los superiores de la Compañía de
 España, que vencidos dellos se lo mandaron) tomado cargo de
 ciertas monjas, luego que lo supo nuestro B. P. Ignacio se lo
 mandó dexar, y assí se hizo¹³. Porque de ninguna cosa tenía 0
 mayor cuydado que de conservar el instituto de la Compañía
 entero y en su vigor, y en que los della sirviessen a nuestro
 Señor en lo que él quiere ser servido dellos y no en otras cosas
 ajenas de su vocación, en las quales no suele Dios assí acudir

fuit ibi confessiones audire et contionari. MI *Epp.* I 706; II 505. Haec
 evererunt a. 1549. Vide FN II 496; *Chron.* I 438 n° 473; II 120 n° 283;
 MI *Epp.* I 669 704 706; II 505.

NE AD ECCLESIASTICOS HONORES ADITUS NOSTRIS HOMINIBUS
PATEAT, IGNATIUS SUMMA VI APUD PONTIFICEM NITITUR

CAPUT XV

58. Iis sedatis tempestatibus, alia gravissima in Societatem
 5 commota est, eo periculosior, quo occultior et blandior, et minus
 vulgo formidabilis. Nam Ferdinandus, Romanorum rex, ut hae-
 reticorum pestem magis quotidie suas in provincias influentem
 reprimeret, probatissimos quosque viros atque doctissimos con-
 10 quirebat, qui pastores ecclesiis destitutis praeponerentur. Ex quo
 magistro Claudio Iaio, de cuius integritate atque doctrina ma-
 gnā habebat opinionem, tergestinae ecclesiae episcopatum de-
 tulit¹. Quem cum ille constanter repudiasset, ad summum pon-
 tificem de illius statu ecclesiae et impendente (ni celeriter ob-
 15 sisteretur) a lupis irruentibus vastitate, diligentissime scripsit²;
 et simul addidit, voluisse quidem se Claudium Iaium pastorem
 ei ecclesiae praeficere, propter hominis insignem probitatem cum
 pari eruditione coniunctam, verum illum obstinato animo recu-
 20 sasse, petiitque a pontifice summa contentione, ut Claudium pro
 imperio cogeret episcopatum suscipere, cui ipse persuadere sua
 auctoritate non potuisset. Regis voluntatem complexus est pon-
 tifex, Claudiumque summo S. R. E. cardinalium consensu, epi-
 scopum creare constituit.

3 XV] XIII

¹ De hac re actum est annis 1546 et 1547. Vide praecipue *Supplemen-
 tum* secundum, additum *Memoriali* Patris Gonçalves da Câmara, quod legisse
 videtur Ribadeneyra: FN I 745-751. Cf. ibid. 285, 607 617; MI Epp. I 435

con su gracia como en las otras para las quales él los llama 5
y para que dellos se quiere servir.

COMO EL BIENAVENTURADO PADRE IGNACIO PROCURÓ CON
TODAS SUS FUEZZAS QUE NO FUESSE OBISPO CLAUDIO YAYO
NI SE DIESSEN DIGNIDADES ECLESIASTICAS
A LOS DE LA COMPANIA

CAPÍTULO XV

5

58. Sossegadas ya las tempestades que avemos dicho, se le-
vantó luego otra gravíssima contra la Compañía, tanto más pe-
ligrosa quanto era más encubierta y a los ojos del mundo menos
temerosa. Andava buscando el rey de Romanos y de Hungría,
don Fernando de Austria, personas de vida exemplar y de ex- 10
celente dotrina para darles las yglesias de sus reynos, inficio-
nadas en gran parte de la pestilencia luterana, la qual cada día
se yva entrando más y cundiendo por sus estados, para que
estos prelados santos y zelosos hiziessen rostro a los hereges, y
como buenos pastores velasse[n] sobre su grey y la defendiessen 15
de los lobos carnizeros. Y como estava saneado de la entereza
de vida y sana dotrina del padre Claudio Yayo, le nombró para
el obispado de Trieste, en la provincia que llaman Istria¹. Reu-
sólo el padre Claudio fuertemente, y de pura pena pensó morir,
tanto que hubo de ir el negocio al sumo pontífice. Al qual es- 20
cribió el rey de Romanos lo que passava², y por su embaxador
le hizo saber la estrema necessidad de aquella yglesia y provin-
cia, y la elección que él avía hecho de la persona de Claudio Yayo,
por las partes que de bondad, zelo santo y letras en él concu- 25
rrían; mas que hallava en él tan grande resistencia, que si no
era mandándose lo Su Santidad en virtud de obediencia (como
le suplicava que lo hiziesse), no tenía esperanza ninguna de po-
der acabar con él que aceptasse aquella dignidad. Aprovó el
papa el zelo y la elección del rey, y con mucha voluntad suya
y de los cardenales, se determinó de hazer a Claudio obispo 30
de Trieste.

¹ 19 y de — morir autogr. in marg. M

450-454; 460-467; *Epp.* ... *Iaii*, 311-334; 392-393; FN II 371-372; *Chron.* I, 179-180, 215; ORLANDINI, VI, 31-52.

² De hac epistula v. FN I 746.

59. Id ubi cognovit Ignatius, confestim omnes nervos intendere decrevit, quo minus id fieret. Itaque aliis rebus frustra
 25 tentatis, ipsum pontificem maximum fidenter alloquitur³: quamobrem Claudium episcopum fieri non expediat, rationes multas exponit; supplex rogat pontificem et obtestatur, ut qui omnium pastor est, omnibus consulat, et aliorum vulnera sine aliorum vulneribus curare studeat.

30 60. Vereri se, ait⁴, ne conatus Societatis et labores usque ad id tempus per Christi misericordiam eius ecclesiae haud infructuosi, ad nihilum recidant; et radicibus paupertatis atque
 abiectiois, quibus nitebantur, exarescentibus, inutiles atque inanes fiant. Magnam impendere ruinam ipsi Societati, magnum
 35 esse periculum, ne quod *charitas* et *humilitas* coagmentarunt, cupiditas ambitioque dissolvant; et nonnulli, qui nomen suum in Societate Christo dederunt, ut rerum humanarum vinculis expediti, paupertatis sui-
 que contemptus quasi gradibus quibusdam facilius ad coelum ascenderent, pedem referant et ab in-
 40 caepto desistant. Contra multi, honorum quos in aliis cernant specie delusi, speque adipiscendi similes dignitates commoti, cupiant animum ad Societatem adiungere; quibus nimirum, non contemptus vanitatis, sed vanitas ipsa suadeat ingressum. Ti-
 mendum praeterea esse, ne hic episcopatus non uno Claudio
 45 Iaio, sed multis Societatem privet, eiusque statum labefactet atque convellat. Secuturos enim alios et facturos exemplo, quod sine exemplo non fecissent. Neque iccirco (inquit) haec disputo, ut aut honores ipsos improbem, aut religiosos permultos, qui honoribus pie saneteque et magna cum ecclesiae utilitate fungun-
 50 tur. Sed illud contendo, Pater Beatissime, aliam esse caeterarum religionum conditionem, ac nostrae. Illas diuturnitate iam longoque usu corroboratas, cuilibet oneri ferendo esse; nostram nascentem adhuc et infirmam, graviori pondere oppressum iri. Illas in militantis ecclesiae exercitu, quasi statarias cohortes, et
 55 certos ordines ducere, et proprio loco stabilique posse consistere; nostros homines quasi velites ad subita belli ministeria promptos, huc illucque discurrere; atque ob id ipsum, ab omni eiusmodi munere vacuos liberosque esse oportere. Quis enim dubitat

35 *caritas*

³ Ignatius primum de re egit cum Bernardino Maffei, a secretis pontificis (FN I 746-747), postea directe cum summo pontifice (ib. 747-749).

59. Vino el negocio a oídos de nuestro B. P. antes que se efetuasse, el qual puso todas sus fuerças para estorvarlo, y tomó todos los medios que pudo para ello por terceras personas. Como no le sucediessen, vase él mismo a hablar al papa³ y con una humilde libertad le propone muchas y muy eficazes razones, por las quales no convenía que Su Santidad condecendiese con el rey y llevase adelante su determinación. Suplícale hūmilmente que, pues es pastor de todos, que mire por todos, y no quiera sanar las llagas de los heridos hiriendo más a los sanos.

60. «Temo (dize)⁴, Beatíssimo Padre, que por este camino perdamos el fruto de todos los trabajos con que nuestra Compañía hasta oy (por la misericordia de Dios) ha servido a su Yglesia. Porque secándosenos la pobreza y humildad, que son las rayzes ¿cómo no se secarán los frutos que en ella se sustentan? En grande peligro veo que nos ponen esta nueva planta, no querría que la codicia y ambición nos arranque todo lo que con la caridad y con el menosprecio del mundo hasta agora ha crecido. Quiero dezir, Padre Santo, que algunos de los que, sueltos de las cadenas del mundo, se han acogido al puerto desta nuestra religión (que es hechura de Vuestra Santidad) y que dessean subir al cielo por los escalones de la pobreza y desprecio del mundo, por ventura volverán atrás viendo que se les cierran los caminos para lo que buscan y se les abren otros para lo que vienen huyendo del mundo. Y al revés, podría ser que huviesse otros, y no pocos, que picassen en este sabroso y dulce cebo, y deslumbrados y ciegos con el engañoso y aparente resplandor de las mitras y dignidades, viniessen a la Compañía no por huyr la vanidad del mundo, sino por buscar en ella al mismo mundo. Y tengo rezelo que este obispado no solamente nos haga perder a un Claudio Yayo, mas que abra la puerta para que perdamos otros muchos en la Compañía, y que ella se venga a salir de sus quicios y a desgovernarse y se eche a perder. Porque ¿quién duda que otros pretenderán luego seguir a Claudio y hazer con su exemplo lo que sin él no hizieran? Yo no quiero por esto ni trato de condenar las dignidades y prelaía, ni tampoco repruevo los religiosos que santamente y con grande fruto de la Santa Yglesia usan destos honrosos cargos y los administran, mas quiero dezir, Santíssimo Padre, que ay muy grande

⁴⁸⁻⁴⁹ hasta — crecido *autogr.* *in marg.* M || ⁵⁶⁻⁵⁷ picasen — aparente *autogr.* *in M*

⁴ Argumenta a Ribadeneyra exposita eadem sunt fere quae habentur in *Supplemento Memorialis*: FN I 747-749.

quin, si non tam ipsius Societatis utilitatem, quae tamen ab
 60 Ecclesiae utilitate seiuncta non est, sed aliorum salutem spec-
 tare velimus, uberiores perceptura sit fructus Christi ecclesia,
 ex nostris non episcopis, quam episcopis? Nam qui episcopus
 est, etsi maiorem auctoritatem habet ac potestatem, certis tamen
 locorum finibus continetur, et suis est tantum pascendis ovibus
 65 addictus. Fieri autem potest, ac saepe fit, ut a suis non reci-
 piatur; neque tamen alio se transferre, neque alias oves curare
 possit. Si vero liber sit, et nulla certa administratione impe-
 ditus, illum in una civitate cum persequentur, fugiet in aliam,
 et mundi universi incola, omnibus se episcopis ministrum, om-
 70 nibus populis praebebit servum. Adde Societatis existimationem
 et famam, quae in hac causa agitur. Nam ut alios permoveas
 et ad virtutem impellas, permagni refert, quam opinionem, qui-
 bus persuadere velis, de te habeant; ut exploratum illis nimi-
 rum sit, te non ipsorum bona, sed ipsos quaerere; non opes, non
 75 honores, non titulos concupiscere, sed Christi duntaxat gloriam
 et ipsorum salutem omni studio et labore conquirere. Quod ho-
 mines aegre adduci poterunt de nobis ut credant, si ipsis nostrae
 Societatis ac fervoris initiis, dignitatis insignibus nos videant
 ornatos. Neque vero id adscribent obedientiae et caritati, sed
 80 ambitioni potius et cupiditati, deponentque opinionem eam, quam
 de nobis conceptam habent, quaeque in primis ad proximorum
 salutem, Christi operariis est necessaria. Ea autem iactura tanta
 est, ut unius episcopatus fructu compensari non possit.

63 auctoritatem || 79 adscribent] adscribetur | caritati

diferencia de las otras religiones a la nuestra. Porque las demás con su antigüedad y largo tiempo han cobrado fuerças para llevar qualquiera carga; la nuestra es tierna y recién nacida, y tan flaca que qualquier gran peso la derribará. Las otras religiones las considero yo en este lucido exército de la Yglesia militante como unos escuadrones de hombres de armas que tienen su cierto lugar y asiento, y con su fuerça pueden hazer rostro a sus enemigos y guardar siempre su manera de proceder, mas los nuestros son como cavallos ligeros que han de estar siempre a punto para acudir a los rebates de los enemigos, para acometer y retirarse y andar siempre escaramuçando de una parte a otra. Y para esto es necessario que seamos libres, y desocupados de cargos y oficios que nos obliguen a estar siempre quedos. Pues si miramos, no digo al bien de nuestra religión (aunque este es bien de toda la Yglesia a quien ella sirve) sino al bien de los próximos ¿quién duda que será mucho mayor el fruto y más abundante que la Yglesia de Jesu Christo podrá recibir de los nuestros si no son obispos que siéndolo? Porque el obispo, aunque tiene mayor autoridad y potestad, todavía tiénela limitada en cierto distrito y para ciertas ovejas que en él ay, las cuales deve apacentar. Y puede acontecer, como muchas vezes vemos que acontece, que ni él sea grato a sus ovejas ni acepto, ni puede buscar otras a quien lo sea, y assí que no pueda exercitar su talento. Mas el hombre que es libre y suelto y que no tiene obligación de residir en un lugar, si en una ciudad no le reciben, acudirá a otra y como vezino y morador del mundo universo ayudará y servirá a todos los obispos y a todos los pueblos. Muéveme también la estima y crédito de la Compañía acerca del pueblo, que en esto corre mucho riesgo. Porque para mover a otros y persuadirles el camino de la virtud importa mucho que sientan bien del predicador y entiendan que no busca sus haciendas sino sus almas, y que no codicia riquezas ni títulos ni honras, sino solamente la gloria de Christo y la salvación de los que él con su sangre redimió. Lo qual con mucha dificultad se podrán persuadir los hombres de nosotros, si nos veen en los mismos principios y fervor de nuestra Compañía entrar en obispos y grandezas; porque no lo atribuyrán a caridad y obediencia (aunque por ventura nazca dellas) sino a ambición y codicia, y assí se perderá la buena opinión que tienen de nosotros. La qual, como he dicho, es necessaria a los ministros del evangelio de Christo, si quieren hazer fruto en las almas de sus próximos; y la pérdida de este buen crédito es tan grande, a

70

75

80

85

90

95

0

5

10

61. Iis rationibus aliisque permultis pontificem Ignatius per-
 85 movere conatus est, ut Claudium privatum vivere sineret. A
 quo tamen illud tantum in praesentia obtinuit, res ut Deo ampli-
 us commendaretur, se attentius deliberaturum⁵. Ignatius igitur,
 et sacrificia omnium patrum qui Romae tum erant Deo quo-
 tidie offerri iussit, et assiduas fratrum preces, ut imminens di-
 90 scrimen a Societate depelleret, et ipse lacrymis orationibusque
 se penitus dedit, et huc illuc, dies noctesque cursans, cardina-
 lium omnium pene domos obivit⁶, eosque docuit, quantum ines-
 set in hac re periculi. *Itaque tantum preces eius et lacrymae*
 apud Deum valuerunt, tantum apud homines prudens sollicitudo
 95 potuit et industria, ut res quae certa omnino et constituta vi-
 debatur, longius proferretur, dareturque ipsi tempus scribendi
 ad regem Ferdinandum⁷. Qui rationibus Ignatii edoctus, cum
 sine magno Societatis incommodo, quod volebat, fieri non posse
 animadverteret, ut erat optimus ac religiosissimus princeps no-
 0 strique amantissimus, passus non est, nostro nos malo aliis bono
 esse. Quamobrem oratori suo mandat ea causa uti desistat; atque
 hunc in modum periculum tunc evasimus. Deinceps etiam cum
 episcopatus et cardinalatus nostris hominibus deferrentur, sem-
 per restitit Ignatius, et omnibus viribus contra pugnavit.

5 62. *Nam anno salutis nostrae 1551 Iulius III, Pont. Max. Caroli caesaris rogatu, Franciscum Borgiam (qui Christi pau-*

⁹³ *Itaque tantum] tantumque || 1 caussa || 2 cum] cum et || 5-59 Nam anno — Societati aperiretur om.*

⁵ *Ib. 749.*

⁶ *Nocturno tempore visitavit cardinales Nicolaum Gaddi et Ioannem Salviati. Ib. 750.*

mi podre juyzio, Padre Santo, que no se puede bien recompen-
sar con el fruto que de un obispado ni de muchos se puede
sacar ».

61. Con estas y otras muchas razones procuró nuestro padre 15
Ignacio mover al sumo pontífice para que tuviese por bien de-
xar al padre Claudio vivir sin cargo en la llaneza y pobreza de
su religión. Mas no pudo por entonces sacar otra cosa del papa,
sino que se encomendasse más a Dios este negocio, y que él quería
mirar más en ello ⁵. Buelto, pues, a casa nuestro padre, hizo 20
luego que los padres ofreciessen a este fin todas las missas que
se dezían cada día, y ordenó que los hermanos hiziessen con-
tinua oración, y él también de su parte suplicava a nuestro
Señor, con muchas lágrimas y oraciones, que tuviese por bien
de librar la Compañía de aquel tan grande y tan evidente pe- 25
ligro. Y no parava de día ni de noche, yendo de casa en casa
a todos los cardenales ⁶, dándoles a entender la importancia deste
negocio y el daño que dél podría resultar al bien común de la
Yglesia. Valieron tanto delante de Dios sus oraciones y lágri-
mas, y para con los hombres pudo tanto su prudente solicitud 30
e industria, que se dilató el negocio que ya se tenía por hecho
y concluyódo, y assí hubo tiempo para escribir al rey de Roma-
nos ⁷. Lo qual hizo el padre con tanta fuerça y tomó tantos
medios para persuadirle, como suelen los ambiciosos para al-
cançar las honras que pretenden. El rey, vistas las razones de 35
nuestro padre, entendiendo que lo que desseava no se podía
efetuar sin notable perjuyzio de la Compañía, (como era chris-
tianíssimo y religiosíssimo príncipe y devotíssimo de nuestro ins-
tituto) no quiso que a tanta costa nuestra hiziésemos bien a
otros, ni con daño nuestro aprovechar a aquella particular ygle- 40
sia de Trieste. Y assí mandó luego a su embaxador que desis-
tiesse deste negocio y no diese más puntada en él. Desta manera
salimos entonces deste peligro, y dello hubo muy particular re-
gocijo en toda la Compañía. Después fue más fácil resistir (co-
mo muchas vezes resistió nuestro B. P.) tratándose de dar mi- 45
tras y capelos a algunos padres de la Compañía.

62. Porque el año de mil y quinientos y cincuenta y uno
quiso el papa Julio III hazer cardenal al P. Francisco de Borja

³³⁻³⁵ Lo cual — pretenden *autogr. in marg.* M || ³⁶ lo que] lo que él AC ||
⁴³⁻⁴⁴ y dello — Compañía *autogr. in marg.* M || ⁴⁴ la universal Compañía AE

⁷ Epistula data est a. 1546, mense decembri. Edita in *MI Epp.* 1
450-453.

pertatem saeculi divitiis praeferens, nostram religionem nuper fuerat ingressus) in S. R. E. cardinalium senatum statuit cooptare. Quod ubi pro certo Ignatius audivit, incertus ipse de Domini voluntate, animi dubius et anxius, rem totam explorare ac precibus pervestigare constituit. Mandat igitur, omnia omnium domesticorum sacrificia precesque in eum finem triduo ipso referri. Ipse vero caeteris curis abdicatis, in cubiculum se abdit, in hanc unam rem summa animi contentione incumbit, habenas piis lacrymis laxat et incensis desideriis atque inflammatis affectibus, diu noctuque Deum suppliciter orat obsecratque, ut voluntatis suae ipsi lumen ostendat, quo illustratus, vel de hoc negotio nihil laboret, vel certe, quantum in se est, det operam ne transigatur. Primo igitur die ita dubius fuit atque anceps, ut neutram in partem potius propenderet; proximo, eam in partem inclinavit, ut rem, quo ad eius fieri posset, impediret. Tertio vero tanta luce divinitus completus est, ut clarissime atque manifestissime intelligeret, ex Dei voluntate nihil sibi praetermittendum esse, ut rem totam disturbaret atque excluderet. Quod et fecit, et pontifici Iulio persuasit ut amplissimam illam cardinalatus dignitatem Francisco quidem volenti offerret, sed vim recusanti non afferret. Sic enim futurum, ut Carolo imperatori honesta petenti satisfaceret, et tamen Franciscum in suscepto proposito perseverantem non perturbaret atque affligeret. Dixitque mihi ipsemet Ignatius, tanto se fuisse tunc caelesti splendore perfusum, tanta firmitate roboratum, ut nullius potentia abduci potuisset, ab illo, rem deliberatam et iam propemodum confectam, disiciendi consilio⁸.

63. Anno item 1553 Ferdinandus Romanorum rex Petrum Canisium, virum modestiae atque sapientiae laude in nostra Societate praestantem acremque fidei catholicae adversus haereticos defensorem, optavit creari episcopum viennensem. Videbat enim, cum in ipsa civitate Vienna, tum per universam Austriam haereseon pestem impune grassari, et pastore sanctissimo atque vigilante opus esse, qui a Christi grege luporum passim saevientium rabiem arceret. Cum igitur a pontifice Iulio III hoc rex Ferdinandus summis precibus contenderet, pontifex rem totam ad Ignatium reiecit, ut si ille probaret quod rex petebat, id ipse concederet. Negavit Ignatius id ex usu atque commodo Socie-

⁸ De cardinalatu offerro S. Francisco Borgiae v. DA n° 74 (II 371) epist. Polanci ad Borgiam ex commissione S. Ignatii: MI, Rpp. IV 255-257; epist. S. Ignatii ad Borgiam, ib. 283-285. Cf. Chron. II 425-426; EN I

(duque que avía sido de Gandía y después fue el tercero general
de la Compañía) a suplicación del emperador don Carlos V 50
deste nombre, cuyo criado y privado avía sido el duque. Nuestro
B. P. Ignacio, quando lo supo, dudó mucho lo que avía de hazer
en este caso, porque no sabía lo que Dios quería, ni lo que le
sería más agradable. Y para saber mejor su voluntad, ordenó
que por tres días todas las missas y oraciones de los de casa 55
se hiziesen a esta intención, y el mismo padre, dando de mano
a todos los demás cuydados y negocios por atender a solo éste,
se encerró en su aposento, y soltando las riendas de la devoción,
a las lágrimas y a los abrasados y amorosos afectos, comenzó a
suplicar a nuestro Señor muy de veras que le descubriese con 60
el rayo de su luz lo que en este negocio tan dudoso él avía de
hazer. El primer día de la oración se halló perplexo e indife-
rente, sin inclinarse más a una parte que a otra. El segundo
se inclinó más a estorvarlo que a dexarlo correr. El tercero fue
tan grande la claridad que tuvo y tan firme la certidumbre que 65
Dios le dio de que lo devía estorvar, que el mismo padre me
dixo que, aunque todo el mundo se echara a sus pies y le rogara
que no tratara dello, no dexara de hazer lo que hizo, que fue
hablar al papa y dar forma cómo, cumpliendo con el emperador
el padre Francisco, se quedasse en su baxeza, y con ella admi- 70
rarse y edificasse al mundo^a.

63. También el año de mil y quinientos y cincuenta y tres
quiso el rey de Romanos don Fernando hazer obispo de Viena
al padre Pedro Canisio, por la satisfacción que tenía de su per- 75
sona y por la necesidad que tenía aquella ciudad de pastor santo
y vigilante que defendiesse el rebaño del Señor y resistiesse a
los hereges que, como lobos robadores y sangrientos, hazían gran-
de estrago en ella y en toda Austria. Pero, remitiendo el papa
Julio III este negocio a nuestro padre, y diziendo que Su San-
tidad lo haría si el padre Ignacio diesse su consentimiento, no 80

265-268; II 7. De cardinalatu Borgiae conferendo iterum actum est a. 1554.
Cf. *MI Epp.* VI 713. Tunc Borgia easdem dubitationes quas Ignatius duo-
bus annis antea habuit, expertus est. Vide epist. Natalis ad illum, datam
17 iunii 1544: EN, I, 265-268; cf. *Chron.* IV, 494-495. Tandem ipse Borgia,
per principem Ioannam obtinuit ut hac de re non amplius ageretur.

45 *tatis fieri posse. Adhibitæ sunt omnes machinæ ad expugnandum illius animum, sed frustra; mansit enim semper in sententia, nec se ab illa ullis rationibus deduci passus est*⁹.

64. *Denique, anno 1555, octobris mense ineunte, gravissimis autoribus intellexit Ignatius Paulum IV Pont. Max. statutum*
 50 *habere atque deliberatum Iacobum Lainem ad purpuratorum patrum numerum omnino aggregare. Qua de re cum sermonem haberemus, dixit tunc Ignatius mihi: — Nisi Deus obstet, et suo consilio et paterna providentia rem impediatur, brevi Iacobus erit cardinalis. Sed si hoc quidem fiat, ita certe fiet, ut omnes intel-*
 55 *ligant, quam gravate atque repugnanter Societas nostra eiusmodi honores atque dignitates accipiat —*¹⁰. *Exemplum autem Ignatii omnes qui illum postea consequuti sunt praepositi generales diligenter imitati sunt, dederuntque operam ne qua ad ambitionem fenestra Societati aperiretur. Quin etiam illud im-*
 60 *petravit a summo pontifice et in constitutionibus suis diligenter cavuit Ignatius*¹¹, *ne cui dignitatem ullam extra Societatem liceat admittere, sine praepositi generalis facultate. Quam ille quidem nunquam dabit, nisi summi pontificis obedientiae iure compulsus; eiusque rei professi nostri voto quodam peculiari se ob-*
 65 *stringunt.*

65. *Et quoniam ad conservandam Societatem, res qua de agimus magni ponderis est, et nonnulli fortasse in ea erunt sententia ut existiment gratius Deo futurum et sanctae eius Ecclesiae fructuosius, si Societas nostra (ubi confirmata fuerit ac*
 70 *robusta) episcopatus aut dignitates admittat, quam si in sancta humilitate (ut hactenus fecit) et humili paupertate vivat; addam etiam alia, quae ad uberiores huiusce rei explicationem pertinent. Marcellus Cervinus S. R. E. Cardinalis, titulo Sanctae Crucis, is qui postea pontifex maximus creatus, Marcellus II appel-*
 75 *latus, brevi bonis omnibus lugentibus Ecclesiae Christi ereptus est*¹². *Is inquam vir vitae gravitate eximiaque prudentia excellens, hac ipsa de re cum D. Olavio (de quo in hoc libello mentionem fecimus)*¹³ *aliquando agens, disputansque num commode*

61 Ignatius om. || 66-30 Et quoniam — depeliet om.

⁹ De episcopatu viennensi Petro Canisio conferendo, anno 1553, vide FN I 52*, 607; II 372; *Chron.* III 254; IV 16 260; MI *Epp.* V 309-310; VII 657; BRAUNSBERGER, I 427 500-501. Tempore Pauli IV de hac re iterum actum est, sed periculum fugatum fuit mediante cardinali de Carpi: MI *Epp.* IX 414; X 281.

¹⁰ De cardinalatu Lainio oblato anno 1555, vide FN II 372; *Lainii Mon.* I 281-284.

se pudo acabar con él que le diesse, por muchos medios que se tomaron para ello ⁹.

64. Y el año de mil y quinientos y cincuenta y cinco, en el mes de octubre, sabiendo que el papa Paulo III quería en todas maneras hazer cardenal al padre maestro Laynez, me dixo nuestro padre que, si lo fuesse, lo sería de suerte que el mundo entendiese cómo la Compañía aceptava semejantes dignidades ¹⁰. Lo mismo han hecho todos los otros generales en las ocasiones que se les han ofrecido, defendiendo este portillo, como cosa importantísima para la conservación de nuestra religión. Y aun alcanzó nuestro padre Ignacio de la Sede Apostólica y dexólo establecido en nuestras Constituciones ¹¹, que ninguno de la Compañía pueda admitir dignidad fuera della sin licencia del preposito general, la qual él nunca dará si el papa por obediencia no se lo mandare. Y desto hazen particular voto los professos de la Compañía. ⁸⁵
⁹⁰
⁹⁵

65. No quiero passar en silencio lo que acerca deste punto se me ofrece, por ser cosa en que pueden adelante reparar algunos, pareciéndoles que podría la Compañía hazer mayor servicio a nuestro Señor aceptando obispados y dignidades, que no andando como anda en su baxa humildad y pobre llaneza. El cardenal de Santa Cruz, Marcelo Zervino (que por sus merecimientos de excelente virtud y prudencia vino a ser papa y fue llamado Marcelo, segundo deste nombre, y por nuestros pecados en breves días le perdimos) ¹² fue muy amigo de nuestro B. P. Ignacio y muy devoto de la Compañía. El qual, poco antes que fuesse levantado a la silla del sumo pontificado, tuvo una gran disputa sobre esto con el doctor Olave (de quien en este libro avemos hecho mención y adelante se hará más) ¹³, varón seña- ⁰
⁵

83-87 y en el año — dignidades del. N || 88-90 Lo mismo — nuestra religión. *Haec verba addita sunt in margine manu Ribadeneyrae post verba de la Compañía (lin. 46) in M, sed non adhibita sunt in editionibus A et B, in quibus integer locus desideratur a lin. 47 ad 90*

¹¹ *Constitutiones* p. X, n° 6 [817]; p. IX, c. III, n° 13 [756]; c. IV, n° 5 [771, 772]; c. VI, n° 6 E [788].

¹² Marcellus II electus fuit summus pontifex die 9 aprilis 1555, obiit autem die 1° maii eiusdem anni.

¹³ *Supra*, l. I, cap. XIV.

faceret Societas nostra atque e republica christiana, ecclesiasti-
 80 *cas dignitates atque episcopatus reiiciens, multas in contrariam*
partem rationes afferebat. Sentiebat enim cardinalis Societatem
nostram, si sanctos episcopos ecclesiae Dei suppeditaret, tanto
utiliorem rem facturam, quantam nunc facit, dum egregios con-
 85 *fessarios, concionatores ac doctores illi subministrat; quanto epi-*
scopus simplici sacerdoti potestate atque autoritate praestat et
antecellit. Cum autem Olavius cardinalis rationes refelleret, ac
verissime doceret nulla re Societatem nostram sanctae ecclesiae
tam posse prodesse, quam si in incorrupta sui instituti integri-
 90 *tate atque abiectioe se quam diutissime conservet (sic enim diu-*
turnius, securius atque efficacius suam operam illi navare po-
terit) cardinalis nihilominus tamen in sua sententia persisteret,
subiecit Olavius: — Non rationibus tantum, Illustrissime Do-
mine, tecum agam, sed etiam autoritate. Magister quippe Socie-
 95 *tatis nostrae ac parens Ignatius, utilius hoc iudicat et maxime*
probat, nec solum nostra referre putat, sed multo etiam magis
Ecclesiae Dei — Tunc cardinalis: — Nunc cedo, inquit, Olavi,
et manus do. Plus enim apud me, in hac quidem causa, mo-
menti habet Ignatii autoritas, quam omnes rationes, idque ipsa
ratio manifeste docet. Probabile enim est Ignatium, qui Socie-
 0 *tatem vestram tam opportuno tempore et Dei ecclesiae neces-*
sario divinitus instituit, felicissime propagavit, prudentissime hac-
tenus gubernavit, eius qui illum ad tam eximium opus elegit, vo-
luntatem Dei potius habere compertam, quam nos qui saepe hal-
lucinamur, et media in luce non videmus. Quis enim, qui Igna-
 5 *tium ad fundandam religionem vestram, amplificandam atque*
administrandam, tanta a Domino gratia atque Spiritu donatum
videat, non etiam intelligat, illum ipsum caelesti lumine collu-
stratum, certissimam rationem accepisse, in qua nimirum Deus
velit, ut se ad eius obsequium Societas vestra exerceat, et per-
 10 *petuo conservet? Quapropter vestris potissimum in rebus, unus*
*Ignatius omnium mihi rationum instar est —*¹⁴.

66. *Ipse vero Ignatius, quo tempore primum Urbem ingres-*
*sus est*¹⁵, *Aguilaris marchionem, oratorem tunc Caroli caesaris*
*apud Rom. Pont.*¹⁶ *tum officii gratia convenit, tum ut sui in-*
 15 *stituti rationem redderet. Cum autem mutuo colloquerentur, si-*
gnificavit in sermone marchio atque innuit, Ignatium multis in

¹⁴ Eadem referuntur a Rib. in DA n. 51 et DH, I, 1 (II 352-353), ubi dicitur factum hoc evenisse a. 1554, et ipsum Patre Olave rem Ribadeneyrae enarrasse.

¹⁵ Anno 1537.

lado e insigne teólogo de nuestra Compañía. Dezía el cardenal 10
 que la Compañía haría mayor servicio a la Yglesia de Dios si
 la proveyesse de buenos obispos que dándole buenos predicadores
 y confesores, y sería tanto mayor el fruto, quanto puede más
 hazer un buen obispo que un pobre clérigo; y traía muchas
 razones a este propósito. A las quales yva respondiendo el doc- 15
 tor Olave, dándole a entender que el mayor servicio que la Com-
 pañía podía hazer a la santa Yglesia era conservarse en su pu-
 ridad y baxeza, para servirla en ella más tiempo y con más se-
 guridad. Y como en fin el cardenal, pareciéndole mejor sus ra-
 zones, se quedasse en su opinión, dixo el doctor Olave: — Si 20
 no bastan razones para convencer a V. S. ilustríssima y hazerle
 mudar parecer, a nosotros nos basta la autoridad de nuestro
 padre Ignacio, que siente esto, para que creamos ser mejor —
 Entonces dixo el cardenal: — Agora me rindo, señor doctor,
 y digo que tiene razón, porque, puesto caso que me parece que 25
 la razón está de mi parte, todavía más peso tiene en este negocio
 la autoridad del padre Ignacio que todas las razones del mundo;
 y esto lo dize la misma razón. Porque, pues Dios nuestro Señor
 le eligió para plantar en su Yglesia una religión como la vuestra
 y para estenderla por todo el mundo con tanto provecho de las 30
 ánimas y para gobernarla y regirla con tanto espíritu y pru-
 dencia, como vemos que lo ha hecho y haze, también es de creer,
 y no parece que puede ser otra cosa, sino que el mismo Dios
 le haya revelado y descubierto la manera con que quiere que
 esta religión le sirva y para adelante se conserve —¹⁴. 35

66. Y esto que digo tuvo de muy atrás siempre muy assen-
 tado nuestro B. P., porque quando vino la primera vez a Roma
 con Fabro y Laynez¹⁵, visitando al marqués de Aguilar (que
 entonces era embaxador del emperador don Carlos en Roma)¹⁶

²⁸ y esto — razón *autogr. in marg. M* || 32-33 como vemos — mismo Dios
autogr. in marg. M || 36 Y esto — digo *autogr. in M*

¹⁶ Ioannes Fernández Manrique de Lara, marchio de Aguilar, fuit
 Caroli V orator Romae ab anno 1536 ad 1543. Quae hic dicuntur vide
 etiam in DA n. 73 et DH, I, 40 (II 370-371; 477).

suspicionem occultae ambitionis venisse; quasi splendida sanctitatis specie, tenebras oculis intuentium offunderet et ad honores insidiosè obreperet, captaretque paupertatis simulatae atque hu-
 20 militatis quasi esca, aliquam dignitatem. Tum Ignatius nihil omnino verbo respondit, sed facto. Confestim enim eadem vultus gravitate caput aperit, signo crucis se munit, se nullam extra Societatem dignitatem, ne oblatam quidem admissurum voto se
 25 repudiareque illam sibi citra peccatum non liceat. Atque hoc facto expurgavit tunc suspicionem atque dimovit. Alias item hoc idem coram cardinali quodam¹⁷ eadem suspitione laborante fecit, ut falsitati aditus omnes obstrueret, et tam certo gravique testimonio, eorum hominum, qui ex se alios ferme metiuntur,
 30 fallacis suspitionis calumniam depelleret.

VARIA COLLEGIA

CAPUT XVI

67-68. His Societas difficultatibus opera Ignatii et laboribus expedita, feliciter in dies procedebat et numero et fructu,
 5 et novis semper collegiis augebatur. Nam praeter collegium barcinonense¹, quod a piis quibusdam viris propter D. Araoz, aliquandiu in ea urbe commorantem², fuit inchatum, praeter bononiense, quod anno 1546 initium accepit³; Caesaraugustam nostri anno 1547 accersiti sunt a primariis quibusdam viris, in
 10 primisque a Ioanne Gonzales, regni Aragoniae conservatore⁵. Illi vero, quae pietatis opera Societas suo ex instituto administrare solet, in iis se exercere, et civitatem opibus, nobilitate et

2 XVI] XV

¹⁷ In *De actis* res dubitative exprimitur: «y no sé si fue Pacheco». cf. 235; ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragón*, l. II, c. VII; CREIXELL, *San Ignacio*, I 335-343; ASTRAIN, I 276.

¹ Inchoatum est a. 1545. FN I 292; *Chron.* I 162 168; *Mixtae* I 399 399

² P. Araoz saltem quinques Barcinonem invisit, ab anno 1539 ad 1549. FN III 202.

³ *Chron.* II 254 570.

⁴ FN I 292; *Chron.* I 175-177 376-377; ORLANDINI, l. VI, n. 14; TACCHI VENTURI, II/2 411.

⁵ Ioannes González de Villasimplez, post uxoris mortem sacerdos factus, Societati domum et bona donavit quae prius fundando puellarum collegio destinaverat. ALVAREZ, *Historia de la Provincia de Aragón*, l. II, c. XXVI; ASTRAIN, I, p. 439.

y hablando de diversas cosas, de plática en plática vino el marqués a darle a entender que no faltava quien sospechasse que él, so cubierta de pobreza y humildad, andava pescando algún capelo o dignidad. A lo qual el padre no respondió con palabras, sino con obras. Porque, quitándose el bonete y hecha la señal de la cruz con grande devoción y mesura, hizo voto allí, delante del marqués, de no aceptar dignidad ninguna que fuera de la Compañía se le ofreciese, si no fuesse obligándole a pecado el vicario de Christo nuestro Señor. Y con esta respuesta quitó entonces la falsa sospecha. Y aun otra vez renovó el mismo voto delante de un cardenal¹⁷, por entender que avía la misma necesidad y por cerrar de su parte la puerta a los vanos juyzios de los hombres que comúnmente miden por sí a los demás.

DE LA FUNDACIÓN DE DIVERSOS COLEGIOS

CAPÍTULO XVI

67. Libre ya la Compañía y desembaraçada destos trabajos y peligros que avemos contado, mediante las oraciones y buena diligencia de nuestro B. P., yva cada día adelante con más felice successo, creciendo assí en el número de los que entran en ella, como en el fruto que ellos hazían y en los colegios que della se fundavan. Al de Barcelona¹ dieron principio algunos hombres devotos, aficionándose a la dotrina y conversación del padre doctor Araoz, que en aquella ciudad residió un poco de tiempo²; el qual después dotó doña María Manrique de Lara, hija del duque de Nájara³, y por esto y por su gran recogimiento y virtud aún más conocida y estimada en el mundo.

68. El de Bolonia se començó el año de 1546⁴, y el de 1547 entraron en la ciudad de Zaragoza los padres de la Compañía, llamados por algunos principales hombres de aquella ciudad, entre los quales fue uno Juan Gonçález, amigo y devoto nuestro, que entonces era Conservador del reyno de Aragón⁵. Allí exercitaron los nuestros los officios y obras de caridad y devoción en que la Compañía (según su instituto) se suele ocupar, con las quales pcuraron de mover a todo género de virtud aquella ciudad, que en riqueza, nobleza y autoridad es tan señalada en

¹¹⁻¹³ el qual — mundo] *om.* AC

⁶ *Infra*, l. IV, cap. XIV.

autoritate praestantem, ad omnem virtutem commovere instituerunt, multaque, ut suo loco dicam⁶, passi sunt.

- 15 69. Quamobrem Ignatius, ut crescentem suam familiam communicata cum aliis cura melius gubernaret, et Societatem in ordinem certum paulatim redigeret, collegia in Hispania partiri, provinciasque designare constituit; et magistrum Simonem, quem a principio nostris omnibus in Lusitania praefecerat, eo in regno
20 provincialem praepositum esse voluit⁷; in reliqua Hispania D. Antonium Araoz⁸. Qua in provincia, hoc ipso pene tempore, collegium *Salmanticae* est inchoatum, quod tenue quidem principium habuit (ut reliqua fere) sed progressus felices. Nam Franciscus Mendoza, episcopus tunc coriensis, ac S. R. E. cardinalis,
25 Ignatii vita et nostrorum hominum fructu commotus, in academia illa collegium nobis aedificare constituit; quod etsi *variis occupationibus impeditus distulit primum, deinde etiam morte interceptus non perfecit*; eius tamen voluntatem tunc complexus Ignatius, D. Michaëlem Torrensem, paulo ante in Hispaniam
30 missum, cum duobus sociis Salmanticam anno 1548 ire iussit¹⁰. Ubi in perangusta domo eaque conducta habitare primum cepit, et civium atque scholasticorum iuvenum animos ad pietatum factis, tum verbis excitare. Tam multa autem a principio ea in civitate de nobis iactata per viros etiam doctrina ac religionis professione insignes, publice ac privatim, in sermonibus
35 et in concionibus disseminata sunt, ut nostrum nomen suspectum vulgo esset et invisum; et non modo infimi homines, qui aliorum fere opinione ducuntur, sed viri etiam vel nobilitate, vel literis et rerum usu atque autoritate praestantes, a nostrorum hominum consuetudine abhorrerent, et perspicua etiam atque honesta in suspicionem vocarent.

- 70-71. Sed eorum, qui eo tempore adversati nobis sunt, dux omnium fuit et princeps vir quidam tum religionis professione, tum sapientiae laude clarus, episcopatusque depositi admiratione
45 venerabilis¹¹. Qui ut se canem acrem ac vigilantem dominico

²² Salmanticae] salmantinum || 26-28 variis — non perfecit] non perfecit morbo impeditus

⁷ Die 25 octobris 1546. *MI Epp.* I 449-450.

⁸ Die 1 septembris 1547. *Ibid.* 584-588; ALVAREZ, *Historia*, l. II, cap. XXVII. De statu sociorum in Hispania eo tempore v. apud ASTRAIN, I 278.

⁹ Franciscus de Mendoza et Bobadilla, episcopus et cardinalis primum cauriensis (Coria, 1544-1550), postea burgensis (Burgos, 1550-1566), fuit unus eorum qui Ignatium Salmanticae visitavit, cum a. 1527 carcere detineretur. *Acta*, n. 69 (I 46).



España y, como en su lugar se dirá ⁶, no les faltó materia de exercitar también la paciencia .

69. Viendo, pues, nuestro padre que su familia yva creciendo ²⁵ y que assí multiplicava Dios esta su obra, para mejor gobernarla e irla reduciendo poco a poco a más orden, determinó de repartir con otros la solicitud y cuydado que él solo tenía, y de hazer distintas provincias, y señalar a cada una sus colegios, y nombrar provinciales; y assí nombró al padre Maestro Simón ³⁰ Rodríguez provincial de Portugal ⁷, y del resto de España al padre Doctor Araoz ⁸. En cuya provincia se començó en este mismo tiempo el colegio de Salamanca, el qual casi como todos los demás tuvo pequeños principios, mas grande y felice successo. Porque don Francisco de Mendoça (que entonces era obispo de ³⁵ Coria y cardenal de la Santa Iglesia de Roma), movido con lo que en Roma veía por sus ojos de la vida del B. P. Ignacio, al qual él avía conocido en Salamanca ⁹, y con el provecho que en todas partes los nuestros hazían, se determinó de edificarnos un colegio en aquella insigne Universidad, para lo qual embió el ⁴⁰ padre Ignacio al padre doctor Miguel de Torres con otros dos compañeros a Salamanca el año de mil y quinientos y quarenta y ocho ¹⁰. Los quales, entrando en aquella ciudad, tomaron una casilla alquilada, y començaron a despertar grandemente con obras y con palabras, assí a los ciudadanos como a los estudiantes, ⁴⁵ a la devoción y obras de virtud. Pero luego se levantó contra ellos una gran murmuración, la qual fomentava alguna gente principal, y entre ella algunos religiosos y famosos letrados. Los quales, no solamente en la conversación y pláticas familiares, mas aun en los púlpitos y cátedras tratavan de nosotros, de ⁵⁰ manera que ya no faltava sino escupir nuestro nombre y huir de nosotros como de gente infame y sospechosa.

70. Mas de los que en aquel tiempo mayor contradición nos hizieron, el principal, y como caudillo y muñidor de todos los demás, fue un hombre que por el hábito de su religión, y por ⁵⁵ el nombre que tenía de gran letrado, y por haber después dexado un obispado, fue muy conocido, respetado y tenido en grande veneración ¹¹. El qual, para mostrarse en la guarda deste

37-38 al qual — en Salamanca om. AC || 50 cáthedras AC

¹⁰ FN I 29315; *Mixtae* I 491; *MI Epp.* I 580-581 582 635-636 637-638; *ASTRAIN*, I 298-303.

¹¹ *Clare significatur Fr. Melchior Cano, O. P., qui a. 1546 Salmanticae docere coepit; renuntiavit episcopatu Canaricensi, sibi a 1552 oblato.*

praeberet gregi, adlatrare eos coepit, quos lupos arbitratur,
 50 nostrumque institutum graviter insectari; cuius auctoritatem mul-
 ti ac iudicium sequebantur. Verum procedente tempore emersit
 veritas, omnisque falsus rumor celeriter (ut solet) defluxit, et
 nostrorum patrum vita atque operibus, et Francisci Stradae ma-
 xime concionibus¹², obloquendi omnis licentia compressa est. At-
 55 que ita ex agitatione illa Societatis cognitio crevit, ut nostri,
 qui intacti si fuissent et quieti, diu forte in tenebris latuissent,
 exagitati, in cognitionem hominum brevi venerint, et magnopere
 civitatem illam commoverint. Nam praeter eos qui nostrorum
 opera et consilio sacrarum religionum instituta, in nobilissima
 60 academia secuti sunt (quorum magnus est numerus) huic col-
 legio potissimum et complutensi propagationem nostrae Socie-
 tatis in Hispania acceptam ferre debemus.

¹² Anno 1548. En quae hac de re breviter innuit P. Nadal: « Excitata
 Salmanticae tribulatio nostris per Canum; haec per conciones Stradii so-

rebaño del Señor (que es la Yglesia) ser uno de los canes della
 más cuidadosos y vigilantes, comenzó a ladrar reziamente contra
 los que tuvo por lobos y perseguir pesadamente nuestro Insti- 60
 tuto. Y como era varón de tanta autoridad, muchos, cerrados
 los ojos, le seguían. Mas, plugo a la eterna bondad de descubrir
 con el tiempo lo que la Compañía professa, y que aquella in-
 famia y murmuración, fundada en dichos de hombres y fal- 65
 sedad, presto se cayesse.

71. Las obras de aquellos padres nuestros y los sermones
 del padre Maestro Estrada, que allí fue a predicar, pusieron
 silencio a todos nuestros adversarios¹². Y sacó Dios nuestro Se- 70
 ñor (como suele) gran fruto de aquella persecución. Porque nues-
 tros padres respondían orando y callando, y a ratos alabando
 o escusando a sus perseguidores, en lo que buenamente podían,
 y rogando a nuestro Señor por ellos, y no dexando las buenas
 obras que tenían entre manos, sino llevando su empresa adelante
 con alegría y constante perseverancia. Y assí, aunque eran pocos 75
 y pobres, y estaban arrinconados en una casilla, y por ventura,
 si los dexaran en paz, no fueran conocidos en mucho tiempo
 ni se supiera quiénes eran, como los predicaron desde los púl-
 pitos y desde las cátedas, muchos abrieron los ojos y con curio-
 sidad los venían a buscar y conocer, para ver si descubrían en 80
 ellos algo de lo que avían oído murmurar. Y con el trato y exem-
 plo dellos, les quedavan estrañamente aficionados; y perdida la
 mala opinión y sospecha que al principio dellos se tuvo, vinieron
 a ser muy amados y seguidos. Assí que, demás de un grandís-
 simo número de estudiantes que, por consejo de los nuestros, 85
 han entrado en otras santas religiones en la Compañía, se ha
 recibido de aquella nobilissima Universidad tanta y tan principal
 gente, que a este colegio de Salamanca y al que tenemos en
 Alcalá se deve la multiplicación y aumento de nuestra Compañía
 en España y de muchas partes fuera della. 90

71-75 respondían orando — perseverancia *autogr.* in M || 79-82 y con curio-
 sidad — aficionados *autogr.* in M

pita »: FN II 208. De hac tribulatione vide locos allatos in annotatione 2
 sequentis capitulis.

MAGISTRI GENERALIS ORDINIS PRAEDICATORUM
DE SOCIETATE PUBLICUM TESTIMONIUM

CAPUT XVII

72. Sed illud minime praetereundum videtur, quod occasio-
5 ne *huius* collegii factum est. Nam cum vir gravissimus, atque
doctissimus Franciscus Romaeus, Ordinis Praedicatorum Magi-
ster generalis¹, ex sua familia, in Ecclesia Christi sanctitate,
doctrina, numero fructuque clarissima, esse aliquot intellexisset
10 qui Salmanticae nostri instituti ignoratione homines publicae hor-
tarentur ut suspectam haberent novitatem ac nostros vitarent,
eos ut errore liberaret, omnesque qui ad eius obedientiam per-
tinebant cautiores redderet, patentes literas Ignatio dedit, qui-
bus, si opus esset, uteretur; in quibus et Societatem praeclare
sua autoritate commendat, et suis, ut eam complectantur nostros-
15 que commilitonum loco habeant, gravissime praecipit². Quarum
literarum exemplum, ut magis pateat, quantum optimi viri me-
moriam debeamus, et sanctissimae eius religioni, idque persolvere
studeamus, hoc loco duximus adscribendum.

73. « Universis in Christo venerabilibus patribus et fratribus
20 Ordinis Praedicatorum, ubique terrarum constitutis, Frater Fran-
ciscus Romaeus e Castillone, Sacrae Theologiae professor, ac to-
tius dicti ordinis humilis generalis Magister et servus, salutem
et Spiritus Sancti consolationem. Pateat vobis, qualiter hoc ca-
lamitoso tempore, quo religio christiana haereticorum telis im-
25 petitur, malorumque christianorum perversis moribus labefac-
tatur, novus ordo presbyterorum regularium sub titulo nominis
Iesu de Urbe, quasi praesidiaria manus, Dei benignitate sub-
missus est; quem ob ingentes fructus quos lectionibus et con-
cionibus publicis, privatorum adhortationibus, confessionum au-
30 dientia caeterisque sacris exercitiis, de sanctorum morum exem-

8 XVII] XVI || 5 Huius] Salmantini || 21 Castillione

¹ Fr. Franciscus Romeo e Castiglione, congregationis S. Marci, 45^{us}
Magister Generalis Ordinis Praedicatorum, ab a. 1546 ad a. 1552. Anno
1531 prior S. Marci, a. 1532-1538 socius Magistri Du Feynier, a. 1542
provincialis romanus, a. 1544 procurator Ordinis, a. 1545 Vicarius Ordinis,

DEL PÚBLICO TESTIMONIO QUE DIO DE LA COMPAÑIA
EL MAESTRO GENERAL DE LA ORDEN DE LOS PREDICADORES

CAPÍTULO XVII

72. No me parece que será razón passar en silencio el testi-
monio que, por ocasión del colegio de Salamanca, dio de nuestra 5
Compañía el general de la Orden de los Predicadores. Supo fray
Francisco Romeo, Maestro general de la religión de Santo Do-
mingo, varón gravíssimo y doctíssimo¹, que algunos religiosos
de su orden, que en la Yglesia de Dios es tan esclarecida en
santidad y doctrina, por no saber la verdad de nuestro instituto, 10
aconsejavan públicamente a las gentes en Salamanca que se
guardassen de los nuestros y huyessen de novedades. Y por sa-
carlos deste error y por avisar a todos sus súbditos que fuessen
más cautos de ay adelante en este particular, dio a nuestro B. P.
sus letras patentes para que usasse dellas donde juzgasse ser 15
necessario². Por las quales declara lo que siente de la Compañía,
y les manda que le tengan amor, y a los padres della por sus
compañeros y hermanos. Y para que mejor se vea lo mucho que
devemos a aquel siervo del Señor y a su santíssima religión, y
para que procuremos pagarlo (como es razón) con agradecimiento 20
perpetuo, he querido poner aquí a la letra, trasladada de latín
en castellano, la misma patente, que dize assí:

73. « A todos los nuestros venerables en Christo, padres y
hermanos de la orden de los Predicadores donde quiera que se 25
hallaren, fray Francisco Romeo de Castellón, professor en sacra
teología y humilde Maestro general y siervo de toda la dicha
orden, salud y consolación del Espíritu Santo. Sabed cómo en
estos miserables tiempos, en que la religión christiana es com-
batida de las armas de los hereges y maltratada de las perversas
costumbres de los malos christianos, nos ha embiado la miseri- 30
cordia de Dios, como gente de socorro, una nueva religión de
clérigos regulares, llamada la Compañía de Jesús, la qual ha
aprovado y confirmado nuestro santíssimo en Christo Padre el

22 castellano] romance AC

a. 1546 *Magister generalis*. Obiit Romae die 20 iunii 1552. TAURISANO, *Hierarchia Ordinis Praedicatorum* (Romae 1916) p. 11.

² Procurarunt nostri ut Magister generalis Praedicatorum oblocutiones contra Societatis Institutum compeceret. De hac re v. MI, *Epp.* I, 215 218-219 330 409 483 484; *Chron.* I 267; ORLANDINI, VIII 50.

plis in Ecclesia facit, Sanctissimus in Christo Pater et dominus noster Paulus papa III approbavit et confirmavit. Quod ideo vobis significatum volumus, ne huius instituti novitate seductus quispiam vestrum, commilitones suos ad eundem scopum tendentes, et a Deo sibi suppetias missos, per errorem fortassis oppugnet, eorumque detrahat institutis, quorum fructibus gratulari, et pios actus aemulari debuerat. Credimus quidem vos omnes, utpote coelesti sponso dilectos et amicos, varietati, qua sponsa illius amicitur, non detracturos; sed eam potius caritate, quae
 40 congaudet veritati, complexuros et exosculaturos.

Attamen, ne officio nostro desimus omnesque motus praeveniamus, vobis omnibus et singulis praefatis Fratribus, praesentium tenore mandamus, et autoritate nostri officii in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae, ac sub poenis arbitrio
 45 nostro taxandis, praecipimus, ne dicto ordini, per Apostolicam Sedem approbato et confirmato, aut eius institutis ullo modo detrahere, aut de eo obloqui audeatis, tam in publicis lectionibus, sermonibus et congressibus, quam in privatis vestris colloquiis; quin potius eum, praesbyteros eius, tanquam vestros commilitones, iuvare, et contra impugnantem protegere et tueri studeatis.
 50 In quorum fidem et robur, has fieri et nostri officii sigillo muniri iussimus. Datum Romae, decima decembris, anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Frater Franciscus Romaeus, Magister Ordinis Praedicatorum, assumptionis nostrae anno III etc.³
 55

74. Hactenus ille, cuius in Societatem animi propensionem ac benevolentiam, decimoseptimo post anno, universus divi Francisci Minorum ordo de Observantia, Ecclesiae et ipse lumen ac ornamentum, insigni caritate imitatus est, cum in generali conventu, Vallisoleti anno 1565 habito, inter alia praeclara decreta, hoc quoque de nobis adiecit:

« Praeterea, cum Ordo noster Fratrum Minorum existat, atque in humilitate praecipua et caritate fundatus, noverint Fratres omnes ubique terrarum dispersi, religiosos cuiusvis religionis cum omni humilitate et humanitate tractare, tum maxime eos, qui de Societate Iesu fuerint, quos diligere et honorare
 65

³ Huius documentum exemplar authenticatum a Philippo Archinto, Urbis vicario, die 23 ianuarii 1549, servatur in ARSI, *Instit.* 194, p. 41.

papa Paulo III, movido por los grandes frutos que en la Yglesia esta religión haze con sus sermones y lecciones públicas, con exhortar los fieles a la virtud, con oyr las confesiones, y con los otros sacros exercicios y con el exemplo de santa vida. De lo qual os he querido avisar porque ninguno de vosotros, movido por la novedad deste instituto, se vuelva por error contra los soldados que Dios le ha embiado de socorro, ni murmure de aquellos de cuyo acrecentamiento se devía alegrar e imitar sus pías obras. Bien creemos que vosotros, como amigos y amados del celestial Esposo, no vituperaréis ni sentiréis mal de la variedad de los vestidos de su Esposa, antes los estimaréis y honraréis con aquella caridad que se goza con la verdad; mas por no faltar a lo que devemos a nuestro oficio, y por prevenir a qualesquier inconvenientes, por estas nuestras letras os ordenamos, y por la autoridad de nuestro oficio y en virtud del Espíritu Santo y de la santa obediencia, y so las penas que quedarán a nuestro arbitrio os mandamos, que ninguno de vosotros, los dichos nuestros religiosos, se atreva a murmurar ni dezir mal desta dicha orden, aprovada y confirmada por la Santa Sede apostólica, ni de sus institutos, assí en las lecciones públicas y sermones y ayuntamientos, como en las pláticas y conversaciones familiares, antes trabajéis de ayudar a esta religión y a los padres della, como a soldados de nuestra misma capitania, y los defendáis y amparéis contra sus adversarios. En fe de lo qual mandamos sellar estas nuestras letras con el sello de nuestro oficio. Dada en Roma a diez de octubre de 1548.

Francisco Romeo, Maestro de la orden de los Predicadores, en el tercero año de nuestra assumpción »³.

74. La misma voluntad y benevolencia con la Compañía imitó con gran caridad dezisiete años después toda la religión de los Menores de San Francisco de la Observancia, que es otra lumbrera del cielo y ornamento de la Santa Yglesia, quando en su capítulo general, que se congregó en Valladolid el año de 1565, hizo este decreto, entre los otros que de aquel capítulo salieron.

« Siendo nuestra religión de frayles menores fundada principalmente en la humildad y caridad, sepan todos los frayles, en qualquier parte del mundo donde estuvieren, que deven tratar con toda humildad y humanidad a los religiosos de qualquier religión y principalmente a los de la Compañía de Jesús, a los quales han de amar y honrar y combidarlos y recibirlos con

52-53 por la — apostólica *in marg.* M

30 MUN. IGNAT. · VITA IGNATII LOYOLÆ

debent, eosque ad actus litterarios, ad sanctorum nostrorum celebrationem aliosque publicos actus, ad quos religiosi convenire solent, cum caritate invitare et suscipere; nec eis quisquam nostrum publice, vel occulte audeat detrahere ».

IN VARIAS AFRICAE REGIONES PENETRANT NOSTRI

CAPUT XVIII

75. Hoc praeterea anno millesimo quingentesimo quadagesimo octavo, nostri in interioris atque exterioris Africae oras penetrarunt. Nam ex Lusitania in Mauritaniam ad christianos captivos redimendos missi sunt P. Ioannes Nugnetius, is qui Aethiopiae patriarcha postea Goae mortuus est¹, et P. Ludovicus González a Camera², qui in commisso sibi munere egregiam operam posuerunt, magna sua patientia et vigilantia, nec minori miserorum hominum salute³. Multos enim labantes in fide confirmarunt, lapsos revocarunt, afflictos ac moerentes consolati sunt, viros, foeminas, pueros, puellas conquisito pretio a crudeli servitute redemerunt, suoque officio diligenter perfuncti, in Lusitaniam reverterunt.

76. In Congum vero, extremæ occidentalis Aethiopiae regnum, quattuor ex nostris navigarunt⁴. Nam cum Emanuel, Lusitaniae rex, Christi nomen amplificari cuperet, homines certos atque ad eam rem idoneos misit, qui Evangelii lumen in mari-

2 XVIII] XVII || 15 Congum] Manicongum

¹ P. Ioannes Nunes Barreto, portuensis (ante a. 1510 natus, ingressus a. 1545, mortuus Goae a. 1562, 22 decembris) annis 1548-1554 in Africa septentrionali laboravit. *Chron.* I, 327-331; *Documenta Indica*, III, 6*.

² De eo v. FN I 323¹.

³ Hi duo Patres missi sunt in urbes Ceuta et Tetuán a. 1548. P. Câmara anno sequenti in Lusitaniam reversus est, P. Nunes Barreto, ut supra diximus, ibi usque ad a. 1554 remansit. De hac missione v. FN I 282²⁵ II 208; *Chron.* I 327-331; *Epp. Rodericii...* 602 803-804; *Mixtae*, I 520 532 552 562; RODRIGUES, *História*, I/2, l. III, c. II: pp. 558-564.

⁴ « In oram etiam exteriorem Africae, quae ad meridiem Oceano abluitur, hoc ipso anno [1548] nostri, qui praeterito profecti fuerant, pervene-

caridad a los actos y ejercicios literarios y a las fiestas en que celebramos nuestros santos y a todos los otros actos públicos, a que suelen congregarse los religiosos, y ninguno de nuestros fra-
 les se atreva a murmurar dellos, ni en público ni en secreto etc. ».

COMO LOS PADRES DE LA COMPAÑIA
 ENTRARON POR DIVERSAS PARTES DE AFRICA

CAPÍTULO XVIII

75. En este año de 1548 entraron padres de la Compañía en las partes de la Africa interior y exterior. Porque los padres Juan Núñez (que después murió en Goa siendo patriarca de Etiopía)¹ y el padre Luis Gonçález de Cámara² fueron enviados desde Portugal al reyno de Tremecén³, a rescatar los cautivos christianos; los quales hizieron gran bien a aquellos cu-
 tados y pobres y de tantas maneras necessitados. Porque no sólo rescataron con dinero los cuerpos de un gran número de hom-
 bres y mugeres y niños, librándolos del miserable cautiverio de los moros en que estaban, pero dieron también espiritual so-
 corro a las almas, consolando a los enfermos y afligidos chris-
 tianos y esforçando en la fe y animando a muchos que estaban en peligro de renegarla y reduciendo al gremio de la Yglesia a otros que ya avían apostatado. Y aviéndose exercitado en este oficio algún tiempo con mucha caridad y diligencia, se bolvie-
 ron a Portugal.

76. Navegaron también otros quatro de la Compañía⁴ al reyno de Congo, que está puesto en la Etiopía Occidental. La ocasión desta jornada fue que, viendo el rey don Juan de Portugal que ya la memoria del Evangelio y de la religión christiana se avía perdido en aquellas costas de Africa y reyno de Congo, donde se avía predicado y recebido en tiempo del rey don Manuel, su padre y predecessor, (el qual con santo zelo de

²¹ Congo] Manicongo AB || ²⁵ Congo] Manicongo

runt ». *Chron.* I 331. Missi erant: PP. Georgius Vaz, Christophorus Ribeiro, Ioannes Dias et Fr. Iacobus do Soveral. FN I 281; II 208; *Chron.* I 253 331-337; *Epp. Roderici* ... p. 568-569; *Quadrimestres*, I 58 70; GRANERO, *La acción misionera* ... p. 48 217; RODRIGUES, *Historia* I/2, l. III, c. II: pp. 546-552.

⁵ Iam a. 1490 Ioannes II, rex Lusitaniae, missionarios in Congum miserat. Novas expeditiones misit rex Emmanuel, inde ab a. 1504. Cf. RODRIGUES, l. c. 542-546.

timas Africae regiones inferrent. Quod quidem multis in locis
 20 factum est, et coelestis doctrinae semen in Congi etiam solo
 sparsum ⁶. Illud tamen postea cultorum vel perversitate vel ino-
 pia exaruit, donec a Ioanne III Lusitaniae rege, Emanuelis pie-
 tate atque haereditate filio, anno 1548 eo nostri missi sunt, ut
 oppressum illud fidei semen (si quid adhuc supresset) excita-
 25 rent, et deserta atque inculta excolerent; quod illi quidem initio
 foeliciter praestiterunt. Rex enim ipse Congi baptisma suscepit,
 et plurimi alii eius exemplum secuti sunt. Postea vero cum illo-
 rum mores nostri ad fidem exigerent, ipsi autem fidem ad libi-
 dinem suam detorquerent, et barbarus rex vitam christiano ho-
 30 mine indignam, non solum ipse profiteretur, sed alios eodem
 etiam vel exemplo invitaret vel imperio cogeret, nostri ne porcis
 margaritas proiicerent ⁶ a quibus disrumperentur, et post cogni-
 tionem retrorsum conversis, ab eo, quod illis traditum erat, sanc-
 to mandato, posteriora prioribus deteriora fierent, alio se trastu-
 35 lerunt. Multi enim, ut ait Paulus, bonam conscientiam repel-
 lentes, circa fidem naufragaverunt ⁷.

77. Nam cum Angolae rex in magno se christianae fidei de-
 siderio esse ostendisset, eius precibus adductus rex *Lusitaniae*,
 aliquot ad illum ex nostris mittendos curavit; quibus oratorem
 40 suum cum magnis ad ipsum regem muneribus adiunxit, quo be-
 nignius reciperentur ⁸. Qui sane, ut a barbaro rege, suscepti qui-
 dem primo humaniter sunt, postea vero, missis a rege lusitano
 muneribus, pecuniaque consumpta, in carcerem coniecti; ubi cum

20 Congi] Manicongi || 26 Congi] Manicongi || 38 post adductus add. idem
 Joannes | Lusitaniae om.

⁶ Mt 7, 6.

⁷ 1 Tim. 1, 6.

⁸ Haec missio locum habuit post Ignatii obitum. Rex Angolae a. 1557
 a rege Lusitaniae missionarios expetivit. Anno 1559 in finem vertente missi

dilatar la Yglesia de Dios y ensalçar el nombre de Jesu Christo, avía embiado gentes de sus reynos a dar noticia de la verdad del Evangelio por aquellas partes)⁵ y teniéndose por sucesor, no menos de la piedad y zelo de las almas que de los reynos 30 que avía heredado del rey don Manuel su padre, embió estos quatro predicadores de la Compañía a aquel reyno, el año de 1548, para que con su dotrina avivassen las centellas de la fe, si por ventura huviessen quedado algunas o rastro dellas, y tornassen a labrar aquellos bárbaros que por falta della avían queda- 35 dado tan desiertos e incultos. Hiziéronlo assí los nuestros, y sucedióles al principio como desseavan, porque el mismo rey de Congo recibió el Santo Bautismo y otros muchos de su reyno por su exemplo. Mas después, como los nuestros los apretassen para que conformassen la vida y costumbres con la fe y Evan- 40 gelio que professavan, y ellos, por el contrario, quisiessen torcer el Evangelio a sus apetitos y antojos, vino a romper el rey bárbaro y a desvergonçarse de tal manera, que no solamente él no vivía como convenía a christiano, sino que también llevaba tras sí a los demás, parte con su mal exemplo, parte apremiándolos 45 y haziéndoles fuerza. No les pareció a los nuestros arrojar las preciosas margaritas a tales puercos⁶, de los quales no se podía ya esperar sino que, bolviéndose a ellos, los quisiessen despedaçar y destroçar. Y assí, porque no les fuesse mayor condenación a aquellos miserables el bolver atrás del bien conocido 50 y muchas vezes predicado, se passaron a otras tierras de la gentilidad a predicar el Evangelio. Verificóse aquí lo que el Apóstol dize, que muchos vienien a perder la fe por no hazer caso de la buena conciencia⁷.

77. Si esta conversión no tuvo tan buen sucesso, podré dezir 55 que no fue mejor el de los otros que fueron al reyno de Angola, embiados a ruegos y suplicación del mismo rey de Angola, que mostró grande desseo de hazerse christiano⁸. Y porque fuessen mejor recibidos de aquel rey bárbaro, el rey de Portugal le embió con ellos su embaxador y un rico presente. Recibiólos, 60 como llegaron, con mucha humanidad y cortesía el rey. Mas después, acabados los presentes y gastado el dinero que le avían dado de parte del rey de Portugal, echó en la cárcel al emba-

51 y — predicado *autogr. in marg. M*

sunt e Societate PP. Franciscus de Gouveia et Augustinus de Lacerda cum FF. Antonio Mendes et Emmanuele Pinto. *Lain. Mon.* III 232 280 455; IV 290 297; RODRIGUES, *Historia*, I/2 557.

regio legato, magno suae patientiae fructu, multos annos asser-
 45 vati sunt. *Itaque quamvis nostri ex hac missione homines illos
 barbaros ad humanitatem et christianam mansuetudine[m] non
 traduxerint, patientiae tamen et fortitudinis suae fructum vel
 maximum perceperunt, et pro Christo adversa multa patiendo,
 moriendique desiderio merita sua cumularunt.*

SICILIA SOCIETATEM COMPLECTITUR

CAPUT XIX

78. Eodem etiam tempore Sicilia insula Societatem nostram
 amplexa est, in quam Iacobus Lhostius flander, vir singularis
 5 modestiae ac doctrinae, nostrum nomen primus invexit. Hic Agri-
 gentum ut mitteretur, Rodolphus Pius Carpensis, S. R. E. cardi-
 nalis nostraeque Societatis protector atque agrigentinus episco-
 pus ab Ignatio impetravit¹. Subsecutus illum est Hieronymus
 Domeneus², quem anno 1547 Ioannes Vega siciliensis regni pro-
 10 rex³, ex Urbe ab eodem Ignatio secum adduxit, ut eius opera
 et consilio in piarum rerum administratione uteretur; quod qui-
 dem large prolixèque admodum fecit. Nam parum fore arbi-
 tratus, oppida moenibus ac praesidio cingere, itinera sublatis
 latrociniiis aperire, securitatem in illo regno ac fidem constituere,
 15 quos gubernabat, eorum animos virtute ac pietate impleri voluit,
 et a divini nominis propagatione auspiciari. Ut superiora illa hoc
 stabili fundamento constituta, splendidiora multo essent atque
 firmiora. Et quoniam Romae magnam habuerat cum Ignatio con-
 suetudinem et nostrorum mores perspexerat atque institutum,
 20 eam ad rem illos delegit, quos suo proposito congruentes sibique
 usui fore arbitrabatur.

44 multos iam annos | asservantur || 45-49 Itaque — cumularunt om.
 2 XIX] XVIII

¹ Cardinalis Rodolphus Pio a Carpi, anno 1546 promotus ad sedem
 episcopalem agrigentinam, voluit ut aliquis e Societate in Siciliam mitte-
 retur. Eo missus fuit primum Iacobus Lhoost, natione flander, FN I 286;
 MI, *Epp.* I 393 660; *Chron.* I 198 236-237 289; TACCH VENTURI, II/2,
 297; SCADUTO, 463.

² De eo v. FN I 434⁵. In Siciliam venit a. 1547, primo vere. FN I
 287⁴²; II 207; *Chron.* I 210 236; MI, *Epp.* I 483 532.

xador y a los predicadores de la verdad, donde muchos años estuvieron presos. De suerte que, ya que no sacaron nuestros padres la conversión de los otros en esta jornada, a lo menos sacaron para sus ánimas el fruto de la paciencia y fortaleza christiana, y el merecimiento que con el padecer y con el desseo de morir por él avrán alcanzado del Señor. 65

CÓMO LOS PADRES DE LA COMPAÑIA ENTRARON IN SICILIA

CAPÍTULO XIX

78. En este mismo tiempo entró nuestra Compañía en la isla de Sicilia, y el primero de los nuestros que en ella entró fue el padre Jacobo Lhostio, flamenco, varón de singular doctrina y modestia. Embióle nuestro B. P. a Girgento, a petición del cardenal Rodolfo Pío de Carpi, que era obispo de aquella ciudad y protector de nuestra Compañía. Después fue embiado el padre Gerónimo Doménech ², al qual llevó consigo desde Roma Juan de Vega, quando le hizieron virrey del reyno de Sicilia, el año 1547 ³. Pidióle a nuestro B. P. y llevóle consigo, para ayudarse de su industria y consejo en las cosas que desseava ordenar en aquel reyno del divino servicio. Parecíale a aquel christiano y valeroso cavallero que hazía poco en fortificar con muros y gente de guarnición las ciudades, y en limpiar el reyno de innumerables salteadores de caminos, y en asegurarle y defenderle de los cossarios y enemigos de nuestra santa fe, y en gobernar con suma paz y justicia los súbditos como él lo hazía, si no plantava juntamente en sus ánimos la piedad y devoción christiana, con el conocimiento y reverencia de la divina magestad, para que todas las otras cosas, estrivando en este tan sólido fundamento, fuessen más firmes y eficazes, y de más lustre y respandor. Y porque en Roma, siendo embaxador del emperador don Carlos V deste nombre, avía tenido gran conocimiento y familiaridad con nuestro B. P. y avía visto por sus ojos el modo de proceder de los nuestros y su instituto, echó mano 5
10
15
20
25

² 66 a lo menos] por entonces *add.* N || 68 *ad finem capituli add.* N: pero después se tornó a abrir la puerta a la conversión, de modo que ya se trata de hacer en Angola collegios de la Compañía.

³ 8 y protector de nuestra Compañía *del.* N || 18 como — hazía *autogr. in marg.* M || 23-24 siendo — nombre *autogr. in marg.* M

³ De Ioanne de Vega v. MARQUÉS DE SALTILLO, *Don Juan de Vega embajador de Carlos V en Roma*; SCADUTO, 562-565; FN, I, II (Indices).

79. Atque ut fructus esset diuturnior, Messanensem magistratum sua autoritate permovit, nostros ut expeteret atque accerseret, et fundato collegio, in domicilio certo apud se collocaret. Illa vero civitas, et nobilis et opulenta, et sacrarum religionum in primis cultrix, gravissimi atque sapientissimi principis iudicium secuta, diligere eos coepit quos nondum viderat, cupere quos illius testimonio utiles sibi futuros sperabat⁴. Itaque anno 1548 summi pontificis imperio et Ignatii voluntate, ad quos et
 30 prorex Vega, de hac ipsa re et Messanensis civitas scripserat, profecti sunt Messanam Magister Hieronymus Natalis, hispanus, Andraeas Frusius gallus, Petrus Canisius germanus, Benedictus Palmius italus, aliique nonnulli ex variis item nationibus mixti⁵, ut novum collegium constituerent et optimarum artium ludum
 35 aperirent. Quod in opportuno civitatis loco, aede divi Nicolai, domo⁶ Magistratus benignitate commode instructa, feliciter sane praestiterunt⁷. Auctus postea nostrorum numerus est, primaque in Societate probationis domus Messanae instituta⁸.

80. Sed et panormitana civitas, eiusdem Vegae consilio atque
 40 que autoritate, et messanensis collegii fructu incitata, cum sua amplitudine, soli fertilitate, hominum splendore ac frequentia, reliquas Siciliae urbes vincat, passa non est se in pietatis studio ab ulla superari. Quamobrem a Paulo III Pont. Max. et ab Ignatio per litteras petit, ut ad suam iuventutem literis ac moribus
 45 instituendam, et civium animos pietate imbuendos, ex nostris ali-

23 auctoritate

⁴ De origine collegii messanensis v. FN I 287; III 746-753; LUKÁCS, *De prima Societatis Ratione Studiorum*, in AHSI, 27 (1958) 209-212; ID., *De origine collegiorum externorum...* in AHSI, 29 et 30 (1960 et 1961) 189-245 et 3-89; SCADUTO, *Le origini della Università di Messina*, in AHSI, 17 (1948) 102-159.

⁵ Reliqui erant: Cornelius Wishaven, Isidorus Bellini, Raphaël Riera, Martinus Mare, Ioannes Bapt. Bressano, omnes decem numero. MI *Epp.* II 25-27.

⁶ SCADUTO, l. c., 105¹³; FN III 753.

⁷ Nadal sociique Messanam pervenerunt die 8 aprilis 1548; die 25 eiusdem mensis scholae inauguratae sunt. FN III 753; SCADUTO, 105; TACCHI VENTURI, II/2 337.

dellos, pareciéndole que eran a propósito para aquel su intento, y que dellos se podría aprovechar más.

79. Y para que el fruto fuese más durable y perpetuo, movió con su autoridad a la ciudad de Mecina que procurasse 30 gente de la Compañía y los llevase a ella, y fundádoles un colegio, los tuviese por vezinos y moradores. Creyó al consejo de un tan sabio y valeroso cavallero aquella noble y rica ciudad, que siempre se hapreciado de honrar todas las sagradas reli- giones, y fiada de tal juyzio, començó a amar y dessear los 35 que por solo el nombre y fama conocía ⁴. El año, pues, de 1548, escribieron el virrey y la ciudad al sumo pontífice y a nuestro padre, pidiendo gente para fundar un colegio de la Compañía. Y para darle principio, les embió a los padres Gerónimo Nadal, español, y a Andres Frusio, francés, Pedro Canisio, alemán y 40 Benedicto Palmio, italiano, y algunos otros también de diversas naciones ⁵, los quales yvan con suma unión y concordia. Y dán- doles la ciudad casa en un escogido puesto y la yglesia de San Nicolás, que llaman de los Cavalleros ⁶, con todo el adereço ne- cessario, començaron a leer públicamente las ciencias que la Com- 45 pañía suele enseñar, que son las que para un teólogo son ne- cessarias ⁷. Creció luego el colegio y después se instituyó en la misma ciudad de Mecina la primera casa de provación que ha tenido la Compañía para crear novicios ⁸.

80. No quiso ser vencida de Mecina en una obra tan pía 50 y provechosa la ciudad de Palermo, venciendo ella a todas las otras de aquel reyno en la grandeza del sitio, fertilidad de la tierra, lustre de los ciudadanos y número de gente principal, ni pudo sufrir que en el desseo de la religión y virtud ninguna otra le hiziesse ventaja. Y assí, movida con la autoridad del 55 mismo virrey y con el exemplo vivo que veía del colegio de Me- cina, suplicó al papa Paulo III y pidió a nuestro padre Ignacio con instancia que se les embiassen algunos de los nuestros, los quales enseñassen juntamente con las buenas letras las buenas 60 costumbres a aquella su juventud, y aficionassen los ánimos de los ciudadanos y de toda aquella república, que tanto lo des-

48 puesto] lugar AC || 51-58 venciendo — principal del. N

⁸ Ideam condendi Messanae domum probationis proposuit Nadal sancto Ignatio, die 1° iulii 1549: EN I 63. Responsio affirmativa sancti Ignatii data est die 6 iulii: MI *Epp.* II 463; *Chron.* I 373; TACCHI VENTURI, II/2 362.

quos eo mittant⁹. Ignatius ergo anno 1549 duodecim¹⁰ Panormum misit; e quibus erant Nicolaus Lanoius flander¹¹, Paulus Achilles italus¹², et alii lecti viri itidem diversarum nationum. Eis mandat, ut cum Iacobo Laine (qui in ea provincia ipsius Ignatii gerebat vices, et Alexandri Farnesii cardinalis et archiepiscopi Montis Regalis rogatu, in eius dioecesi, ad componendas inveteratas quorundam ecclesiasticorum discordias, visitatoris munere fungebatur)¹³, et cum Hieronymo Domeneco sese coniungant, et panormitani collegii fundamenta ponant; quod et factum est a magno hominum concursu, magna civium benevolentia¹⁵. Porro haec duo collegia, Mamertinum ac Panormitanum, annuis certisque fructibus Caroli Quinti imperatoris benignitate, et ipsarum civitatum liberalitate fundata sunt.

81. Reliqua praeterea, quae in Sicilia habemus collegia, ab his duobus exordium ac progressum acceperunt. Sed ille maximus atque uberrimus fructus est, qui ex iis duobus collegiis in universum Siciliae regnum pervenit, quod Ioannes Vega multa eorum patrum, qui in hisce collegiis versabantur, vel consilio vel

49 eisque

⁹ De origine collegii panormitani v. MI *Epp.* II 425; *Chron.* I 383 ss.; TACCHI VENTURI, II/2 364-467.

¹⁰ Re vera undecim fuerunt. Cf. *Chron.* I 384; *Quadrimestres*, I 180; TACCHI VENTURI, II/2 364.

¹¹ Nicolaus Delanoy (Lanoïus), natus in Blandin (Hainaut), professus Vindobonae 15 ianuarii 1553, mortuus Romae 6 septembris 1581. FN I 64*; PONCELET, *Nécrologe*, p. 3; TACCHI VENTURI, II/2 365.

¹² Paulus D'Achille, parmensis, professionem fecit Panormi 1 maii 1556, mortuus ibid. 7 maii 1586. FN I 65*; *Hist. Soc.* 42, f. 73.

seava, a las cosas del cielo y de su salvación⁹. Embióles, pues, nuestro B. P. doze de la Compañía¹⁰ el año de 1549, entre los quales yva Nicolás de Lanoy, flamenco¹¹, y Paulo Achilles, italiano¹², y otros escogidos varones de otras naciones, dándoles 65
orden que se juntassen en Sicilia con el padre maestro Diego Laynez y el padre Gerónimo Doménech, y fuessen todos a dar principio al colegio de Palermo. Era el padre Laynez a la sazón, en lugar de nuestro padre Ignacio, superior de todos los de la Compañía en Sicilia, a donde avía ido a instancia del cardenal 70
Alexandre Farnesio, arzobispo de Monreal, para pacificar y componer ciertas discordias muy antiguas y muy reñidas que avía entre los eclesiásticos de aquella yglesia y ciudad¹³. Y assí, todos juntos, como nuestro padre les ordenava, pusieron las primeras piedras y dieron principio al colegio de Palermo, a los 75
ventiquatro de noviembre¹⁴ de mil y quinientos y quarenta y nueve, con tan gran concurso y tales muestras de amor de los ciudadanos, que bien mostravan el desseo y voluntad con que los avían llamado y esperado¹⁵. Dotó después el colegio de Palermo el emperador Carlos V, de gloriosa memoria, aplicando 80
para sustento de los religiosos que viven en él la abadía de Santa María de la Grota, con sus rentas, casa y yglesia¹⁶. Desta manera se començaron aquellos dos colegios de Mecina y Palermo, los quales con el tiempo han crecido mucho y han sido dotados con renta suficiente, y ayudando a ello la liberalidad 85
del emperador don Carlos V (como se ha dicho) y del católico rey don Felipe, su hijo, y la devoción de las mismas ciudades que los pidieron.

81. Destos dos colegios han salido todos los demás que la Compañía tiene en aquella provincia de Sicilia. Y puédese bien 90
dezir que han sido de provecho para todo aquel reyno. Porque, demás del fruto que se hizo con los sermones, lecciones y otros ministerios en que se emplea la Compañía, por consejo y ministerio de los padres que moravan en ellos ordenó el virrey

69 en lugar -- Ignacio *del. N.* || 79-82 Dotó — yglesia *om.* AC || 92-93 demás — Compañía *autogr. in marg.* M

¹³ De missione Patris Láinez in Siciliam (1549-1550), v. SCADUTO, 144-148.

¹⁴ Secundum *Litteras quadrimestres* inauguratio facta est in festo Sanctae Catharinae, die 25 novembris. *Quadrimestres*, I 181.

¹⁵ Ea occasione Ribadeneyra contionem latino sermone habuit cum magno successu. *Quadrimestres*, I 182; *Chron.* I 387; TACCHI VENTURI, II/2 365.

¹⁶ SCADUTO, 50627.

ministerio instituit, multa perfecit, quae ad verae pietatis cultum
 65 augendum ac hominum salutem pertinebant.

82. Eodem anno 1549 Venecias nostri asciti¹⁸, et ab Andrea Lippomano, qui patavinum collegium fundaverat¹⁹, in certis sedibus collocati sunt. Tyburtinum etiam collegium ortum hoc tempore habuit a nostris eo profectis, ut ipsam civitatem pacarent,
 70 *et cum alia vicina civitate graviter dissidentem reconciliarent*²⁰.

83. In Germania praeterea coeperunt nostri, maiori cum utilitate versari. Nam Gulielmus, Bavariae dux clarissimus, avitaeque et catholicae religionis in Germania praesidium et ornamentum nostros accersivit, ut Ingolstadii sacras literas profiterentur²¹.
 75 *Missique ad ducem sunt ab Ignatio Alfonsus Salmeron, Petrus Canisius, Claudius Iaius, qui in illa academia aliquot annis antea docuerat, et magna fuerat cum laude versatus. Hos patres Gulielmus dux peramanter complexus est, ac supremo suo cancellario, Leonardo Ekio, viro nostri cupidissimo, studiose commendavit*²². *Itaque Alfonsus divi Pauli epistolas, Claudius psalmos Davidis explicare aggressus est, Canisius Magistrum Sententiarum, unusquisque erudite et graviter, magnaue hominum admiratione, suo fungebatur munere. Quo ex tempore Academia illa revirescere ac celebrior esse coepit, et theologiae studia, quae*
 85 *haereticorum impetu convulsa atque prostrata iacebant, excitata sunt. Vicini episcopi spe erecti, catholici animati, furor haereticorum compressus, multa passim in Dei laudem effecta. Quibus Gulielmus commotus, collegium Societati aedificare constituit, sed*

66 Venecias || 70 et cum alia — conciliarent om. || 77 post laude versatus add. quorum opera ac labore ingolstadiense collegium deinceps est constitutum, *omissis his quae sequuntur usque ad finem capituli*

17 De favore Societatis collegiis a proregibus Siciliae collato v. SCADUTO, 562-566.

18 De collegio veneto v. FN II 291-292 737; Chron. I 103 150 272 404; TACCHI VENTURI, II/2 372-378.

19 De collegio patavino, v. FN I 2922; TACCHI VENTURI, II/2 305 ss.

20 Discordiae erant inter urbem Tiburim et Castel Madama. Scholae collegii tiburtini apertae sunt a. 1550. Chron. I 266 ss. 269; 363; II 17-19; TACCHI VENTURI, II/2 371-372.

21 Anno 1549. Vide FN I 295; Epp. Iaii 344-345 346-349; MI Epp. II 660 685 690; III 20; Chron. I 410 414 491-492; II 66.

Juan de Vega por todas las ciudades dél muchas cosas muy 95
saludables e importantes para la conservación y acrecentamiento
de nuestra santa y católica religión, y para el culto divino y
bien de las almas. Las quales se han conservado y llevado ade-
lante, por la buena diligencia de los virreyes que después han
sucedido ¹⁷. 0

82. En este mismo año de 1549 fueron los nuestros llamados
a Venecia ¹⁸, donde les dio casa propia e yglesia el prior Andrés
Lipomano, fundador del colegio de Padua ¹⁹. Començóse también
entonces el colegio de Tíbuli, por ocasión de ciertos padres de 5
la Compañía que avían ido a apaziguar aquella ciudad, que
estaba en mucha discordia y rompimiento con otra ²⁰.

83. En Alemania ya se veía el notable progreso y fruto
de la comunicación con los nuestros, porque Guillelmo, duque
de Baviera, príncipe no menos católico que poderoso (al qual 10
y a sus sucesores dio Dios a su yglesia para defensa y orna-
mento de la católica y antigua religión en Alemania) llevó a
los nuestros para que en su Universidad de Ingolstadio leyessen
las letras sagradas ²¹. Y fueron los que nuestro B. P. para esto
envió los padres Alonso Salmerón y Pedro Canisio y Claudio
Yayo, el qual antes avía leýdo en aquella ciudad algunos años 15
con grande acepción y loa. Recibió el duque Guillelmo estos
padres con estraño amor, y mandó a Leonardo Ekkio, presi-
dente de su Consejo y amicéssimo de la Compañía, que tuviesse
mucha cuenta con ellos y que los regalasse ²². Començó el padre 20
Salmerón a declarar las epístolas de san Pablo, el padre Claudio
los psalmos de David y Canisio el Maestro de las Sentencias, y
hazíanlo todos con tan gran doctrina y prudencia, que fue mara-
villosa el fruto que de sus lecciones se siguió. Por las quales co-
mençó aquella Universidad, que estaba muy caýda, a levantar 25
cabeça, y los estudios de teología, que con las heregías se tenían
en poco, a ser estimados y frequentados. Animáronse los obis-
pos de aquellos estados, los católicos cobraron fuerças, desmaya-
ron los hereges, y enfrenados de los nuestros que con la doctrina
sólida les resistían, detuvieron el ímpetu furioso con que hazían 30
guerra a la verdad, y hizieronse muchas cosas en alabança y
gloria de Dios. Por las quales movido el buen duque Guillelmo,

¹⁶ acepción y loa] aceptación y loor AB || 28-30 enfrenados — la verdad
autogr. in M

²² Leonardus van Eck (1475/80-1550). Villelmi IV, Bavariae ducis con-
siliarius. Cf. *Epp. Iaii* 346.

morte interceptus²³, quod praeclare cogitaverat non perfecit. Et
 90 Alberto filio pietate, prudentia, animi magnitudine sui quam
 simillimo, rem integram reliquit. Qui optimi patris vestigiis insi-
 stens, catholicae religioni acerrimum sese in Germania propugna-
 torem semper praebuit. Et quanvis sui principatus initio, gravissi-
 mis districtus negotiis, in longum collegii foundationem distulit
 95 (ex quo Alfonsus Salmeron in Italiam rediit, Claudius Viennam
 profectus est, Canisius cum Nicolao Gaudano Ingolstadii ad tem-
 pus remansit)²⁴ postea tamen, ita hanc moram diligentia et prae-
 clara beneficentia compensavit, ut non solum Ingolstadii nostros,
 sed etiam Monachii apud se habere voluerit, et in domicilio certo
 0 collocaverit²⁵.

NOSTRI IN BRASILEAM NAVIGANT, ET PRO CHRISTO
 ANTONIUS CRIMINALIS OCCIDITUR

CAPUT XX

84. Dum haec in Europa geruntur, in Brasileam, provinciam
 5 vastissimam, et coeli quidem salubritate laetissimam sed anthro-
 pophagorum feritate horribilem et omnis humanitatis expertem,
 anno 1549, regis lusitani voluntate, nostri primum navigarunt.
 Ubi in hunc usque diem, magna cum patientiae et caritatis laude
 atque indigenarum utilitate perseverant. Multi enim variis mon-
 10 strosissimisque idolorum figmentis superstitionibusque abiectis,
 unius Dei verique lumen aspexerunt; multi, cum infidelitate, im-
 manitatem etiam et crudelem illam devorandi homines naturam
 exuerunt, et ad mansuetudinem atque humanitatem traducti
 sunt¹. Uxoribus vero multitudinem sacratissimis evangelici con-

3 XX] XIX

²³ Mortuus est die 6 martii 1550. De eius intentione fundandi Socie-
 tatis collegium v. *Epp. Iaw* 353 368; DUHR, I 54.

²⁴ FN II 212.

²⁵ Collegium hoc anno 1559 inceptum est. DUHR, I 183 ss.; BRAUNS-
 BERGER, II 869 ss.

¹ Primi de Societate ad Bahia appulerunt die 29 martii 1549. Erant
 autem: patres Emmanuel de Nóbrega, Antonius Pires, Leonardus Nunes,

determinó fundar un muy buen colegio de la Compañía, mas atajóle la muerte²³ y no pudo acabar lo que desseava; pero dexólo encomendado al duque Alberto, su hijo, que en la religión, prudencia y magnanimidad ha sido bien semejante a su padre, el qual, siguiendo las pisadas de tal padre, ha sido siempre el que con las armas en las manos y con su zelo y gran poder ha hecho rostro a los hereges, y mostrándose perpetuo y constante defensor de nuestra santa fe católica. Y aunque a los principios de su gobierno, por las muchas y graves ocupaciones, hubo de dilatar la fundación del colegio (por lo qual el padre Salmerón volvió a Italia y Claudio fue a Viena, quedando Canisio y Nicolás Gaudano por algún tiempo en Ingolstadio)²⁴, pero después que el duque se desembaracó, de tal manera abraçó la Compañía y la favoreció, que no se contentó de fundar un solo colegio en Ingolstadio, sino que hizo también otro en la ciudad de Monachio²⁵, que es donde residen los duques de Baviera y cabeça de sus estados.

COMO LOS PADRES DE LA COMPANIA PASSARON AL BRASIL
Y ANTONIO CRIMINAL FUE MARTIRIZADO POR CHRISTO

CAPÍTULO XX

84. Estas eran las ocupaciones de nuestros padres quando, por voluntad del rey de Portugal don Juan, passaron los de la Compañía al Brasil. Es el Brasil una provincia muy estendida, fértil y alegre, por tener el cielo, como le tiene, muy saludable y los aires templados; mas terrible y espantosa por ser habitada de gente tan fiera e inhumana que, por vengarse de sus enemigos, los mata con grande fiesta y regozijo, y los come y guarda la carne algunas vezes por muchos años para comerla después, pensando en esta manera vengarse dellos¹. Navegaron allá los padres el año de 1549², y hasta aora perseveran entre aquellas

⁹⁻¹² que, por vengarse — vengarse dellos] *om.* AB

Ioannes de Azpilcueta, quibus adde fratres Vincentium Rodrigues et Iacobum Jácome. S. LEITE, *História da Companhia de Jesús no Brasil*, I 18-19 580; *Monumenta Brasiliae*, I 109.

¹ De anthropophagia apud illius populus vide *Monumenta Brasiliae*, I 16, et documenta indicata in Indice illius voluminis, p. 531. Scopum dicti sceleris fuisse vindictam dicitur etiam ibidem, pp. 279 307. Vide infra *Censuram* n. 10.

15 nubii legibus astrinxerunt, et impuras nuptias vagamque libidinem christiana honestate commutarunt.

85. Hoc item anno 1549 P. Antonius Criminalis ³, parmensis, in India a fidei hostibus occisus est. Qui honestis parentibus ortus, in ipso adolescentiae flore se Deo sacravit et Societatem est in-
 20 gressus missusque anno 1542 Roma ab Ignatio in Lusitaniam, omnibus quibuscum vixit, raræ modestiæ ac singularis probitatis exemplo fuit. In Indiam deinde, ad gentium illarum salutem inter primos mittitur, cognitaque eius virtute ac prudentia ab ipso Francisco Xavier, in eo tractu collocatur, qui olim Cori, nunc
 25 Comorini promontorium appellatur, reliquisque nostris præfici- tur ⁴. Ubi propter idololatrarum sacerdotum infestum odium, et victus cultusque inopiam, incommoda multa pertulit, et in illustranda Christi gloria ac propaganda maximos labores tulit. Cum igitur in Menancor regis ⁵ provincia versaretur, et quos Christo
 30 per fidem genuerat catholiciæ doctrinæ lacte nutriret, magnæ militum copię Bisnagæ regis ⁶, ad illam provinciam devastandam et Christi in ea fidem extinguendam, hostiliter sunt ingressæ. Quarum repentino adventu nunciato, Antonius ubi eo ipso die sacrificaverat, in templum primo confugit, ut Deo oves
 35 suas commendaret; tum ad litus egressus, in lusitanorum naves, quæ in statione erant, christianas foeminas parvulosque earum

24-25 collocatur — appellatur] quod nunc Comurini promontorii appellatur, collocatur || 26 post propter *add.*: continua vicinorum regum bella || 33 nuntiatio

³ De hoc Societatis protomartyre v. FN I 129 284 759; II 209; III 760 761¹⁷; *Chron.* I 471; *Documenta Indica*, I 44* (vide Indicem, p. 827). Vide infra *Censuram* n. 8, annot. 6.

⁴ Lege Sissa. Natus 7 februarii 1520, a. 1542 prima Societatis vota nuncupavit (v. textum in *Documenta Indica*, I 351⁵), Goam pervenit a. 1545 mense septembri. In Piscaria a sociis superior electus, a Francisco Xaverio in munere confirmatus fuit. Mense maio vel iunio 1549 a *Cadogis* occisus.

⁵ MHSI *Epp. S. F. Xaverii*, II 23 29-30; *Doc. Indica*, I 273 280 368.

⁶ Lege Remanancor. *Doc. Indica*, I 482 487. De martyrio v. litteras

gentes bárbaras con grandíssima caridad y sufrimiento de excesivos trabajos, y con no menor fruto de las almas de los naturales. Grande es el número de los que han dexado las desvariadas supersticiones y monstruosas falsedades que tenían, y se han llegado al conocimiento y luz del verdadero y solo Dios, y los que con la infidelidad que dexaron, juntamente se desnudaron de aquella fiera crueldad que tenían de comer carne humana, aprendiendo con la verdadera religión la humanidad y mansedumbre christiana. Y donde antes pervertían la ley natural con tomar muchas mujeres, aora, por la gracia de Jesu Christo, viven con las leyes de su santo Evangelio.

85. Este mismo año de 1549 mataron los enemigos de nuestra santa fe en la India al padre Antonio Criminal³, el qual era italiano, nacido de buenos padres en un lugar cerca de Parma en Lombardía, que se llama Sisi⁴, y en la flor de su juventud se consagró a Dios y entró en la Compañía. El año de 1542 fue por nuestro B. P. embiado de Roma a Portugal, y siempre fue un exemplo de singular bondad y rara modestia a todos los que le tratavan. Fue después embiado entre los primeros padres a la India, para procurar la salud de aquella gentilidad. Conocida por el padre Francisco Xavier su virtud y prudencia, le puso en aquella parte de la India que llaman Pesquería, cuyo promontorio se dize el Cabo de Comorín, y le hizo superior de todos los nuestros que allí residían⁵. Aquí, por las continuas guerras de los reyes comarcanos, y por el odio capital que le tenían los sacerdotes de los ídolos, y por la necesidad y pobreza en el comer y vestir, passó muchas y muy grandes molestias, y por ensalçar y aumentar la gloria de Jesu Christo sufrió trabajos inmensos. Estando, pues, en la provincia del rey de Manancor⁶, procurando de criar con la leche de la dotrina christiana y de conservar en ella a los que por virtud de Jesu Christo avía engendrado en la fe, vino de improviso un ejército de soldados del rey de Visnagá⁷, gentil, que venía a assolar aquella provincia y a destruír con ella la fe de Christo. Llegó repentinamente esta nueva al padre Antonio, y luego se recogió a una

³ 17 que tenían] de la idolatría A || 23 post muchas mujeres *add.*: sin saber cuál mujer fuese de cuál varón AB

editas in *Doc. Indica*, I 486-489 522-527 536; *Epp. Xaverii*, II 136-137. Vide infra *Censuram* n. 8.

⁷ In documentis vocatur Bisnaga vel Bisnaguá (*Doc. Indica*, I 536), lingua indica dicitur Vijanayagara. Ib. 13*-14*. Annis 1542-1567 imperator dicebatur Sadâshiva. Ib. 14*, *Epp. Xaverii*, I 434¹².

filios compulit ⁸ (in quas tamen ipse, caeteris omissis, conscenderet seque periculo eriperet, nullis precibus adduci a lusitanis antea potuerat). Dum igitur, sui oblitus, christianorum saluti consulit,
 40 reditu ad naves intercluso, adventantibus badeghis ⁹ hostibus, (sic enim appellantur) atque irruentibus, obviam procedit intrepidus; flexis, genibus, expansis manibus, oculis in coelum fixis mortem expectans, et se, ceu bonus pastor, offerens Deo pro ovibus suis. Ita repertus, a prima et secunda hostium acie intactus relinquitur,
 45 a tertia vero sarissis hastisque transfigitur, et capite abscisso, spoliati corpus in arce suspenditur.

86. Fuit vir sui contemptor, *divini honoris studio flagrans*, obedientiae imprimis cultor, orationis assiduitate ac virtute praestans, cui ipse Franciscus Xavier probatissimae vitae testimonium
 50 dabat, eiusque similes optabat esse omnes, qui in Indiam ex nostris mitterentur. Ego vero, qui anno 1542 Lutetiam Roma proficiscens, bonam itineris partem cum illo confeci ¹⁰, frequenterque adiutus ab eo et sublevatus sum, singularem in Antonio virtutem agnovi, et saepenumero caritatem illius ac pietatis studium
 55 mecum ipse sum admiratus; ut mirum non sit, ex tali principio talem exitum extitisse.

⁸⁷ post ipse *add.*: ut || 45 obscisso || 46 eius spoliati || 47 divini — *flagrans*] zelo Dei fervens

⁸ *Doc. Indica*, I 487.

⁹ Badagas. *Doc. Indica*, I 484^s 536. Emmanuel Teixeira in sua censura ad *Vitam* S. Ignatii a P. Ribadeneyra scriptam corrigit hunc locum affirmans Badagas non fuisse corpus armatorum, sed habitantes illius regionis. Vide infra, *Censuram* n. 8; *Mon. Xaveriana*, II 800.

yglesia, donde aquel mismo día avía dicho missa para encomendar a Dios aquellas ovejuelas. Hecha su oración, salióse a la orilla del mar y hizo entrar en los navíos de los portugueses que allí estaban todas las mujeres christianas y niños, para que en ellos se salvassen⁸. Y aunque los portugueses le importunaron mucho que, dexando los naturales de la tierra a sus aventuras, él mirasse por sí y se metiesse en alguna nave, nunca lo quiso hazer. Desta manera, olvidándose de sí mismo por salvar las vidas de aquellos inocentes christianos, le atajaron los passos los Badegas⁹ (que assí se llaman aquellas gentes armadas) y no tuvo lugar de volver a las naos; y como vio que los enemigos arremetían para él, sin ninguna turbación les salió al camino, y hincadas las rodillas, y levantadas las manos, y enclavados en el cielo sus ojos, se ofreció a la muerte. Passaron junto a él el primero y segundo esquadron de los enemigos sin tocarle, mas el tercero le passó de parte a parte con sus azagayas y lanças, y desnudándole de sus pobres vestidos y cortándole la cabeza, la colgaron de una almena.

86. Fue este padre y siervo del Señor, muy grande despreciador de sí mismo, zelador de la honra de Dios, grande amigo de la obediencia y muy señalado en la virtud de la oración, de cuya vida, como muy escogida y aprovada, dava testimonio el mismo padre Francisco Xavier, diziendo que tales deseava él que fuessen todos los nuestros que passassen a la India a la conversión de aquella gentilidad. Yo, que conocí bien al padre Antonio y fuy su compañero desde Roma hasta Aviñón de Francia, quando el año de 1542 salimos juntos, él para Portugal y yo para París¹⁰, soy buen testigo de las grandes prendas de singular virtud que en él conocí. Y puedo dezir con verdad que hartas vezes yo conmigo mismo me admiré de su ferviente caridad. De manera que no es maravilla si a tales principios dio nuestro Señor fin tan desseado y glorioso, como es perder la vida predicando su fe y ganando las almas para aquel que las compró con su preciosa sangre.

¹⁰ Die 28 aprilis 1542 Romæ profecti sunt septem socii, quorum quinque in Lusitaniam destinati, duo, quorum alter erat Ribadeneyra, Parisios. *Rib.* I 16.

A IULIO III PONT. MAX. SOCIETAS CONFIRMATUR

CAPUT XXI

87. Interim mortuo Paulo III Pont. Max. ¹, qui primus So-
 cietatem sua autoritate confirmarat multisque privilegiis (quae
 5 commemorare longum esset) ac magnis ornat, Iulius III succe-
 dit anno 1550 ², a quo Ignatius postulavit ut ratum haberet, quod
 Paulus fecerat, *cuius ipse successor esset*, nostrumque institutum
 stabiliret, et quaedam etiam, quae in eo videri poterant obscuriora,
 apertius explanaret. Quod utique pontifex, cum e republica chri-
 10 stiana esse intelligeret, libentissimo animo fecit, pontificiumque
 diploma scribi iussit, quo approbatio eiusmodi confirmatioque
 continetur. Quod ego diploma, quoniam Pauli III confirmationem
 et multa eius privilegia Societati concessa breviter perstringit,
 et plenius quam alia ipsius institutum distinctiusque compre-
 15 hendit, subiicere hoc loco opportunum iudicavi ³. Sic igitur habet.

IULIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM
REI MEMORIAM

88. Exposcit debitum pastoralis officii, cui nos, licet immeri-
 tos, praetulit divina Maiestas, ut fideles quoslibet, praesertim re-
 20 ligiosos, in via mandatorum Domini, ad illius honorem et glo-
 riam et proximorum spiritualem profectum deambulantes, pa-
 ternis confoveamus affectibus; ut fideles ipsi, dextera Domini sibi
 assistente propitia, aeternae salutis proemium ferventius exqui-
 rant, et in eorum pio proposito confoveantur.

89. Dudum siquidem per felicis recordationis Paulum pa-
 25 pam tertium, praedecessorem nostrum, accepto, quod dilecti filii
 Ignatius de Loiola, et Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, nec
 non Claudius Iaius, et Paschasius Broet, ac Franciscus Xavier,
 nec non Alfonsus Salmeron, et Simon Rodericus, ac Ioannes
 30 Coduri et Nicolaus de Bobadilla, presbyteri Pampilonen. Ge-

2 XXI] XX || 7 post Paulus *add.* eius praedecessor | cuius — esset *om.*

¹ Paulus III mortuus est die 10 novembris 1549.

² Die 8 februarii 1550.

CÓMO EL PAPA JULIO III CONFIRMÓ DE NUEVO LA COMPASIA
CAPÍTULO XXI

87. Murió en esta sazón el papa Paulo III¹, que fue el primero de los pontífices que confirmó con autoridad apostólica la Compañía y le concedió muchas gracias y privilegios. Sucedióle en el pontificado Julio, también III deste nombre, el año de mil y quinientos y cincuenta². Al qual suplicó luego nuestro B. P. Ignacio que tuviesse por bien de ratificar lo que su antecesor avía hecho, y aprovar nuestro instituto y declarar en él algunas cosas que podían parecer dudosas o oscuras. Otorgólo de buena gana el sumo pontífice, viendo el provecho grande que dello se podría seguir, y mandó expedir una copiosa bula desta su aprobación y confirmación. Esta bula me ha parecido poner aquí a la letra, traducida en nuestra lengua castellana, porque contiene con brevedad el instituto y modo de vivir de la Compañía y su confirmación³. Y creo que los que esto leyeren holgarán de saberlo, como en ella se contiene. Dize pues assí:

JULIO, OBISPO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS,
PARA PERPETUA MEMORIA

88. Requiere el crago del oficio pastoral, al qual nos ha llamado sin nuestro merecimiento la divina Magestad, que favorezcamos con efecto paternal a todos los fieles, y principalmente a los religiosos que caminan por la senda de los divinos mandamientos, procurando la gloria de Dios y la salud espiritual de los próximos. Para que los mismos fieles, ayudándolos la mano del Señor, procuren con más fervor el premio de la eterna salud y se confirmen en sus buenos propósitos.

89. Aviendo, pues, nosotros, sabido que la felice memoria del papa Paulo III, nuestro antecesor, entendiendo que nuestros amados hijos en Christo Ignacio de Loyola, y Pedro Fabro, y Claudio Yayo, y Diego Laynez, y Pascasio Broeth, y Francisco Xavier, y Alonso de Salmerón, Simón Rodríguez, Juan Coduri, Nicolás de Bovadilla, sacerdotes de las ciudades y diócesis respe-

¹⁹ para — memoria *in marg.* M

³ Huius bullae editionem criticam vide in *MI Const.* I 372-383. Versionem hispanicam putamus ab ipsomet Ribadeneyra fuisse factam.

bennen. Seguntin. Toletan. Visen. Ebredunen. et Palentin. civitatum, et dioec[eseon] respective, in artibus magistri, in universitate Parisien. graduati, et in theologicis studiis, per plures annos exercitati, Spiritu Sancto afflati ⁴, iam dudum e diversis mundi regionibus decedentes, in unum convenerant, et exemplaris ac religiosae vitae socii effecti, abdicatis huius saeculi illecebris, eorum vitam perpetuo Domini nostri Iesu Christi, atque suo et successorum suorum Romanorum Pontificum servitio dedicaverant, et iam pluribus annis verbum Dei praedicando, et fideles privatim ad pias meditationes, beneque ac beate vivendum excitando, hospitalibus inserviando, pueros et alios rudes salubria dogmata ad christiani hominis institutionem necessaria docendo, ac denique omnia charitatis officia, quae ad animarum aedificationem pertinebant, ubique terrarum, ubi peregrinati fuerant, quisque iuxta traditam sibi ab ipso Spiritu Sancto gratiam, multa cum laude obeundo, laudabiliter in vinea Domini se exercuerant; eorum institutum, sub quadam vivendi formula ab ipsis aedita, evangelicae veritati et sanctorum patrum sanctionibus conformi, ut vinculum charitatis et unio in ipsis quidem sociis, et aliis qui praedictum vellent institutum sequi, conservarentur, approbavit, et confirmavit, et benedixit; ipsosque socios (quorum numerum, non ultra sexaginta esse tunc voluit) sub sua, et Apostolicae Sedis protectione suscepit, illisque condendi constitutiones et statuta quaecunque ad ipsius, sic institutae, et confirmatae Societatis conservationem, et felicem progressum, licentiam concessit per quasdam: cumque postmodum progressu temporis, Spiritu Sancto cooperante, ex Societate praedicta spiritualem animarum fructum crescere, et multos, qui institutum praedictum sequi vellent, in Parisien. et aliis generalium studiorum universitatibus studere intellexisset idem praedecessor; Ignatii et aliorum sociorum praedictorum piam vitam et doctrinam attendendo, eidem Societati, ut quoscunque alios idoneos, et iuxta suas constitutiones probatos libere admittere possent, concessit ⁵. Et nihilominus, ut coadiutores tam presbyteros, qui in spiritualibus, quam laicos, qui in temporalibus et domesticis officiis eos adiuverent (qui quidem coadiutores peractis probationibus, iuxta constitutiones Societatis huiusmodi requisitis, ad maiorem devotionem suam et meritum, etiam tria vota, pauperpatis videlicet, castitatis et obedientiae possent emittere, non solemnna, sed quibus,

⁴ Omittit verba « ut pie creditur », quae hoc loco addebantur in bulla « Regimini », anni 1540.

tivamente de Pamplona, de Geneva, Sigüença, Toledo, Viseo, Ebredum y Palencia, graduados en las artes liberales, todos maestros por la universidad de París y exercitados en los estudios de la Teología por muchos años, inspirados del Espíritu Santo⁴, de diversas partes del mundo se avían congregado y hecho compañeros de vida exemplar y religiosa, renunciando todos los deleytes del siglo, dedicando sus vidas al servicio perpetuo de Nuestro Señor Jesu Christo y suyo de sus sucessores los romanos pontífices. Y que ya se avían muchos años exercitado en predicar la palabra de Dios y en exhortar los fieles en particular a santas meditaciones y vida honesta y loable, en servir a los pobres en los hospitales y en enseñar a los niños e inorantes la dotrina christiana, con las cosas necessarias para la eterna salud. Y, finalmente, que en todos los officios de caridad que sirven para la edificación de las almas se avían loablemente exercitado, según su instituto, en todas las partes donde avían ido cada uno según el talento y gracia que el Espíritu Santo le avía dado; el dicho Paulo III, nuestro antecessor, para que se conservasse en estos compañeros y otros que quisiessen seguir su instituto el vínculo de la caridad y la unión y paz, les aprobó, confirmó y bendixo su instituto, contenido en cierta forma y manera de vida que ellos hizieron, conforme a la verdad evangélica y a las determinaciones de los santos Padres, y recibió debaxo de su protección y amparo de la Sede Apostólica los mismos compañeros, cuyo número no quiso por entonces que passasse de sesenta, y les concedió por sus letras apostólicas licencia de hazer constituciones y qualesquier estatutos, para la conservación y buen progresso de la Compañía confirmada. Y como después, andando el tiempo, favoreciéndolos el Espíritu Santo, entendiesse el dicho nuestro predecessor que el fruto espiritual de las almas yva creciendo, y que ya muchos que desseavan seguir este instituto estudiavan en París y en otras universidades y estudios generales, y considerando atentamente la religiosa vida y dotrina de Ignacio y de los otros sus compañeros, concedió facultad a la misma Compañía para que libremente pudiesse admitir todos los que fuessen aptos a su instituto y provados conforme a sus constituciones⁵. Y que fuera desto pudiesen admitir coadjutores, assí sacerdotes que ayudassen en las cosas espirituales, como legos que ayuden en los officios temporales y domésticos. Los quales coadjutores, acabadas sus provaciones, como lo ordenan las cons-

⁵ Bulla « Iniunctum nobis », 14 martii 1544.

70 pro eo tempore, quo praepositus generalis Societatis praedictae
 eis, in ministerio spirituali vel temporali utendum iudicaret,
 astringerentur; quique omnium bonorum operum, quae in dicta
 Societate fierent, ac meritorum omnium participes fierent, perinde
 ut qui solemnem professionem in eadem Societate emisissent),
 75 possent assumere⁶, et alias gratias ac privilegia ad fovendam
 et adiuvandam in iis, quae ad Dei honorem et animarum salutem
 pertinebant, Societatem praedictam, de benignitate Apostolica
 concessit⁷. Ut autem praedicta omnia, prius ab eodem praedeces-
 80 sore concessa, magis confirmentur, et simul omnia, quae ad insti-
 tutum Societatis praedictae pertinent, eisdem in literis aliarum
 summam continentibus comprehendantur; et ut aliqua obscurius
 dicta et quae scrupulum ac dubitationem possent iniicere per
 nos exactius explicentur: nobis fuit humiliter supplicatum, ut
 formulam, qua praedictae Societatis institutum exactius et di-
 85 stinctius quam antea, edocente experientia ac usu rerum, expres-
 sum, eodem tamen spiritu comprehenditur, confirmare dignare-
 mur, cuius tenor sequitur, et est talis:

90 90. Quicumque in Societate nostra, quam Iesu nomine insi-
 gniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, et soli Domino
 ac Ecclesiae, ipsius sponsae, sub Romano Pontifice, Christi in
 95 terris Vicario, servire, post solemne perpetuae castitatis, pauper-
 tatis et obedientiae votum, proponat sibi in animo se partem esse
 Societatis, ad hoc potissimum institutae, ut ad fidei defensionem
 et propagationem, et profectum animarum in vita et doctrina
 100 christiana, per publicas praedicationes, lectiones et aliud quod-
 cunque verbi Dei ministerium, ac spiritualia exercitia, puerorum
 ac rudium in christianismo institutionem, Christifidelium in con-
 fessionibus audiendis, ac caeteris sacramentis administrandis spi-
 ritualem consolationem, praecipue intendat; et nihilominus ad
 105 dissidentium reconciliationem, et eorum, qui in carceribus vel in
 hospitalibus inveniuntur, piam subventionem et ministerium, ac
 reliqua charitatis opera, prout ad Dei gloriam et commune bo-
 num expedire visum erit, exequenda gratis omnino et nullo pro
 suo in praedictis omnibus labore, stipendio accepto se utilem
 110 exhibeat; curetque primo Deum, deinde huius sui instituti ratio-

⁶ Litterae Apostolicae « Exponi nobis », 5 iunii 1546.

tituciones de la Compañía, puedan para su mayor devoción y mérito hazer sus tres votos de pobreza, castidad y obediencia, los quales votos no sean solenes, sino que los obliguen todo el tiempo que el Prepósito general de la dicha Compañía juzgare que conviene tenerlos en los ministerios espirituales o temporales. Y que estos tales coadjutores participen de todas las buenas obras que en la Compañía se hizieren y de todos los méritos, ni más ni menos que los que huviessen en la misma Compañía hecho solene profesión⁶. Y concedió con la benignidad apostólica a la misma Compañía otras gracias y privilegios con que fuesse favorecida y ayudada en las cosas pertenecientes a la honra de Dios y salud de las almas. Y para que se confirme más todo lo que nuestro antecesor concedió y se comprehenda en unas mismas letras juntamente todo lo que pertenece al instituto de la dicha Compañía⁷. Y para que se expliquen y declaren mejor por nosotros algunas cosas algo oscuras y que podrán causar escrúpulos y dudas, nos fue hùmilmente suplicado que tuviésemos por bien de confirmar un sumario y breve fórmula, en la qual el instituto de la Compañía (por el uso y experiencia que después se ha avido) se declara más entera y distintamente que en la primera, aunque es hecha con el mismo espíritu que la primera, su tenor es este que se sigue:

90. Qualquiera que en esta Compañía (que desseamos que se llame la Compañía de Jesús) pretende assentar debaxo del estandarte de la cruz para ser soldado de Christo y servir a sola su divina Magestad y a su esposa la santa Yglesia so el Romano Pontífice Vicario de Christo en la tierra, persuádase que después de los tres votos solenes de perpetua castidad, pobreza y obediencia es ya hecho miembro desta Compañía. La qual es fundada principalmente para emplearse toda en la defensión y dilatación de la santa fe católica, en ayudar a las almas en la vida y doctrina christiana, predicando, leyendo públicamente y exercitando los demás officios de enseñar la palabra de Dios, dando los exercicios espirituales, enseñando a los niños y a los inorantes la doctrina christiana, oyendo las confesiones de los fieles y ministrándoles los demás sacramentos para espiritual consolación de las almas. Y también es instituyda para pacificar los desavenidos, para socorrer y servir con obras de caridad a los presos de las cárceles y a los enfermos de los hospitales, según que juzgáremos ser necessario para la gloria de Dios y para el bien universal. Y todo

⁷ Bulla « Licet debitum », 18 octobris 1549.

nem, quae via quaedam est ad illum, quoad vixerit, ante oculos habere, et finem hunc sibi a Deo propositum totis viribus assequi, unusquisque tamen secundum gratiam sibi a Spiritu Sancto subministratam, et vocationis suae proprium gradum. Ideoque, ne-
 10 quis forte zelo utatur, sed non secundum scientiam, proprii cuiusque gradus iudicium et officiorum discretio ac distributio tota sit in manu praepositi generalis seu praelati per nos quocumque tempore eligendi, vel eorum, quos ipse sibi ea cum autoritate substituerit, ut congruus ordo servetur in omni bene instituta
 16 communitate necessarius. Qui quidem praepositus de consilio consociorum, constitutiones ad constructionem huius propositi nobis finis conducentes condendi, maiorum suffragiorum parte semper statuendi ius habente; et quae dubia esse poterunt in nostro instituto hac formula comprehenso, declarandi auctoritatem ha-
 20 beat. Consilium vero necessario convocandum ad condendas vel immutandas constitutiones et alia graviora, ut alienare vel dissolvere domos ac collegia semel erecta, intelligatur esse maior pars totius professae Societatis (iuxta constitutionum nostrarum declarationem) quae sine magno incommodo potest a praeposito
 25 generali convocari. In aliis, quae non ita magni momenti sunt, idem praepositus adiutus, quatenus ipse opportunum iudicabit, fratrum suorum consilio, per se ipsum ordinandi et iubendi quae ad Dei gloriam et commune bonum pertinere in Domino videbuntur, ius totum habeat, prout in constitutionibus eisdem ex-
 30 plicabitur.

91. Quicumque autem in hac Societate professionem emisierint, non solum in primis professionis suae foribus intelligant, sed, quoad vixerint, memores sint Societatem hanc universam et singulos qui in ea profitentur, sub Sanctissimi Domini nostri Pauli papae tertii, et aliorum Romanorum Pontificum, successorum eius,
 35 fideli obedientia Deo militare. Et quamvis Evangelio doceamur, et fide orthodoxa cognoscemus ac firmiter teneamus omnes Christi fideles Romano Pontifici, tanquam capiti, ac Iesu Christi Vicario subesse: ob devotionem tamen maiorem ad obedientiam Sedis Apostolicae, et maiorem voluntatum nostrarum abnegationem, et
 40 certiolem Sancti Spiritus directionem, summopere conducere iudicavimus, singulos nos, et quicumque eandem in posterum professionem emisierint, ultra illud commune trium votorum vinculum, speciali ad hoc voto astringi, ut quidquid modernus et alii Ro-

esto ha de hazer graciosamente, sin esperar ninguna humana
 paga ni salario por su trabajo. Procure este tal traer delante de
 sus ojos todos los días de su vida a Dios primeramente y luego 15
 esta su vocación e instituto, que es camino para ir a Dios, y
 procure alcanzar este alto fin a donde Dios le llama, cada uno
 según la gracia con que le ayudará el Espíritu Santo y según
 el propio grado de su vocación. Y para que ninguno se gué por
 su zelo propio sin ciencia o discreción, será en mano del prepó- 20
 sito general o del prelado que en qualquier tiempo eligiéremos, o
 de los que el prelado pondrá a regir en su lugar, el dar y señalar
 a cada uno el grado y el oficio que ha de tener y exercitar en la
 Compañía. Porque desta manera se conserva la buena orden y
 concierto que en toda comunidad bien regida es necessario. Y 25
 este superior, con consejo de sus compañeros, tendrá autoridad
 de hazer las constituciones convenientes a este fin, tocando a la
 mayor parte de los votos siempre la determinación, y podrá
 declarar las cosas que pudiesen causar duda en nuestro insti-
 tuto, contenido en este sumario. Y se entienda que el consejo que 30
 se ha de congregarse para hazer constituciones o mudar las hechas
 y para las otras cosas más importantes, como sería enajenar o
 deshazer casas o colegios una vez fundados, ha de ser la mayor
 parte de toda la Compañía professa, que sin grave detrimento se
 podrá llamar del prepósito general, conforme a la declaración de 35
 nuestras constituciones. En las otras cosas que no son de tanta
 importancia, podrá libremente ordenar lo que juzgare que con-
 viene para la gloria de Dios y para el bien común, ayudándose
 del consejo de sus hermanos, como le parecerá, como en las mismas
 constituciones se ha de declarar. 40

91. Y todos los que hizieren profesión en esta Compañía se
 acordarán, no sólo al tiempo que la hazen, mas todos los días
 de su vida, que esta Compañía y todos los que en ella professan
 son soldados de Dios que militan debaxo de la fiel obediencia de
 nuestro Santo Padre y Señor, el papa Paulo III y los otros 45
 Romanos Pontífices, sus sucessores. Y aunque el Evangelio nos
 enseña y por la fe católica conocemos y firmemente creemos que
 todos los fieles de Christo son sugetos al Romano Pontífice, como
 a su cabeça y como a Vicario de Jesu Christo, pero por nuestra
 mayor devoción a la obediencia de la Sede Apostólica y para 50
 mayor abnegación de nuestras propias voluntades, y para ser
 más seguramente encaminados del Espíritu Santo, hemos juzgado
 que en grande manera aprovechará que qualquiera de nosotros y
 los que de oy en adelante hizieren la misma profesión, demás

mani Pontifices, pro tempore existentes, iusserint ad profectum
 45 animarum et fidei propagationem pertinens, et ad quascunque
 provincias nos mittere voluerint; sine ulla tergiversatione aut
 excusatione illico, quantum in nobis fuerit (sive nos ad Turcas,
 sive ad quoscunque alios infideles, etiam in partibus quas Indias
 50 ad quosvis fideles, mittendos censuerint) exequi teneamur. Quam-
 obrem, qui ad nos accessuri sunt, antequam huic oneri humeros
 supponant, diu multumque meditentur, an tantum pecuniae spi-
 ritualis in bonis habeant, ut turrim hanc iuxta consilium Domi-
 nicum possint consummare⁸; hoc est, an Spiritus Sanctus, qui
 55 illos impellit, tantum illis gratiae polliceatur, ut huius vocatio-
 nis pondus, illo adiuvante, se laturos sperent, et postquam, Do-
 mino inspirante, huic Iesu Christi militiae nomen dederint, die
 noctuque succincti lumbos⁹, et ad tam grandis debiti solutionem
 60 prompti esse debebunt. Ne qua autem possit esse inter nos missio-
 num aut provinciarum huiusmodi ambitio vel detrectatio, intelli-
 gant singuli, sibi per se vel alium de huiusmodi missionibus quid-
 quam cum Romano Pontifice non esse curandum, sed omnem
 hanc curam Deo, et ipsi pontifici, tamquam eius Vicario et So-
 cietatis praeposito dimittendam; cui quidem (sicut caeteris) de
 65 sui ipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis consi-
 lio, cum dicto pontifice curandum erit. Voveant etiam singuli,
 se in omnibus, quae ad regulae huius nostrae observationem faciunt,
 Societatis praeposito (qui ad hoc munus quam fieri possit idoneus,
 ad plura vota, prout in constitutionibus declarabitur,
 70 eligitur) obedientes fore. Ille autem omnem eam auctoritatem et
 potestatem habeat supra Societatem, quae ad bonam eiusdem So-
 cietatis administrationem, correctionem et gubernationem utilis
 erit. Iubeat autem ea, quae ad constructionem propositi sibi a
 Deo et a Societate finis cognoverit esse opportuna; et in praela-
 75 tione sua benignitatis ac mansuetudinis charitatisque Christi,
 Petri Paulique formulae semper sit memor¹⁰; et tam ipse, quam
 consilium praedictum, ad normam hanc assidue spectent. Singuli
 vero subditorum, tum propter ingentes ordinis utilitates, tum,
 propter nunquam satis laudatum humilitatis assiduum exerci-
 80 tium, non solum praeposito in omnibus ad institutum Societatis
 pertinentibus parere semper teneantur; sed in illo Christum ve-
 luti praesentem agnoscant, et quantum decet, venerentur.

⁸ Lc. 14, 30.

⁹ Eph. 6, 14; 1 Petr. 1, 13.

de los tres votos comunes, nos obliguemos con este voto particular, 55
 que obedeceremos a todo lo que nuestro Santo Padre, que oy es,
 y los que por tiempo fueren Pontífices Romanos nos mandaren,
 para el provecho de las almas y acrecentamiento de la fe. Y
 iremos sin tardança (quanto será de nuestra parte) a qualesquier
 provincias donde nos embiaren, sin repugnancia, sin escusarnos, 60
 aora nos embien a los turcos, aora a qualesquier otros infeles,
 aunque sean en las partes que llaman Indias, aora a los hereges
 y cismáticos, o a qualesquier católicos christianos. Por lo qual,
 los que han de venir a nuestra Compañía, antes de echar sobre
 sus espaldas esta carga del Señor, consideren mucho y por largo 65
 tiempo si se hallan con tanto caudal de bienes espirituales, que
 puedan dar fin a la fábrica desta torre, conforme al consejo
 del Señor⁸. Conviene a saber, si el Espíritu Santo que los mueve,
 les promete tanta gracia que esperen, con su favor y ayu-
 da, llevar el peso desta vocación. Y después que con la divina 70
 inspiración huvieren assentado debaxo desta vandera de Jesu
 Christo, deven estar de día y de noche aparejados⁹ para cumplir
 con su obligación. Y porque no pueda entrar entre nosotros la
 pretensión o la excusa destas misiones o cargos, entiendan todos
 que no han de negociar cosa alguna dellas, ni por sí ni por otros, 75
 con el Romano Pontífice, sino dexar este cuydado a Dios y al
 papa como a su vicario, y al superior de la Compañía. El qual
Compañía para beneficio y provecho de las ánimas todo lo que
 aprendieron en el siglo. La segunda es de los que con entereza
 de vida y suficiente doctrina se reciben para que, conforme al
 talento que les comunicare el Señor, ayuden en los ministerios
 espirituales a los professos. La tercera es de moços hábiles y de
 buenos ingenios y esperanças, los quales se reciben, no porque
 ayán estudiado, sino para que estudien y aprendan las letras que
 son menester para aprovechar a los otros. La quarta es de al-
 gunos hermanos legos, los quales, contentándose con la dichosa
 suerte de Marta, sirven a Nuestro Señor ayudando en los oficios
 comunes de casa, y descargan a los demás deste trabajo, para
 que, desocupados, puedan mejor atender a los ministerios espi-
 rituales, y por esto se llaman coadjutores temporales.

109. Todos los destas quatro suertes que avemos dicho tie-
 nen dos años de noviciado, en los quales no tienen obligación
 de hazer voto ninguno, sino de provarse y provar la religión²².
 Y este espacio que se toma para la provación, más largo de lo
 que en las otras religiones se usa, allende de ser muy prove-
 choso para los que entran, porque tienen más tiempo de mirar
 bien primero lo que hazen, también lo es para la misma religión.
 La qual los prueba a ellos y los exercita en la oración vocal y
 mental y en la mortificación y humiliación de sí mismos, dán-
 doles muchas bueltas y haziendo, como dizen, anatomía dellos,
 para conocerlos mejor y para labrarlos y perfeccionarlos más.
 Y es muy conforme a razón y a la doctrina de los santos y a la
 variedad que antiguamente hubo en la Yglesia de Dios acerca
 desto que, quanto más perfeto y dificultoso fuere el instituto
 que se ha de emprender, se mire más y con más atenta consi-
 deración el admitirlos; y por esto da la Sede Apostólica a la
 Compañía dos años de provación. En los quales los maestros
 de novicios y superiores tienen gran cuydado de examinar muy

36-39 1.ª segunda — los professos] La segunda es de los que han alcanzado una mediana doctrina y, o por falta de ingenio, o por sobra de edad, no pueden pasar adelante en sus estudios AB

l. III, tit. 31, c. 16. FRIEDBERG, II 574. Paulo inferius: « Pachomius regulam accepit ab Angelo in qua trienni probatio praecipitur, de quo Niceph. lib. 9, c. 14 et Paladius in vita ipsius. Hoc idem trienni spatium in militibus iubet Grego. lib. 7 reg. Epistola II et Iustinianus Auth. col. 1 tit. 5. sacras sequens regulas idem statuit. Gregorius tamen lib. 8, epistola 23 biennio probari vult eos qui ad conversionem suscipiuntur in Religionibus deformatis. Benedictus annum tantum probationis instituit et S. Gregorius confirmavit, ut scribit Alex. 2. 17. q. 2 c. Gonsaldus. Magna itaque fuit varietas in Ecclesia Dei ».

bus in rebus proprii instituti accurate probantur, et orandi tum voce tum mente assiduo usu exercentur, variisque rationibus quae pertinent ad extirpandas pravas animi cupiditates et mortificanda membra quae sunt super terram, ut quidem ait Aposto-
 20 lus, et humilitatis officiis sursum deorsum versantur. Probationis enim tempore, praefecti atque novitiorum magistri eorum vocationem diligenter explorant et diiudicant, et ut illi ipsi eam intelligant et confirment magnopere laborant; in singulorum in-
 25 genium ac facultates studiose inquirunt; quas cum habent compertas, in suo quenque loco et gradu constituunt; nihil supra vires praescribunt, sed illas potius sublevant, et gratiae Dei et naturae serviunt.

110. Porro cum multa iis tradunt, quae ad confirmandos
 30 eorum animos pertinent, et ad regulam instituti proprii normamque revocandos, tum vero quatuor illa, quae ex Ignatii disciplina atque exemplo, quasi dogmata praecipua, et praeceptorum reliquorum tanquam fontes sunt: primum est, ut Deum in rebus omnibus invenire studeant. Alterum, illud unum propositum ha-
 35 beant, ut omnia ad maiorem Dei gloriam fiant. Tertium, obedientiam mordicus teneant, summamque in ea colenda religionem constituent. Postremum est, ut aliud nihil ex hoc mundo quaerant, quam quod quaesivit Christus, ut sicut ille venit animas salvas facere, pro iis pati ac mortem oppetere, ita ipsi animas
 40 Christo lucrifacere omni ratione nitantur; pro eis labori se ac morti alacres etiam obiciant; opprobria et contumelias si inferantur, non solum aequo, sed etiam libenti atque hilari animo propter Christum excipiant; si non inferantur, cupide appetant, nullam tamen dantes ipsi causam vel occasionem maledicti. Quod
 45 si quis consiliis praepositorum ac monitis, aut Societatis institutis vel pertinaciter repugnat, vel non satis se accommodat, a Societate dimittitur. Illud enim antiquissimum huic Societati est, ut quo puram se ac synceram tueatur, quicquid vitiosum ac corruptum est, praecidat, neque quemquam retineat, quem ex
 50 instituto retinere non debet.

111. Biennio igitur expleto, primi generis illi, quos commemoravimus, ab eruditione satis instructi, si ad doctrinam, virtutem quoque ac probitatem adiecerint, et se Societati probaverint, possunt professionem emittere; si probata satis eorum virtus non
 55 videatur, amplius exploratur. Sed tunc quidem, illi ipsi, et ii

atentamente la vocación de cada uno de sus novicios, y de que ellos la entiendan y se confirmen en ella. Tienen también intento de entender las inclinaciones, habilidades y talentos de los novicios, para poner a cada uno en el oficio que más le conviene, de manera que con alivio y consuelo sirvan y acudan a la gracia del Señor que los llamó. 70

110. Y puesto que los enseñan muchas cosas para enderecarlos y encaminarlos al conocimiento de su regla y a la perfección de su instituto, principalmente son quatro los avisos y documentos que se les dan, que son como quatro fuentes de todos los demás y sacados del espíritu y doctrina de nuestro B. P. Ignacio. El primero es que busquen y procuren hallar a Dios nuestro Señor en todas las cosas. El segundo que todo lo que hizieren lo enderecen a la mayor gloria de Dios. El tercero que empleen todas las fuerças en alcanzar la perfecta obediencia, sugetando sus voluntades y juyzios a sus superiores. Y el quarto, finalmente, que no busquen en este mundo sino lo que buscó Christo Nuestro Redentor. De manera que, assí como Él vino al mundo por salvar las ánimas y padecer y morir en la cruz por ellas, assí ellos procuren, quanto pudieren, de ganarlas para Christo y ofrecerse a qualquier trabajo y muerte por ellas con alegría, recibiendo qualquier afrenta e injuria que les hizieren por amor del Señor, con contento y regozijo de corazón y deseando que se les hagan muchas cosas, con tal que ellos de su parte no den causa ninguna ni ocasión para ello, en que Dios sea ofendido. Y si por ventura algún novicio no obedece a los consejos y amonestaciones de sus superiores, o no abraça como deve el instituto de la Compañía, después de corregido muchas vezes y amonestado, despídenle della. Porque de ninguna cosa se tiene más cuydado para conservar sano y entero este cuerpo, que de no tener en ella persona que no convenga a su instiuto. 75 80 85 90 95

111. Passados los dos años del noviciado, los hombres ya letrados y que tienen bastante doctrina para exercitar los ministerios de la Compañía, si dan buena cuenta de sí y entera satisfacción de su virtud y vida, pueden hazer su profesión y votos solenes. Si no se tiene tanta esperiencia y aprovación della, 0

etiam qui secundo genere continentur, ac spirituales coadiutores vocantur, scholastici praeterea, ac temporales coadiutores, votis se perpetuae paupertatis, castitatis et obedientiae post novitiatum obstringunt. Quae quidem vota simplicia, non solennia sunt²²;

60 quibus nimirum ita astringuntur, ut liberum tamen Societati ante professionem sit, quos non probat dimittere, ac dimissos ab omni votorum obligatione absolvere. Quocirca, in huiusmodi votis, pollicitatio quaedam est, voluntaria et libera, ac simplex offerentis promissio, quo qui vovet, quantum in se est, in perpetuum se

65 tradit religioni. Qui quidem, re tota per biennium (ut diximus) explorata et perspecta, teneri sponte vult, et vivere ac mori hac conditione in Societate: quod certe ante ingressum, cum liber sit, sui iuris ac dominus, re minus explorata utique facere potuisset.

70 112. Societatis vero, tametsi nulla est obligatio peculiaris ac propria, quae quidem ab votis illorum pendeat, illa tamen maxima est atque firmissima, quam constitutiones ipsius Societatis ac leges imponunt. Quae nimirum sancte vetant, temere quemquam aut inconsiderate dimitti, aut propter morbum quem

75 Societati serviens contraxit, aut propter causas quae sanari aliter possunt²⁴. Dimittendi autem causae praecipuae (ut uno verbo dicam) ad duas rediguntur: cum aut illi ipsi qui dimittitur, aut Societati expedit hominem dimitti²⁵; tunc enim illum retineri, contrarium esset charitati, cui omnia servire debent. Et quidem

80 cum necessario dimittitur, tam considerate, tam caute, tam benevole ac dolenter faciendum esse constitutiones iubent, ut nihil ad summam moderationem religiosamque prudentiam praetermissum esse videatur. Atque ut hoc quam consideratissime fiat, solus praepositus generalis potestatem habet eos ab Societate di-

²² Colos. 3, 5.

²³ De votis simplicibus in Societate v. *Tratado*, cap. XII et XIII, p. 92 97. Cf. E. OLIVARES, *Los votos de los Escolares en la Compañía de Jesús*. De sententiae Ribadeneyrae, v. pp. 155-156.

²⁴ *Collectio decretorum* n. 31; *Epitome* n. 77, 1°.

²⁵ De causis dimissionis a Societate v. *Tratado*, cap. XIV, p. 107. Cf. *Const.* p. II, c. II. Vide quid de hac re in *Vita* notaverit pater Aquaviva, supra p. 26, 28.

dilátase la profesión, y entre tanto que viene el tiempo de hazerla, hazen tres votos de pobreza, castidad y obediencia perpetua de la Compañía, y lo mismo hazen acabado su noviciado todos los demás que diximos. Estos votos no son solenes, sino simples²³. Con los quales, de tal manera se obligan los que los hazen de perseverar en la Compañía, que no por eso queda ella obligada a tenerlos para siempre, sino que tiene libertad para despedir los que no dieren buena cuenta de sí antes de la profesión, quedando ellos, quando los despiden, libres de su obligación. Assí que el que haze estos votos haze una polición libre, voluntaria y simple promessa, entregándose con perpetuidad, quanto es su parte, a la religión. El qual, después de aver examinado el instituto de la Compañía y provádose a sí y a ella por espacio de dos años (como avemos dicho), se quiere obligar a vivir y morir en ella con esta condición y está en su voluntad hazerlo, como pudiera sin recibir agravio (pues es señor de sí y de su voluntad) antes de aver entrado en la Compañía, ni de saber tan por menudo su regla y la carga que echava sobre sí.

112. Mas, aunque la Compañía no tenga obligación precissa que nazca de los votos que el que entra haze, no por eso dexa de tener otra grandíssima y firmíssima, que le pone su instituto y sus reglas y constituciones. Las quales mandan que no se despida ninguno sino con mucha consideración, ni por enfermedad en que aya caído sirviendo a la Compañía, ni por causas ligeras que se puedan por otro camino remediar²⁴. Y para dezirlo en una palabra, las causas principales de despedir se resumen en dos, que son, quando a la Compañía o al mismo que se despide conviene que se despida²⁵. Porque en tal caso el no hazerlo sería en grave perjuzio de la caridad, con la qual todas las demás cosas se deven regular. Y aun quando la necesidad obligare a ello, quieren que se haga con tanto miramiento y recato y con tales muestras de amor y dolor, como se puede dessear, assí para bien y estimación del que se despide, como de la edificación y provecho de los que quedan. Y para que esto se haga con mayor acierto y consideración, sólo el preposito general tiene facultad de despedir de la Compañía a los

²³ *post* remediar, A et B *addunt*: sino por cosas tan graves y que hagan tanta fuerza, que no se puedan llevar sin daño notable de la Compañía o del mismo que se despide, y el retenerle fuese en grave perjuicio de la caridad || 27-32 Y para dezirlo — deven regular *om.* AB

85 mittendi, qui huiusmodi votis post biennium obligati sunt²⁶. Quo circa non est in eorum qui regunt potestate quenquam pro suo arbitratu a Societate dimittere, sed praescripto ac lege vivitur; et si qua in re moderatos se illi praebent ac benignos, in hac (ut par est) quam maxime. Nam praeter quam quod christiana charitas hanc moderationem postulat, Societatis ipsius rationes vehementer exigunt, atque adeo flagitant, ne inconsulte aut facile, eruditi iam et magnis eius multorum annorum laboribus et sumptibus exculti ac perpoliti homines dimittantur, quos lente magnoque iudicio, rudes atque impolitos admittit. In-
 90 consultum enim esset in serendo strenue laborare, metendi maturam frugem percipiendique fructus tempus negligere. Sed cum Societatis excellens finis sit, ac proinde innumeris plenus difficultatibus, probatos viros atque exercitatos omnino desiderat, ut sine offensione obtineatur. Quae causa est, neminem ut censeat
 0 ad professionem admittendum, cuius virtus ac doctrina multis experimentis ac diuturnis perspecta antea non sit; ne videlicet sui onus supra vires tollant eoque opprimantur, atque exitio iis sint, quibus saluti esse debuerant. At dum probantur, dum instituuntur, ne vagi omnino sint et liberi, votorum huiusmodi
 5 (ut diximus) religione vinciantur, et pedetentim gradatimque ab imis ascendunt ad summa.

113. Est igitur haec ratio nova quidem, sed in hac parte novo instituto conveniens, scholasticis salutaris, Societati necessaria, perutilis Ecclesiae Dei. Nam scholastici votorum merito ac
 10 fructu gaudent, et firmiores in sua vocatione iis obligati redduntur. Et Societas votis eiusmodi veluti obsidibus acceptis, minus de eorum voluntate constantiaque dubitabit; neque metuet, ne populus oleum, ipsa vero operam perdat, et utrique beneficium apud eos ponant, qui ipsorum benignitate atque opera, bonas artes adepti, ubi referendae gratiae tempus advenerit, ad saeculum redituri sint. Quod profecto si fieret, iniquum esset neque minus iniustum, quam si quis bonis ecclesiasticis locupletatus, et Christi patrimonio dives, stivam manu tenens, post ter-

²⁶ Const. p. II, c. I; p. IX, c. III, n. 1.

que después de los dos años han hecho sus votos en ella ²⁶. De
 manera que no está en mano de los superiores despedir por su ⁴⁰
 voluntad y antojo al que quieren de la Compañía, sino que se
 vive con orden y ley en ella, y ellos procuran en todas las cosas
 de usar de la devida moderación; pero en esta más que en nin-
 guna, porque importa más. No solamente porque la caridad chris-
 tiana lo pide, pero también porque es interesse de la misma ⁴⁵
 Compañía. La qual recibiría mucho daño y se haría gravíssimo
 perjuyzio a sí misma si arrojadamente y con poca consideración
 despudiesse a los hombres ya hechos y puestos en perfección, a
 cabo de tantos años de cuidados y trabajos y gastos suyos, avién-
 dolo recibido con tanto examen y miramiento quando eran mo- ⁵⁰
 ços y sin tantas partes de virtud y dotrina. Porque esto sería
 trabajar mucho en el tiempo del sembrar y ser remisso y des-
 perdiado al tiempo del coger. Mas, como el fin de la Com-
 pañía sea excelentíssimo y lleno de muchas y gravísimas difi-
 cultades, es menester que los que viven en ella sean hombres ⁵⁵
 de muy conocida y provada virtud, y muy exercitados en las
 cosas espirituales, si le quieren alcançar. Y por esta causa ha
 juzgado que no conviene admitir a profesión a ninguno cuya
 virtud y dotrina no sea muy conocida y experimentada, porque
 sus hijos no tomen sobre sí más carga de la que pueden llevar, ⁶⁰
 cayendo con ella, quebrándose los ojos, dando escándalo y ha-
 ziendo daño a los que tienen obligación de dar edificación y
 aprovechar. Y assí, entretanto que se pruevan y exercitan más,
 se atan con esta obligación de los votos que avemos dicho, y
 poco a poco se van ensayando y subiendo como por gradas y ⁶⁵
 escalones hasta lo más alto.

113. Y aunque esta manera que avemos dicho de hazer los
 votos parece nueva, es muy conveniente para este instituto, que
 en esta parte es nuevo; es provechosa a los mismos que hazen
 los votos, y necessaria para la Compañía, y para la Yglesia de ⁷⁰
 Dios de grandíssima utilidad. Porque los que hazen los votos
 gozan desde luego del merecimiento y fruto dellos, y atados con
 su obligación, quedan más fuertes y firmes en la vocación a que
 Dios los llamó. Y la Compañía con estas prendas queda más
 segura y con menos temor y sospecha de perder sus trabajos, ⁷⁵
 y las gentes sus limosnas. Como se perderían si los que están
 en la Compañía, por no tener obligación ni voto, tuviessen li-
 bertad para dexarla y bolverse al siglo a su voluntad, después
 de aver estado muchos años en ella, aviendo alcanzado dotrina
 y crédito a costa de sus sudores y trabajos y de las haciendas ⁸⁰

gum respiceret statumque ecclesiasticum deferens, negotiis rursus
 30 huius saeculi se implicaret. Quod nequando fieri possit, sacris
 canonibus cautum est, ut siquis ad regimen ecclesiae parochialis
 assumptus, ad sacerdotium intra annum propter studium non
 promoveatur, subdiaconatum tamen suscipiat, votoque se astrin-
 gat²⁷. Quod utique votum, quasi fideiussor quidam est Ecclesiae
 35 Dei, eius qui voto se obstringit futurae constantiae. Ne quemad-
 modum pontifex ait: « sicut a multis, de Christi patrimonio su-
 blinatis, olim factum esse dignoscitur, a statu retrocedere valeat
 clericali ». Ecclesia vero Christi magno eorum apostatarum nu-
 40 gero hac ratione liberatur, qui e Societate egressi suis votis obli-
 gati perpetuo existerent, neque aliam vivendi rationem susci-
 pere tuto possent; sicuti aliarum religionum apostatis accidere,
 ipsa experientia docet.

114. Neque vero ei ulla fit iniuria qui dimittitur, quando-
 quidem volens ac sciens hanc legem subiit cum admissus est; ac
 45 liber omnino, suique iuris relinquatur cum dimittitur; et meliori
 conditione plerumque egreditur, quam ingressus est. Neque di-
 mittitur, nisi propter ipsius, aut propter universae Societatis
 bonum; cuius (quoniam multorum commune bonum est) maior
 sane ratio, quam cuiuscunque boni privati habenda est. Ut enim
 50 maius bonum minori bono praeponitur; ita communis utilitas
 speciali utilitati praefertur. Quod si religiones omnes possunt
 et solent professos etiam suos qui insanabiles videntur et cura-
 tionem non admittunt, e coetu suo pellere, cum tamen sic eiecti,
 professionem suam quoad possunt praestare teneantur; nulli sane
 55 mirum videri debet, si Societas eos ab se dimittit, qui profes-
 sionem nullam susceperunt, sed vota tantum simplicia aedide-
 runt, quorum cum dimittuntur, vinculis exoluti, liberam quo-
 cunque velint abeundi habent potestatem²⁸. Neque vero, si is
 qui Societatem ingreditur, ipsi Societati sese committit et credit,
 60 sperans se nullo unquam tempore ab illa dimittendum, nisi ma-
 gna quadam ratione; par est ut Societas illi ipsi ita confidat,
 ut nullam illius perseverantiae atque stabilitatis exigat cautio-

²⁷ In margine: « In 6 de electione et electi potestate, tit. 6, c. Cum
 ex eo ». Inferius sequitur: « Ne sicut a multis de Christi patrimonio subli-
 matis olim factum esse dignoscitur, a statu retrocedere valeat clericali.
 Ibid. ».

de sus bienhechores. Lo qual sería contra toda razón, como lo sería si algún clérigo, después de averse aprovechado mucho tiempo de las rentas eclesiásticas y enriqueciéndose con la hacienda de los pobres y con el patrimonio de Christo nuestro Señor, bolviessse atrás y dexasse el estado eclesiástico. Que para 85 que esto no se pueda hazer, mandan los sagrados cánones que el clérigo que tiene yglesia parrochial se ordene de Missa (si no lo está) dentro de un año después que alcançó el beneficio, y que, si por estar dispensado del obispo a efeto que pueda estudiar no lo hiziere, se ordene a lo menos de subdiácono 90 27. Dando por causa deste mandato, para que, aviendo gozado de las rentas del beneficio, no pueda mudar estado y bolver atrás, tomando la santa Yglesia el voto que el tal haze como por fianças y prendas para su seguridad. También la Yglesia de Dios con esto viene a ser libre de grande número de apóstatas que saldrían de la Compañía quedándose siempre atados con sus votos 95 y sin poder tomar otro estado, como quedan los apóstatas de las otras religiones; y esto nos enseña la misma experiencia.

114. Y no reciben agravio los que assí se despiden, pues entraron con esta condición y quedan libres (como avemos dicho) 0 y comúnmente van más aprovechados en todo que quando entraron, y no se despiden sino por su bien o por el de toda la Compañía, el qual, por ser común y pertenecer a muchos, se ha de preferir al bien particular de cada uno. Y pues en todas las religiones, por causas graves y urgentes, se pueden y suelen 5 echar los religiosos dellas, aunque sean professos, quedando ellos siempre obligados a guardar sus votos y profesión, no haze agravio la Compañía a los que despide no siendo aún professos, pues quando los despide quedan sin ninguna obligación y señores de sí 28. Ni es contra razón que se aya de fiar más de 10 toda la Compañía el particular quando entra en ella, creyendo que no le despedirán sin causa, que no la Compañía del particular esperando que ha de perseverar sin tener voto ni obligación para ello, pues no son iguales las partes. Aunque, si bien se mira, no es menor la seguridad que tiene el particular, 15 fundada y afiançada en el instituto y reglas de toda la Compañía, que la que ella tiene con el voto y promessa del particular, como acabamos de dezir.

28 In margine: « Nam sicut maius bonum minori bono praeponitur, ita communis utilitas speciali utilitati praefertur ait Innoc. 3 de reg. et trans. ad Relig. c. licet ».

nem. Non enim partes pares sunt. Neque tamen si recte perpendas, minor aut infirmior est cautio (ut paulo ante diximus) 65 quam filiis suis praestat Societas ex instituto ea, quam ab illis accipit ex voto.

115. Et iis quidem utilitatibus novum hoc institutum firmatur. Neque tamen ita novum est, ut non multa eius vestigia in seminariis antiquis clericorum habeamus, quemadmodum in 70 nonnullis toletanis conciliis aliisque videre est²⁹, quae huc adducere et alias rationes afferre nimis longum esset et a nostro instituto alienum minimeque necessarium. Nam quod caput est, cum universum Societatis institutum, tum vero potissimum haec eius pars, multorum summorum pontificum iudicio atque insti- 75 tutione, et sacrosancta oecumenici tridentinique concilii auctoritate comprobatur³⁰.

116. Ut ergo ad quatuor illa hominum genera, quae in Societatem admittuntur, revertamur, primi illi qui eruditione sunt conspicui, ad professionem quatuor votorum admittuntur. Se- 80 cundi, in coadiutorum spiritualium formatorum gradum, per tria illa vota similiter publica, sed simplicia, in superioris manibus emissa asciscuntur. Eodemque modo, qui ad domestica munia obeunda sunt admissi, certum suum temporalium coadiutorum formatorum gradum et ipsi consequuntur; utrique autem for- 85 mati coadiutores nullius postea haereditariae successionis sunt capaces, ut in constitutione Gregorii XIII (quam paulo post subiciam) videre est. Spirituales coadiutores, quasi subsidiarii milites adiuvant professos et sublevant, et ad omnes excursions parati sunt. Temporales vero coadiutores, reliquos domesticarum 90 rerum cura levant. Scholastici literas discunt, et cum spiritu quem in novitiatu hauserunt doctrinam coniungunt, totoque studiorum tempore, ita literarum disciplinis vacant, ut pietatem teneant suique mortificationem non omittant; immo vero in multis se professorum et coadiutorum spiritualium muneribus exercent 95 (pro facultate cuiusque et ingenio) ut consuetudine bene agendi paratiores sint et tanquam exercitatiores, ad illorum ministeria suo tempore obeunda.

117. Hoc in collegiis fit. Habet enim Societas domos et collegia, quae ita distinguuntur. Domus aut probationis sunt, in 0 quibus eo quo diximus modo, ad religionis disciplinam conformantur novitii; aut professorum, in quibus, scilicet, qui novi-

²⁹ In margine: « Toletano 2, c. 1; Tol. 4 c. 23; Cabilon. c. 3, sub Ludo. Pio; Aquisgra. c. 135; Trid. sess. 25, c. 16 ».

115. Destos provechos y de otros muchos, que sería largo
 contarlos, se puede sacar quán acertada es esta manera y obli- 30
 gación de votos para este nuestro instituto. La qual, si qui-
 siéremos bien mirar, hallaremos que es muy conforme a lo que
 se usava antiguamente en la Yglesia de Dios en los seminarios
 que se tenían de clérigos, como se vee en algunos concilios tole-
 danos y en otros²⁹, que no ay para qué traerlos aquí, ni otras 35
 razones ni autoridades, pues la Santa Sede Apostólica, con la
 autoridad de tantos sumos pontífices y el sacrosanto y universal
 Concilio de Trento en sus decretos lo han todo instituýdo y
 aprobado³⁰.

116. Bolviendo, pues, a los quatro géneros de personas que 30
 se reciben en la Compañía, de los quales ya avemos hablado,
 los primeros que son señalados en letras, hazen su profesión,
 como avemos dicho. Los segundos, que llamamos coadjutores es-
 pirituales, son como soldados de socorro que ayudan a los pro- 35
 fessos a llevar sus cargas y están a todas horas a punto quando
 se toca al arma y se ofrece cosa del servicio del Señor. Los
 coadjutores temporales exercítanse en sus officios ayudando a los
 demás, para que descuydados deste particular exercicio, puedan
 mejor emplearse en lo que les toca. Los estudiantes aprenden
 letras y estudian, y el buen espíritu que bevieron en el novi- 40
 ciado procuran de acompañarle con doctrina. Y en todo el tiempo
 de sus estudios, de tal manera se ocupan en ellos, que no se
 olvidan de sí y de su mortificación, antes se exercitan a sus
 tiempos en algunos de los ministerios que después, quando sean
 professos o coadjutores espirituales formados, han de hazer, y 45
 se van habilitando para todo aquello en que después se han de
 emplear.

117. Esto se haze en los colegios. Porque la Compañía tiene
 casas y colegios, entre los quales ay esta diferencia. Las casas,
 o son casas de provación en las cuales se pruevan y exercitan 50
 los novicios en la forma que avemos dicho, o son casas de pro-

32 primeros *om.* AB || 33 segundos] medianos AB

³⁰ In marg.: « Tridenti. sessio 25, cap. 16 ».

*tiatus ac studiorum laboribus perfuncti sunt, confessionibus, prædicationibus aliisque pietatis ministeriis, ad proximorum utilitatem se exercent. Collegia scholasticorum sunt, in iis quanvis
5 nonnulla professorum usurpentur munia, propria tamen illorum sunt, quaecunque pertinent ad discendas vel docendas eas disciplinas, quae ad professorum ministeria recte obeunda sunt necessariae.*

118. *Domus professorum redditus nullos habere possunt (ne
10 ad aedificationem quidem templi, aut cultum eius ac ornatum) nec possessiones ulla privatim, vel in communi; nec ius petendi ulla perpetuas elemosynas, sed quotidianis vivunt.*

119. *Domibus probationis et collegiis bona in commune habere licet; ut et novitii oneri ne sint populis antequam usui esse
15 incipiant, et scholastici victum quaerendi sollicitudine expediti, liberius in rerum cognitionem incumbant. Eiusmodi autem redditus, vel a civitatibus publice constituuntur, vel privatim a primariis viris ac copiosis, qui facultates suas recte se collocare hac
20 ratione putant, et praeclare de hominibus mereri, ut XXVIII capite dicam. Collegiorum bona professa Societas administrat, ex quibus tamen ad ipsam nulla pervenire potest utilitas, sed in victu scholasticorum et vestitu penitus consumuntur. Ita fit, ut quorum est fructus, ii subsint imperio, neque bonis abutendi
25 habeant facultatem; qui praesunt, ex suis laboribus utilitatem nullam propriam percipiant, sed eam in certos usus fratrum suorum praestitutosque convertant.*

120. *Scholastici studiis confectis ad incudem rursus revocantur, ac veluti excoquantur, ut in professorum aut spiritualium coadiutorum formatorum asciscantur numerum. At vero pro
30 fessis magna est in primis autoritas, et ius Societatem gubernandi. Ex illis, assistentes, provinciales, commissarii, visitatores creantur, et praepositus ipse generalis. Ex quo etiam convenit, ut spectatae virtutis ac eruditionis laude, rerumque usu praestent, cum omnibus tamen aequaliter (ut faciunt) vivant, et hu-
35 militate ac modestia exaequent quae poterant videri inaequalia.*

fessos, en las cuales solamente residen los obreros ya hechos, y se ocupan en confessar y predicar y en los otros ministerios espirituales en beneficio de los próximos. Los colegios son de 55
estudiantes, en los cuales, aunque se tratan algunas de las obras de los professos, pero su ocupación principal es enseñar o aprender las letras necessarias para estos ministerios.

118. Las casas de los professos no tienen ni pueden tener renta ninguna, aunque sea para la fábrica de la yglesia o para ornamentos o adereços della, ni tienen heredades frutuosas en 60
común ni en particular, ni pueden adquirir derecho para pedir por justicia las limosnas perpetuas que se les dexan, sino viven de las que cada día se les hazen.

119. Las casas de provación y los colegios pueden tener renta en común, para que los novicios no sean cargosos a los pue- 65
blos, antes que sean de provecho y los comiencen a servir, y los estudiantes, teniendo cierto su mantenimiento y vestido, no tengan cuidado de buscarle, sino que todos se empleen en aprender las ciencias que para ayudar a los otros son menester. Estas casas de novicios y colegios suélenlas fundar y dotar con rentas, 70
o las ciudades donde se fundan de sus propios, o algunas personas principales y ricas de sus haziendas, a quienes Dios haze merced de servirse dellos para este efeto y para aparejar obreros que después trabajen en su viña, como adelante se dirá. Las rentas de los colegios están a cargo de los professos, los cuales 75
en ninguna manera se pueden dellas aprovechar para sí, sino que enteramente se han de gastar en proveer y sustentar a los estudiantes. Y assí, los que tienen el provecho no tienen el mando, ni pueden desperdiciar sino gozar de los bienes que tienen, y los que tienen el mando y administración o superin- 80
tendencia de los tales bienes no sacan fruto temporal de su trabajo para sí sino para aquellos cuyos ellos son y a quienes han de servir.

120. Los estudiantes, acabados sus estudios, buelven otra vez a la fragua y passan por el crisol con nuevas provaciones para 85
apurarse y afinarse más y hazerse hábiles para ser admitidos en el número de los coadjutores espirituales formados o de los professos, los cuales tienen toda la autoridad para regir y go-
vernar la Compañía. De los professos salen los assistentes, los provinciales, los comissarios, los visitadores y el mismo prepó- 90
sito general. Para lo qual es muy importante y necessario que los professos sean varones de muy rara virtud, doctrina y espe-

Aedunt autem professi solennia vota tria, caeterarum religionum more, paupertatis, castitatis et obedientiae (iis enim tribus votis vis religionis et natura continetur) addunt quartum peculiare ac proprium Societatis, de obedientia ad missiones romano pontifici
 40 *fideliter praestanda*³¹. *Quod quidem his temporibus luctuosis ac perditis, quibus Sacrosanctae Sedis autoritas ab haereticis acerime impugnatur, divinum plane inventum fuit. Nam praeter alias utilitates quas continet multas et magnas, quae in ipsa instituti formula tanguntur*³², *certe arctius adstringit quod haeretic*
 45 *etici laxare student.*

121. *Sed ut non solum in praesens optime Societas gubernetur, verum etiam in posterum, et cupiditati atque ambitioni, religiosi status certissimis pestibus, quantum in ipsa est occurrat; alia vota simplicia professi emittunt, promittuntque se non*
 50 *consensuros ut constitutiones de paupertate, quae nunc est in Societate, immutentur, nisi forte ut magis illam contrahant et arcent*³³, *nullam in Societate dignitatem, neque aperte neque occulte quaesituros; si quem vero ambiisse sciverint, fideliter prodituros; extra Societatem vero, nullam admissuros dignitatem, nisi eius qui praecipere possit obedientia compellantur*³⁴.

122. *Gubernationis porro forma et ratio haec est: universae Societati cum summa potestate praeest praepositus unus generalis. Is praepositorum provincialium suffragio adlegitur, et duorum praeterea professorum, qui in congregatione provinciali electi, una cum provinciali ex singulis provinciis ad generalem conventum veniunt, perpetuusque est*³⁵, *ac maximam inter omnes habet auctoritatem. Ipse, ex cognitione rerum omnium et perso-*

³¹ De hoc quarto voto v. *Tratado*, cap. XX, p. 158.

³² Intellige Formulan Instituti Societatis contentam in bullis « Regimini militantis Ecclesiae » et « Exposcit debitum ».

³³ *Tratado*, cap. XXIII, p. 187.

riencia, y que vivan llanamente con los demás, para que, con su humildad y modestia, se hagan iguales las otras cosas que pueden parecer desiguales. Los dichos professos hazen sus tres 95 votos solenes de pobreza, castidad y obediencia perpetua, como se usa en las demás religiones. Porque en los tres votos consiste la essencia y fuerça de la religión. Añaden otro quarto voto solene, que es propio y particular desta Compañía, de obedecer al Romano Pontífice acerca de las misiones³¹. Y ha sido inven- 0 ción de Dios el hazerse este voto en la Compañía en tiempos tan miserables y de tanta calamidad, en los quales vemos que los hereges con todas sus fuerças y máquinas procuran combatir la autoridad de la santa Silla Apostólica. Que, dexando aparte los provechos que deste voto se siguen, los quales se tocan en 5 el sumario de nuestro instituto³² y en la bula de la confirmación de la Compañía que en el capítulo passado se puso, es grandísimo bien fortificar y establecer con este voto de la obediencia a Su Santidad lo que los hereges pretenden destruir y derribar.

121. Y para que no solamente el gobierno de la Compañía 10 sea al presente el que deve ser, sino que de nuestra parte se cierre la puerta a lo que para adelante nos puede dañar se corten las rayzes de la ambición y de la codicia, que son la polilla y carcoma de todas las religiones, también hazen otros votos simples los professos, y prometen de no consentir que se 15 altere ni mude lo que está ordenado en las constituciones acerca de la pobreza, si no fuesse para estrecharla y apretarla más³³, y de no pretender directe ni indirecte ningún cargo en la Compañía, y de descubrir y manifestar al que supieren que le pretende, y de no aceptar ninguna dignidad fuera de la Compañía, 20 si no fueren forçados por obediencia de quien les pueden mandar y obligar a pecado³⁴.

122. La forma del gobierno es esta. Ay un prepósito general, que es superior y padre de toda la Compañía, el qual se elige por voto de los provinciales y de dos professos de cada 25 provincia que han sido nombrados en las congregaciones o capítulos provinciales de cada una dellas, para ir con sus provinciales al capítulo general. El prepósito general es perpetuo por su vida³⁵, y tiene entre todos la suma autoridad y potestad.

¹⁰⁰ acerca de las misiones *om. A. qui tamen addit*: no solamente en las cosas que todos los religiosos y christianos somos obligados a obedecerle, sino también en otras cosas que no ay ley expresa que a ellas obligue.

³⁴ *Tratado*, cap. XXI, p. 169.

³⁵ *Tratado*, cap. XXXI, p. 251.

narum Societatis, quam habet permagnam, rectores collegiorum, domorum praepositos constituit; provinciales, visitatores ac commissarios creat ³⁶. Quae ratio commodissima; tollit enim ac rescindit perturbationes animorum, dissensiones, invidias, odia, quae praelatorum electiones fere consequuntur eas, quae ex multorum pendent iudicio ac voluntate. Praepositus item generalis per se, vel per suos provinciales, collegia moderatur; facultates a Sede Apostolica Societati datas et privilegia suis dispensat, eorum usum adstringit, relaxat, concedit, revocat; admittendi in Societatem atque ab ea dimittendi, in professorum numerum cooptandi, conventus generales (quibus ipse praees) indicendi ac peragendi plenissimam potestatem habet; denique ad eius arbitrium iudiciumque, summa omnium rerum consiliorumque redit.

123. Qua potestate ne ille forte abutatur, praeter eam curam, quae in optimo generali praeposito eligendo, atque ad id munus aptissimo adhibetur (quae summa est, parique religione servatur) quorum suffragio praepositus generalis creatur, ab eisdem quatuor spectatissimi patres eliguntur ³⁷, qui assistentes appellantur, suntque praeposito generali a consilio. Illi victum eius ac vestitum moderantur, labores definiunt, de erratis in humilitate admonent; ad eamque rem admonitor (sic enim vocatur) ab ipsa Societate est constitutus. Si quid gravius accidat, si acerbus ille plus aequo ac violentus, si bonorum collegiorum profusus aut praeposterus distributor fortasse sit, si doctrina depravatus vel moribus (homines enim sumus) Congregationem generalem (quae quoniam universam Societatem repraesentat, ipso etiam praeposito generali superior est) indicendi penes assistentes ius est, in qua veritas earum rerum et pondus examinatur, et pro modo culpae paena imponitur. Privari enim generalatu praepositus generalis potest, si res exigat, et gravioribus etiam supplicis affici.

³⁶ *Tratado*, cap. XXIX, p. 235.

³⁷ Quattuor tantum Assistentes enumerat Ribadeneyra, quia totidem erant Societatis Assistentiae quo tempore edita est haec *Vita Ignatii*. As-

El, con la grande información que tiene de sus sujetos, elige ³⁰
 y constituye los rectores de los colegios, los prepósitos de las
 casas professas, los provinciales, visitadores y comisarios de toda
 la Compañía ³⁶. Con esto se quita la ocasión de passiones, de-
 sassossiegos y otros inconvenientes que suelen suceder quando
 los perlados y superiores se eligen por voto y voluntad de muchos. ³⁵
 También el mismo prepósito general tiene la superintendencia
 de los colegios. Reparte y concede las gracias y privilegios que
 tenemos de la Sede Apostólica, más o menos como le parece.
 Está en su mano el recibir en la Compañía y despedir della,
 y hazer professos, y llamar a Congregación general y presidir ⁴⁰
 en ella. Finalmente, casi todas las cosas están puestas en su
 arbitrio y voluntad.

123. Y para que no se use mal desta tan grande potestad
 el prepósito general, demás del cuydado y diligencia que se
 pone en escoger el mejor de todos y el que se juzga que es ⁴⁵
 más idóneo y más a propósito para el tal cargo (que es toda
 la que humanamente se puede usar), después de la elección del
 general, por los mismos que le eligieron se nombran otras quatro
 personas ³⁷ de las más graves y señaladas de toda la Compañía,
 que se llaman asistentes, para que assistan y sean consultores ⁵⁰
 del general. Cuyo oficio es primeramente moderar los trabajos
 del general, medir su comer y vestir, avisarle con humildad de
 lo que les parece que conviene para el buen gobierno y estado
 de la Compañía. Y nómbrese también por la misma Compañía
 uno que se llama admonitor, que tiene este oficio de admonestar ⁵⁵
 más en particular al general de todo lo que se ofrece. Y porque
 puede ser que el general, como hombre, cayga en algún error
 grave, como sería si fuesse demasiadamente arrebatado y fu-
 rioso, o que gastasse mal y desperdiciasse las rentas de los co-
 legios, o que tuviesse mala doctina o fuesse en su vida escan- ⁶⁰
 daloso, pueden en estos casos los asistentes convocar la Compañía
 y llamar a Congregación general (la qual por representar a toda
 la Compañía es sobre el mismo general y tiene la suprema po-
 testad), para inquirir y examinar las culpas del general y, con-
 forme a lo que se hallare, darle la pena. Porque caso puede aver ⁶⁵
 en que el prepósito general sea absuelto y privado de su oficio
 y castigado con otras penas mayores.

sistentiae erant: Italia, Lusitania, Hispania, Germania. Anno 1608, in Con-
 gregatione generali VI^a creata est Assistentia Galliae.

124. *Ex quo Societatis gubernatio, cum proxime ad monarchiam accedat, multum etiam habet aristocratiae. Vitato enim quod vitiosum esse potest, id quod in utroque genere est optimum Societas sumpsit. Nam unum esse in gubernatione principem, praeclarum quidem est, et ad conservationem firmum; sed si ille sit moderatus et sapiens. Verumtamen periculosum est, ne honore elatus, libidinem suam non rationem sequatur; et quod traditum est ad salutem, in perniciem multorum convertat. Et ut hoc quidem absit, utque maxime sapiens sit, omnia certe scire unus non potest, ac propterea, ibi salus populi ubi consilia multa³⁸. Quod enim quisque prae aliis scit, id in commune confert. At vero illud subest in multitudine periculi, ne quot capita, tot sint sententiae, et illud unum, quo maxime hominum conventus ac consociatio continetur, distractum in varia dissolvatur. Quae pericula in utroque genere ut vitaret, et unitatem haec Societas a monarchia accepit et ab optimatibus consilium, et ita utrunque temperavit, ut praepositus generalis et praesit omnibus, et ipse quodammodo subsit, eiusque assistentes consilarii, non iudices sint.*

125. *Haec est instituti Societatis huius species quaedam ac aubernationis forma, quam Ignatius expressit ac nobis reliquit. Quae quidem, ut ex superioribus liquet, quanquam multa cum reliquis religionibus coniuncta atque communia, nonnulla tamen propria habet ac singularia. Nam cum haec Societas religio sit, ea habeat necesse est, quae caeterae habent religiones, et quae ita*

³⁸ Prov. 11, 14.

124. Por lo qual parece que el gobierno desta Compañía, aunque tira mucho al de la monarquía, en la qual ay uno solo que es príncipe y cabeça de todos, pero también tiene mucho del gobierno que los griegos llaman aristocratía, que es de las repúblicas en que rigen los pocos y los mejores. Y assí, dexando lo malo y peligroso que puede y suele aver en estos gobiernos, ha tomado la Compañía lo bueno que cada uno dellos tiene en sí. Porque no ay duda sino que el gobierno donde ay un solo príncipe y una sola cabeça, de la qual dependen todas las demás, es el mejor de todos y más durable y pacífico. Pero esto es si el príncipe es justo, y el que es cabeça es sabio, prudente y moderado. Mas ay gran peligro que este tal no se ensobervezca y desenfrene con el poder que tiene y que siga su apetito y pasión, y no la ley y la razón, y que lo que le dieron para provecho y bien de muchos lo convierta en perjuyzio y daño dellos y haga ponçoña de la medicina. Y aunque no cayga en este extremo y sea muy cuerdo y muy prudente, no es posible que, siendo uno, sepa todas las cosas; y por tanto dize el Espíritu Santo que la salud del pueblo se halla donde ay muchos consejos²⁸, en los quales cada uno dize lo que sabe mejor que los demás y lo que ha experimentado para bien de todos. Pero, por otra parte, en la muchedumbre de los que gobiernan ay mucho peligro que no aya tantos pareceres como cabeças, en los quales aquella unidad tan necessaria para la conservación de los hombres y de las repúblicas se venga a partir y a deshazer, y con ella la unión, que es el ánima y vida de todas las buenas juntas y comunidades. Pues, para huyr estos inconvenientes tan grandes que se hallan en el uno y otro género de gobierno, ha tomado la Compañía la unidad de la monarquía, haziendo una sola cabeça, y de la república el consejo, dando asistentes al prepósito general, y ha sabido también juntar lo uno con lo otro, que el prepósito general presida a todos por una parte, y por otra sea sujeto en lo que toca a su persona, y que los asistentes sean consejeros suyos y no juezes.

125. Esta es la traça y modelo que, con pocas palabras, he podido dibuxar del gobierno e instituto que nos dexó nuestro B. P. Ignacio desta Compañía. La qual, como se puede sacar de lo que avemos dicho, aunque tiene muchas cosas muy esenciales, semejantes y comunes a las demás religiones,, pero también tiene otras diferentes dellas y propias suyas. Porque, assí como, por ser religión, necessariamente ha de tener las cosas esenciales que tienen las demás religiones (que son los tres

propria religionis sunt, ut ab ea divelli distrahique non possint. Ea autem sunt vota tria, paupertatis, castitatis ac obedientiae, 20 in quibus vis ac natura religionis posita est, et quae si absint, religio esse dicere non possit. Sed cum etiam religio clericorum sit (quemadmodum tridentina synodus testatur) a religionibus omnibus monasticis differat oportet; in iis quidem, quibus illae a clero distant dissidentque. Et quamvis religiones omnes eodem 25 spectent, et ad perfectionem evangelicam tanquam in unum eundemque finem ultimum referantur; unaquaeque tamen finem suum praecipuum ac peculiarem habet, quem respicit ac sequitur. Qui finis cum alius alibi sit, etiam ea quae ad finem illum diriguntur diversa, diversis in religionibus sint necesse est. Pendent 30 enim ex extremo media et ex fine, ea quae finis gratia quaeruntur. Neque ulla religio reperiri potest quae tantam habeat cum ulla alia religione similitudinem et affinitatem, ut non multa etiam habeat dissimilia et propria. Nam si nihil omnino inter utramque intersit, non duae similes, sed una eademque sit 35 religio. Habet praeterea religio quaelibet sua privilegia et iuris communis dispensationes, quas Christi in terris vicarius, quasi ipsius iuris communis autor, interpret ac dispensator sua auctoritate facit, ad utilitatem atque ornamentum Ecclesiae sanctae. Quae quidem admirabili hac varietate circumamicta est, et tanquam castra Dei habet plurimas atque invictas armatorum 40 militum acies, in commune quidem fortissime dimicantium, sed non eisdem omnes, sed singulas aptis, suis propriisque armis utentium. Quae quidem armorum genera, tam inter se differunt, quam milites qui armis utuntur. Denique Deus qui sapientissime omnia 45 gubernat, ad morbi naturam medicinam accommodat et pro temporum varietate, ad Ecclesiam suam vel excolendam, vel illustrandam varias religiones praefinitis a se aetatibus mittit.

votos de pobreza, obediencia y castidad) en las quales consiste
la naturaleza y sustancia de la religión y sin las quales no podría
ella serlo, assí, por ser religión de clérigos (como dize el sagrado
Concilio de Trento), también se ha de diferenciar de las otras
religiones monacales y de frayles en lo que ellas se distinguen
y son dessemeyantes de los clérigos. Y siendo también cierto que,
aunque todas las religiones tienen un mismo fin general, que es
seguir los consejos de Christo Nuestro Señor y la perfección que
en el sagrado Evangelio se nos enseña, pero cada una tiene su
fin particular, al qual mira y como a blanco endereça sus obras.
Y siendo como son estos fines particulares diferentes unos de
otros, necessariamente lo han de ser también los medios que
para alcançar los dichos fines se toman, pues los medios depen-
den del fin, como de regla y medida con la qual se han de
medir y reglar. Y no ay religión alguna tan semejante a otra,
que no tenga algunas cosas propias suyas y dessemeyantes a
todas las demás. Y cada una de las religiones tiene sus privi-
legios y dispensaciones del derecho común que haze el Vicario
de Christo Nuestro Señor, como autor, intérprete y dispensador
dél, para bien y ornamento de su santa Yglesia. La cual está
ricamente ataviada y compuesta con esta hermosíssima y admi-
rable variedad y como los reales espantosos y bien ordenados,
tiene muchos y muy luzidos esquadrones de gente que pelean
todos a una, pero cada uno con sus propias armas, las quales
suelen ser tan diferentes como lo son los soldados que usan dellas.
Y, finalmente, Dios Nuestro Señor, que con su altíssima e infi-
nita providencia gobierna todas sus criaturas, da los remedios
conforme a las necessidades y aplica las medicinas como las pide
la naturaleza de la enfermedad, y en los tiempos en el consis-
torio de su divino consejo determinados, embía las religiones e
institutos que es servido, para que labren y cultiven esta su
grande viña de la Yglesia Católica.

NOVA GREGORII XIII CONSTITUTIO,
ET INSTITUTI SOCIETATIS IESU CONFIRMATIO¹

CAPUT XXIII

126. *Cum haec scripsissem, et publicare ac praelo mandare
5 vellem, nova Constitutio felicis recordationis Gregorii XIII in
manus meas venit. In qua cum universum Societatis institutum
declarat, omniaque eius privilegia, constitutiones atque statuta
approbat, et denuo confirmat; tum vero praecipua quaedam ex
iis quae a me in proximo capite explicata sunt, ita definit, et
10 statuit, ut rem totam qua de agimus maxime illustret. Atque
etiam excommunicationis latae sententiae anathemate eos con-
stringit, qui iis contraria dixerint docuerintve. Et temerariam
quorundam fraenat auduciam, qui de hoc instituto, et de aliis
Apostolicis eiusdem Gregorii literis illud similiter confirmanti-
15 bus² detrahere ausi sunt; omnesque illorum assertiones huic Con-
stitutioni repugnantes, falsas et temerarias esse pronuntiat.*

127. *Nam cum haec religio Iesu Societas sit, effugere certe
calumnias non potest, quas quidem ipse Dominus Iesus et omnes
aliae religiones, quae Societates item Iesu ac vera membra sunt,
20 nusquam non pertulerunt. Id quod sacri Ordines Divi Dominici
ac Divi Francisci abunde testantur, qui gravissime initio ab im-
probis exagitati sunt, atque omnibus machinis pertinaciter op-
pugnati. Sed Deus qui et institutor sanctarum religionum et pro-
pugnator est, vicarios suos, pontifices maximos, divinitus permo-
25 vit, ut illarum protectionem atque defensionem susciperent; et*

¹ Hoc caput una cum descripta bulla Gregorii XIII « Ascendente Do-
mino » data die 25 maii 1584, deest, ut par est, tum in 1^a editione latina
a. 1572, tum in 1^a et 2^a hispana, annis 1583 et 1584 typis impressis. In
duobus his hispanis editionibus, ad calcem capitis praecedentis transcri-
bitur bulla « Quanto fructuosius », data ab eodem Gregorio XIII, die 1 fe-
bruarii 1583, cum hoc praeambulo: « Aviendo escripto esto y queriéndolo
imprimir, ha llegado a mis manos una bula nueva de nuestro muy Santo
Padre Gregorio XIII, en la qual declara, aprueva y confirma de nuevo el
Instituto de la Compañía y todos sus privilegios, constitutiones y estatutos
en general, y particularmente algunas cosas de las más substanciales que

LA CONSTITUCIÓN DE NUESTRO MUY SANTO PADRE GREGORIO XIII DE LA NUEVA CONFIRMACIÓN DEL INSTITUTO DE LA COMPANÍA DE JESÚS¹

CAPÍTULO XXIII

126. Para que mejor se entienda lo que avemos dicho de 5
nuestro instituto, y que Dios Nuestro Señor es el que le reveló
y descubrió a nuestro B. P. Ignacio de la manera que la necesi-
dad presente de la Santa Iglesia le avía menester, me ha pa-
recido poner aquí parte de una extravagante y constitución per-
petua de nuestro muy Santo Padre Gregorio XIII, de felice 10
recordación; en la qual muy copiosamente declara y aprueba y
confirma de nuevo el instituto de la Compañía y todos sus pri-
vilegios y constituciones y estatutos en general, y particular-
mente algunas cosas de las más sustanciales que dexo tratadas
en este capítulo; y excomulga ipso facto a los que dixeren y 15
enseñaren lo contrario, y pone freno a algunos que con dema-
siada libertad y atrevimiento osaron poner lengua en este insti-
tuto y en otra bula Apostólica, que es la que se puso en las
otras impresiones deste libro² y no se pone en ésta porque está
embevida en esta constitución, en que Su Santidad assí mismo 20
antes le avía declarado y confirmado, condenando por falsas y
temerarias sus proposiciones.

127. Porque como esta Compañía es de Jesús, no le pueden
faltar las contradicciones que tuvo su cabeza, ni las que han te-
nido las demás sagradas religiones, que son miembros y compa- 25
ñías del mismo Jesús y militan debaxo de su imperial nombre
y vadera, como en esta constitución se dize. Y como se vee en
las persecuciones y calumnias que padecieron las órdenes de los
gloriosos patriarcas santo Domingo y san Francisco en sus prin-
cipios, y en los furiosos assaltos y terribles combates que passa- 30
ron, que fueron tales, que para resistirlos y vencerlos fue bien
menester el favor de Nuestro Señor. El qual movió a sus vicarios
que tomassen la mano para su defensa, y proveyó que en aquel

¹ 15 excomulga] descomulga C

dexo tratadas en este capítulo [XXII] que, por parecerme que se enten-
derán mejor con esta bula de Su Santidad, la he querido poner aquí al
pie de la letra, como está ».

² Scilicet, in 1ª et 2ª editione hispana, de quibus vide annot. praecedentem.

clarissimos atque sanctissimos Doctores Thomam Aquinatem et Bonaventuram, eo ipso tempore providentissime illis auxilio misit, ut hostium conatus retardarent, calumnias obtererent, audaciam frangerent atque contunderent, et doctrinae caelestis splendore, offusam animis caliginem discuterent. Sed ut haec omnia Lector magis etiam perspiciat, partem ipsius Sanctissimi Domini N. Constitutionis hic subiiciendam existimavi.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI,
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

128. *Ascendente Domino et Salvatore nostro in naviculam, ecce motus magnus factus est in mari, ipse autem a discipulis rogatus ventis imperavit, et facta est tranquillitas³; quam Nos, in Petri navicula collocati, turbinibus excitatis ab eodem Domino assiduis precibus postulantes, nostram interea operam et laborem in frangendis procellosis fluctibus impendere non desistimus; cumque tanti laboris socios et validos remiges divina nobis providentia praeparaverit, eorum opera in superandis saevientis pelagi tempestatibus Nos maxime sublevat, qui, pro communi fluctuantium animarum salute propria commoda nihili pendunt, seque ad omnia discrimina exponunt. In quo cum aliarum religionum studia, tum Societatis Iesu assiduus pro Christo labor, necnon usque ad finem perseverantia promptam se ostendit; cumque prolem catholicae religioni valde proficuum, et ad omnia pericula pro universali Ecclesia subeunda paratam procreaverit, aliam atque aliam a prima non degenerem praestante gratia Dei quotidie substituit, ut nobis eorum alumni per multiplices probationum gradus altius provecti, semper praesto sint; quos in rebus arduis suscipiendis fructuosos operarios asciscamus, eos autem ut firmiorem nobis opem ad praedicta navare possint, ab omni non modo iniuria, sed etiam calumnia studemus intactos conservare.*

129. *Quod ut a Nobis efficiatur, ipsius instituta, tanquam fundamenta eius praesidii, quod catholicae religioni impendunt*

³ Mt. 8, 24.

mismo tiempo floreciesen los esclarecidos doctores santo Tomás de Aquino y san Buenaventura, que eran lumbreras del mundo, para que con el resplandor de la verdad, y gracia y fuerza que el mismo Señor les dava, domassen la braveza y orgullo de sus enemigos y desterrassen la escuridad y tinieblas de la mentira y falsedad. Dize pues la constitución assí:

GREGORIO OBISPO,

SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS, PARA PERPETUA MEMORIA.

128. « Entrando Nuestro Señor y Salvador en la navezilla, luego se alteró la mar y él, rogado de los discípulos, mandó a los vientos que cessassen, y cessó la borrasca y sucedió la bonança y tranquilidad³; la qual Nosotros, que estamos puestos al governalle desta navezilla de San Pedro, no dexamos de pedir al mismo Señor con continuos ruegos y oraciones en las tempestades que se levantan, ni de poner nuestro trabajo y industria en quebrantar las olas turbulentas que la combaten. Y aunque para este trabajo nos ha proveído la divina Providencia de buenos compañeros y remeros esforçados, todavía particularmente nos ayuda y alivia, para vencer las tempestades del mar embravecido, el cuydado y trabajo de los que por la común salud de las almas que peligran no hazen caso de sus propias comodidades y se ofrecen a qualesquier peligros. En lo qual todas las demás religiones se muestran promptas y aparejadas, pero particularmente la Compañía de Jesús, con el continuo trabajo que toma por Christo y con la perseverancia hasta el fin. La qual, aviendo criado una muchedumbre de hijos muy provechosos para la religión católica, y aparejada a passar todos los peligros y encontros por la Yglesia universal, no dexa de criar otros cada día con la gracia del Señor semejantes a los primeros, para que sus hijos, siendo exercitados por varias provaciones y aviendo subido de grado en grado a lo más alto, nos ayuden y dellos nos podamos servir en las empresas arduas y dificultosas; y para que mejor lo puedan hazer, procuramos defenderlos de toda injuria y calumnia y de conservarlos enteros sin que ninguno los toque ni ofenda.

129. Y para hazer esto devemos con la Apostólica autoridad amparar y defender y mantener en su fuerza y vigor los institutos de la dicha Compañía, que son como los cimientos y nervios del socorro y servicio que ellos hazen a la religión católica,

immota atque inconcussa aliorum etiam Romanorum pontificum exemplo debemus Apostolica autoritate tueri, quorum felicis re-
 60 cordationis Paulus III et Iulius etiam III, Constitutiones et laudabile dictae Societatis Institutum confirmarunt; Paulusque idem eam ipsam ab omni quorumcunque ordinariorum iurisdictione exemit; quo Instituto per Paulum IV examinato, et a Synodo Tridentina commendato, Pius V item praedecessor noster Socie-
 65 tatem ipsam ordinem esse mendicantem declaravit⁴. Quae omnia non immerito ab eis sunt concessa ob egregias virtutes et dona Societati antedictae divinitus elargita.

130. Cuius praecipuus finis Catholicae est religionis defensio ac propagatio, animarumque in christiana vita et doctrina profec-
 70 tus; gratiae quoque eius vocationis est proprium diversa orbis terrarum loca, ex Romani pontificis, seu praepositi generalis eiusdem Societatis directione peragere, vitamque in quavis mundi parte agere, ubi salvandarum suorum opera animarum copiosior pro-
 ventus ad Dei gloriam speretur.

75 Ad quem finem Spiritus Sanctus beatus Ignatii Loyolae, Societatis ipsius institutoris eiusque sociorum excitator, media quoque praedicationum ac cuiuscunque ministerii verbi Dei doctrinaeque christianae et spiritualium exercitiorum, aliorum item charitatis operum et sacramentorum administrationis, ac praeci-
 80 pue Poenitentiae et Eucharistiae, horumque frequentioris usus accommodavit. Ad quae sufficienter et pro dignitate praestanda, difficultates superandas periculaque adeunda, quibus dictae Societatis religiosi in huiusmodi discursionibus et ministerii expo-
 85 sitionis praesidio muniantur, quod illis gratia in primis omnipotentis Dei, simulque educatio ipsa, longa item in Societate probatio, nec non regularum et Constitutionum observantia praestare noscuntur.

131. Quibus Constitutionibus, ut tantae ponant rudimenta
 90 virtutis ad quam aluntur, statutum est, ut novitii in Societate biennio probentur; quo expleto, si ipsi perseverare voluerint, et

⁴ Per Litt. Apost. « Dum indefessae » (7 iul. 1571).

siguiendo en esto el ejemplo de los otros Romanos pontífices, de los cuales Paulo tercero, de feliz recordación, y Julio assimismo tercero, confirmaron las Constituciones y el loable Instituto de la dicha Compañía, y el mismo Paulo la eximió de toda la jurisdicción de qualesquier Ordinarios; y aviendo sido el instituto examinado por Paulo quarto y alabado del Concilio Tridentino, Pío quinto, assimismo nuestro predecesor, declaró que la dicha Compañía era orden de mendicantes.

130. Todas las quales cosas con mucha razón han sido concedidas de nuestros predecesores a la dicha Compañía por las señaladas virtudes y dones que el Señor le ha comunicado; cuyo principal fin es la defensión y propagación de la religión católica y el aprovechamiento de las ánimas en la vida y dotrina christiana. También es propio de la gracia de su vocación ir a diversas partes del mundo con la dirección del pontífice Romano y del prepósito general de la misma Compañía, y de vivir en qualquier parte del mundo donde se pueda esperar de sus trabajos mayor fruto para salvación de las almas, a gloria de la eterna magestad de Dios. Para el qual fin el Espíritu Santo, que movió a la buena memoria de Ignacio de Loyola, fundador de la dicha Compañía y a sus compañeros, también les dio y acomodó los medios convenientes para alcanzar este mismo fin, como son la predicación de la palabra de Dios y el ministerio y enseñanza de la dotrina christiana, el uso de los exercicios espirituales y de todas las obras de caridad, la administración y frecuencia de los santos Sacramentos, especialmente del de la Penitencia y del sacratíssimo Cuerpo de Christo nuestro Redentor. Para hazer bien y como conviene las tales obras y para vencer las dificultades y passar por los peligros que a los religiosos de la misma Compañía se ofrecen en semejantes peregrinaciones y ministerios es necessario que los que han de obrar tan grandes cosas tengan grande caudal de virtud y devoción, el qual se alcanza principalmente con la gracia y favor de Dios todopoderoso, y después con la criança y larga provación que en la Compañía se usa, y con la observancia de las reglas y constituciones.

131. En las quales, para ponerse el cimiento que conviene para obra tan alta, se ordena que los novicios de la dicha Compañía se prueven dos años, los quales acabados, si ellos quisieren perseverar y la Compañía tuviere satisfacción dellos (porque esta Compañía no tiene solos novicios y professos como las

Societati fuerit ab eis satisfactum (quoniam Societas ipsa non
 solis novitiis et professis, ut reliqui regulares ordines, constat)
 tria substantialia vota simplicia (nisi quis interdum ad professio-
 95 nem, vel gradum coadiutorum formatorum admittendus videretur),
 paupertatis, castitatis et obedientiae in eadem Societate ex
 Apostolico indulto ac iuxta votendi formulam in eisdem Consti-
 tutionibus expressam, emittunt; ac secundum illas promittunt se
 eandem Societatem ingressuros, hoc est, ulteriorem aliquem illius
 0 gradum, prout praeposito videbitur generali. Quibus votis emissis
 novitii esse desinunt, et in Societatis corpus, qui literis operam
 dederint vel daturi sunt, ut scholares approbati; alii vero ut
 coadiutores temporales nondum formati cooptantur; ac quantum
 est ex parte ipsorum perpetuo, ex parte vero Societatis iuxta
 5 Apostolica indulta et Constitutiones praedictas tamdiu obligati
 sunt, quamdiu praepositus generalis eos in Societate retinendos
 esse censuerit. Quod ad Societatis conservationem maxime esse
 necessarium, idque ab illius exordio provisum, et post experimento
 comprobatum est, idque initio ingressus illi explicite manifestatur,
 10 atque ipsi conditionem hanc amplectuntur, quae eis (si quos di-
 mittere oporteat) multo est commodior, ut liberi potius, quam
 votis obligati dimittantur, aliisque iustis et rationabilibus de cau-
 sis. Coadiutores temporales non formati, qui non ad studia lite-
 rarum, sed ad domestica munia curanda destinantur, post aliquot
 15 annos, quibus generali praeposito et Societati satisfecerint, per
 tria item paupertatis, castitatis et obedientiae vota, quae licet
 publica et in manibus superioris emissa, non tamen solennia, sed
 tum ex Constitutionum praescripto, tum ex votentis et admit-
 tentis intentione simplicia existunt, in coadiutorum temporalium
 20 formatorum gradum admittuntur. Scholares vero, studiis in So-
 cietate absolutis, antequam professi vel coadiutores spirituales
 formati fiant, non solum tertium adhuc ulterioris probationis
 annum, in devotionis et humilitatis exercitiis impendunt, ut si
 25 qua fortasse in re, harum virtutum fervor per literarum occu-
 pationem intepuerit, per earundem virtutum frequentiore exer-
 citationem ardentiorumque Divini auxilii invocationem recalescat;
 sed etiam in verbi Dei, sacrarum et scholasticarum lectionum,
 poenitentiaeque et Eucharistiae sacramentorum Societatis mini-
 steriis tamdiu probantur, quamdiu praeposito generali videtur;
 30 nec antequam ipsi praeposito sint plane perspecti, eique in om-
 nibus satisfecerint, ad huiusmodi gradus promoventur.

demás religiones) hazen tres votos sustanciales simples (si no fuere alguno que se deve admitir a la profesión o al grado de coadjutores formados) de pobreza castidad y obediencia en la misma Compañía por indulto apostólico desta santa Silla y conforme a la forma de hazer los votos que en las mismas Constituciones se expresa y declara, y según ellas prometen de entrar en la misma Compañía, es a saber de passar adelante y tomar aquel grado della que pareciere al prepósito general. Los votos hechos, dexan de ser novicios y son incorporados y unidos en el cuerpo de la Compañía los que huvieren estudiado o para adelante han de estudiar como escolares aprovados y los otros como coadjutores temporales aunque no formados, y quanto es de su parte quedan obligados de perseverar en la Compañía perpetuamente, aunque de parte de la dicha Compañía, conforme a los indultos apostólicos y las sobre dichas Constituciones, tanto tiempo quanto pareciere al prepósito general. Lo qual es sumamente necessario para la conservación de la Compañía. Y assí al principio della se proveyó e instituyó, y después con la experiencia se ha comprobado y se manifiesta y expresamente se declara a los que quieren entrar en la Compañía en su misma entrada y ellos lo abraçan y entran con esta condición, la qual es para ellos (si alguno se huviesse de despedir) mucho más cómoda, para que vayan libres y no cargados con la obligación de sus votos y por otras justas y razonables causas. Los coadjutores temporales no formados, los cuales no tratan el exercicio de letras, sino que se ocupan en los negocios temporales de casa, passados algunos años en los quales, aviendo dado buena cuenta de sí y satisfacción al prepósito general de la Compañía, son admitidos al grado de coadjutores temporales formados, haciendo los tres votos de pobreza, castidad y obediencia públicos y en manos del perlado, pero no por esto solenes, sino simples, assí por el establecimiento de las Constituciones, como por la intención del que haze el voto y del que le recibe. Los estudiantes, acabados los estudios en la Compañía, antes que se hagan professos o coadjutores espirituales formados, demás de gastar el tercero año en otra nueva provación exercitándose en los exercicios de devoción y humildad (para que si el fervor destas virtudes, con la ocupación de las letras, por ventura en algo se huviesse resfriado, con el uso y exercicio más continuo de las mismas virtudes y con la invocación más fervorosa de la divina gracia se avive e inflame) también se pruevan y exercitan en predicar la palabra del Señor, en leer las letras sagradas y

132. *Qui enim ad professionem quatuor votorum admittendi sunt, eos iuxta Constitutiones easdem et Apostolica decreta et iudulta, viros omnino humiles ac prudentes in Christo, et in vitae*
 35 *puritate ac literis conspicuos, diuturnisque ac diligentissimis experientis probatos atque sacerdotes et in ministeriis huiusmodi prius diu multumque versatos vocatio haec requirit, utpote quos ardua maneant ministeria. Quo fit ut non omnes ad eandem professionem idonei esse, nec tales sine longa exercitatione atque*
 40 *experimento fieri, aut etiam cognosci possint. Quapropter Societatis in sua membra et gradus idem Ignatius divino instinctu ita duxit disponendum, ut praeter eos quos praepositus generalis ad professionem quatuor votorum idoneos esse censuerit, et nonnullos, quos interdum ad professionem trium admittere potest,*
 45 *reliqui etiam sacerdotes, quorum vita et doctrina in Societate diu probata esset, ac praeposito generali perspecta, et de ipsius licentia in Coadiutorum spiritualium formatorum gradum, per tria illa vota similiter publica, sed simplicia in superioris manibus emissa admitterentur. Quibus emissis tam hi qui spirituales,*
 50 *quam qui temporales coadiutores formati fuerint, certum in Societate gradum habent, suntque omnis haereditariae successionis incapaces, nihilque omnino proprii iuxta Constitutiones easdem habere possunt. Nec propter emissa huiusmodi vota publica, aut per mortem ab intestato in illorum, sicuti nec in professorum*
 55 *bonis domus ulla aut Ecclesia vel collegium dictae Societatis succedere potest. Qui vero quatuor votorum professi futuri sunt, ii tribus illis solennibus substantialibus votis quartum similiter solenne addunt specialis summo pontifici obedientiae circa missiones praestandae, ob certiolem Spiritus Sancti in missionibus*
 60 *ipsis directionem, ac maiorem ipsorum mittendorum Sedi Apostolicae obedientiam, maioremque devotionem, humilitatem, mortificationem ac voluntatum abnegationem.*

133. *Post emissam vero professionem sive quatuor, sive trium votorum, professi ad paupertatis, quae regularis instituti murus*

escolásticas, en administrar los sacramentos de la Penitencia y 55
Eucaristía y en los otros ministerios de la Compañía, todo el
tiempo que parece al prepósito general; y no son promovidos a
estos grados hasta ser dél muy conocidos y aprovados.

132. Porque los que han de ser admitidos a la profesión 60
de quatro votos han de ser, conforme a las sobredichas Consti-
tuciones, decretos e indultos apostólicos, varones verdaderamente
humildes y prudentes en Christo, en la pureza de la vida y en
letras señalados, y muy provados con largas y diligentes expe-
riencias; han de ser sacerdotes y bien exercitados en estos seme- 65
jantes ministerios, porque esta vocación tales los requiere, pues
han de passar después por otros trabajos muy arduos y dificult-
tosos; y por esto no todos pueden ser aptos para hazer esta pro-
fesión, ni hazerse o ser conocidos por tales si no es con largas
provaciones y experiencias. Por tanto, el mismo Ignacio, por 70
divina inspiración, de tal manera dispuso el cuerpo de la Com-
pañía y la distinguió en sus miembros y grados, que fuera de
los que el prepósito general juzgare ser idóneos a la profesión
de quatro votos, y algunos que se pueden admitir alguna vez a
la profesión de tres votos, todos los demás, aun sacerdotes, cuya
vida y dotrina huviere sido largo tiempo provada en la Com- 75
pañía y satisfecho al prepósito general, con su licencia dél sean
recibidos al grado de los coadjutores espirituales formados, ha-
ziendo aquellos tres votos, assimismo públicos pero simples, en
manos de su Superior. Los quales votos hechos, todos los coadju- 80
tores formados, assí espirituales como temporales, tienen su grado
cierto en la Compañía, y son incapaces de qualquiera herencia
y successión, y no pueden por ninguna manera tener cosa propia,
conforme a las mismas Constituciones y no puede ninguna casa
o yglesia o colegio de la Compañía suceder en los bienes de los 85
que huvieren hecho semejantes votos públicos, aunque mueran
ab intestato, como ni tampoco en los bienes de los professos.
Pero los que han de ser professos de quatro votos, demás de
los tres solenes y sustanciales votos, añaden también otro quarto
solene de obedecer al Romano pontífice acerca de las misiones,
el qual voto hazen por ser dirigidos y guiados más seguramente 90
del Espíritu Santo en las dichas misiones y para mayor obe-
diencia de los mismos que fueren embiados, y mayor devoción
a la Silla apostólica y mayor humildad y mortificación y abne-
gación de sus propias voluntades.

133. Hecha la profesión, aora sea de quatro votos aora de 95
tres, los professos, para conservar la perfección de la pobreza

65 *est et propugnaculum, perfectionem tuendam, omnemque ambi-*
tionis occasionem excludendam, nonnulla alia simplicia vota emit-
tunt; quibus promittunt se nunquam quacunque ratione acturos
vel consensuros, ut quae in Constitutionibus Societatis circa pau-
 70 *peritatem ordinata sunt immutentur, nisi quando ex iusta rerum*
exigentium causa, paupertas magis restringenda videretur; neque
praetensuros ne indirecte quidem, ut in aliquam praelationem
vel dignitatem intra vel extra Societatem eligantur; nec extra
Societatem in sui electionem quantum in eis fuerit, consensuros,
 75 *nisi coacti obedientia eius qui id ipsis possit sub poena peccati*
praecipere. Item Societati vel eius praeposito manifestaturos si
quem sciant aliquid huiusmodi moliri.

134. Porro non solum professi et coadiutores formati, sed
 ex aliis, quicunque absoluto probationis biennio praedicta tria
 substantialia vota etiam simplicia emisserint, si absque expressa
 80 *licentia a Societate discedant, etiamsi praetextu melioris frugis,*
et transitus ad alium quemcunque ordinem (Carthusiensium dun-
taxat excepto) id faciant, apostasiae et excommunicationis ex
Apostolicae Sedis decreto poenas incurrunt, a quibus non nisi a
summo pontifice, vel a generali praeposito absolvi possunt. Inique
 85 *enim cum Societate ipsa ageretur, si viris multo labore ad ardua*
ministeria eruditis cum religionis catholicae et huius Sedis detri-
mento privaretur; praesertim cum Societatis Constitutiones et
privilegia quae supradicta continent, in separata, antequam ad
novitiorum convictum admittantur, habitatione eis maturius con-
 90 *sideranda tradantur. Biennio novitiatus completo, et emissis votis*
simplicibus, una est omnibus omnino vivendi et obediendi ratio,
debent enim omnes in omnibus obedire, et in communi vivere
non secus alii, atque ipsi professi et coadiutores formati, idque
in domibus quidem probationum et collegiis ex redditibus, in do-
 95 *mibus vero professorum, quae nullos omnino redditus habere pos-*
sunt, ex eleemosynis tantum. Et licet qui ad gradus professorum
et coadiutorum formatorum nondum pervenerunt, bonorum suo-
rum ius atque dominium, tum alias ob iustas causas, tum etiam
 0 *ut maiorem Societas habeat libertatem illos, si opus fuerit, cum*
minori offensione dimittendi, ad tempus generalis praepositi iu-
dicio praescribendum valeant retinere, ut in pauperes tandem
seu alios pios usus pro ipsorum devotione distribuunt iuxta Evan-
gelicum consilium ac promissionem, quam initio novitiatus fa-
ciunt, interim tamen, quantum ad illorum usum, religiosam pau-

(que es muro y baluardo del instituto religioso) y para cortar qualquiera ocasión de ambición, hazen algunos otros votos simples, en los quales prometen que jamás por ninguna razón tratarán ni consentirán que lo que está ordenado acerca de la pobreza en las Constituciones de la Compañía se altere, si no fuesse quando, por justos respetos y ocasiones, la pobreza se huviesse de estrechar más, y que no pretenderán ni aun encubiertamente ninguna prelacía o dignidad, dentro o fuera de la Compañía, y que no consentirán en ninguna elección que de sus personas se hiziere fuera de la Compañía, quanto en ellos fuere, si non fueren compelidos por la obediencia de quien se lo pueda mandar so pena de pecado; y allende desto, que descubrirán a la Compañía o al prepósito general qualquiera que supieren que trata o pretende alguna cosa destas.

134. Y no sólo los professos y coadjutores formados, sino todos los demás que, acabados los dos años de la probación, huvieren hecho los dichos tres votos sustanciales aunque simples, si sin expresa licencia salieren de la Compañía, aunque sea con pretexto de mayor perfección y de passarse a qualquiera otra orden (si no fuere la de los Cartuxos), caen en las penas de apostasía y excomunió por decreto de la Silla Apostólica, de las quales no pueden ser absueltos sino del sumo pontífice o del prepósito general. Porque se le haría agravio a la misma Compañía si se le quitassen los varones que ella con tanto trabajo ha criado y enseñado para tan altos ministerios, lo qual no sería sin daño de la religión católica y desta santa Silla. Especialmente que las Constituciones de la Compañía y los privilegios en los quales se contiene lo que avemos dicho, se dan a los que quieren entrar para que, en un aposento aparte, lo consideren todo antes que sean recibidos al común trato y vida de los novicios. Acabados, pues, los dos años de noviciado y hechos los votos simples, una es la común manera de vivir y obedecer de todos. Porque deven todos obedecer en todas las cosas y vivir en comunidad, assí los otros como los professos y coadjutores formados, y esto de manera que en las casas de provación y en los colegios vivan de las rentas que tuvieren, mas en las casas de los professos (las quales no pueden tener renta ninguna) vivan puramente de limosna. Y aunque los que aún no han llegado al grado de los professos y de los coadjutores formados por otras justas causas, y particularmente para que la Compañía pueda con mayor libertad (si fuere menester) despedirlos con menor ofensió, puedan por algún tiempo a juzyio del prepósito general tener el derecho

5 *pertatem servant, nec ulla re tanquam propria, et sine superioris facultate uti possunt.*

135. *Et quanvis ii omnes qui post biennium novitiatus dicta tria vota simplicia, ut praefertur emiserint, ac in corpus Societatis cooptati, illiusque meritorum et privilegiorum non secus*
 10 *atque ipsi professi participes effecti, quique quantum in eis est, et professionem emittere parati, si ipse praepositus generalis id praedictae Societatis instituto congruere iudicaverit, et in perpetuum Dei servitio votis simplicibus consecrati, ac sua sorte, prout laudabile Societatis institutum exigit contenti, vere et proprie*
 15 *religiosi existant, etsi a Societate deficient, excommunicationis et aliis apostatarum poenis sint subiecti; tamen cum non ita pridem intellexissemus nonnullorum animos, qui pii alioqui et utiles operarii existebant, sollicitari interdum et affligi, quasi non essent religiosi, eo quod non essent professi, nec etiam deesse qui*
 20 *religionis praetextu, transfigurante se in angelum lucis Satana, non solum ea occasione inquieti existerent, sed etiam aliorum pacem et vocationem disturbare, eosque in fraudem et defectionem deducere conarentur, unde fructuosa haec religio gravissima potuisset accipere detrimenta: idcirco, cum divina providentia, pro temporum necessitate, varia et salutaria Ordinum instituta in Ecclesia sua produxerit, novisque subinde in ea nascentibus morbis nova remedia, novisque emergentibus hostium impugnationibus, nova regularium ordinum auxilia excitarit, et cuique illorum, iuxta cuiuslibet peculiaris gratiae vocationem peculiare*
 25 *quasdam notas, propria insignia, ac opportuna ad finem quem intendit, media suggererit, et nunc maxime (ut felicissimi toto orbe successus testantur) mirificos in agro Dominico fructus praedicto Societatis Iesu instituto proferat: (quae Societas, quemadmodum et alia nascentium regularium ordinum exordia a spiritu*
 30 *contradictionis impugnatur); cumque ipsi Ordines Romanorum pontificum propterea constitutionibus circummuniri consueverint, cuius rei sanctorum Dominici et Francisci praeclarissimi Ordines exempla abunde suppeditarunt: ita Nos, licet alias, institutum praedictum, privilegia et Constitutiones ipsius Societatis confirmaverimus et declaraverimus, motu proprio statuantes eos, qui biennio novitiatus peracto, tria vota tametsi simplicia emiserunt, esse vere, et proprie religiosos, cum praecepto, nequis haec in*

y dominio de sus bienes para poderlos mejor dispensar a los pobres o en otras obras pías, conforme a la devoción de cada uno y del consejo evangélico y de la promessa que hazen en el principio del noviciado; pero entretanto, quanto al uso dellos, guardan la pobreza religiosa y no pueden usar de ninguna cosa como propia sin licencia del superior. 40

135. Y aunque todos los que, passados dos años del noviciado, huvieren hecho los dichos tres votos simples de la manera que avemos dicho, y que son incorporados en la misma Compañía y que gozan de los merecimientos y privilegios della como los mismos professos y que, quanto es de su parte, están aparejados para hazer la profesión, si el preposición general juzgare que conviene al instituto de la dicha Compañía, y están dedicados perpetuamente con los votos simples al servicio de Dios, y contentos con su suerte y vocación como lo pide el loable instituto dellos, y, finalmente, si salen de la Compañía están sujetos a la excomuni6n y a las otras penas en que incurren los ap6statas, está claro que son verdadera y propiamente religiosos; pero aviendo nosotros entendido de poco tiempo acá que algunos, aunque son obreros provechosos y zelosos en la viña del Señor, algunas vezes se afigen y fatigan pareciéndoles que no son religiosos porque no son professos, y también que no faltan otros los quales so color de religión, transfigurándose Satanás en angel de luz, no solamente con esta ocasi6n andan ellos desassossegados en sí, pero también desassossiegan a los otros turbando su paz y vocaci6n y procurando inquietarlos y apartarlos de lo que han comenzado, de lo qual podría esta religión tan provechosa recibir notables daños: por tanto, Nosotros, considerando que la divina Providencia, conforme a la necesidad de los tiempos, ha embiado a su Yglesia varios y saludables institutos de religiones, y para las nuevas enfermedades que en ella cada día nacen provee de nuevos remedios y para las nuevas impugnaciones de los enemigos ha ordenado nuevas compañías y soldados de las órdenes reglares y que da a cada uno dellos conforme a la particular gracia de su vocaci6n sus particulares señales, propias insignias y proporcionados medios para el fin que pretende, y que agora especialmente (como lo declaran los dichos sucessos por todo el mundo) produce maravillosos frutos en el campo del Señor con este particular instituto de la dicha Compañía, la qual, como las demás religiones en sus principios, es combatida del espíritu de la contradici6n, y por esta causa todas las religiones se suelen armar y defender con las constituciones de los Romanos pontífices, como se 75 80

dubium revocare audeat, ac cum irritante, et aliis decretis, prout in nostris super hoc confectis literis plenius continetur; quia ta-
 45 men non defuit temeraria quorundam audacia, qui post declarationem, decretum, praeceptum, et interdictum nostrum huiusmodi, non solum multa ex praedictis, et fortasse alia ad Societatis institutum ac vivendi formam spectantia labefactare, sed et ipsa
 60 Apostolica decreta ac praecepta, publice et ex cathedra, ausu temerario impugnare, mentemque nostram perverse interpretari non erubescunt; disputantes, et praedicta in dubium revocantes, omniaque ex aliorum regularium ordinum communibus rationibus, formis ac statutis metientes, Societatis Institutum, peculiare
 65 Constitutiones, ac vim votorum simplicium illius, a Sede Apostolica, in eadem Societatis religione probata admissorum, penitus ignorantes, ac nonnulla iure antiquo, quae post illud successu temporum huius Sedis autoritate, approbatione et confirmatione, ac peculiaribus privilegiis, sancita et roborata esse dignoscuntur, perperam interpretantes, convellere nituntur. ...

60 136. Haec pontifex, et infra. Nos, universalis Ecclesiae utilitati, quam ex inviolatio et inconcusso dictae Societatis instituto, et religiosae sobolis educatione sentimus, et maiorem in dies speramus, prospicientes; et praeterea eiusdem Societatis indemnitati,
 65 paci, quieti et incremento consulere volentes; motu simili, et ex certa scientia nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine laudabile ipsius Societatis institutum, et quae illud concernunt praemissa omnia et singula praedictaque illius ac quaecunque alia privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias et
 70 indulta a praedictis praedecessoribus nostris, et a nobis etiam per communicationem concessa, Constitutiones quoque ac statuta, et decreta quaecunque ac si ad verbum praesentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore praesentium approbamus et confirmamus; suppletes omnes iuris et facti defectus, si qui interve-
 nerint in praedictis Constitutionibus et statutis.

vee claramente en las esclarecidas órdenes de santo Domingo y san Francisco: por tanto, aunque Nosotros ayamos otras veces confirmado y declarado el instituto, privilegios y Constituciones de la dicha Compañía y de nuestro propio motu estatuído y ordenado que los que, passados los dos años del noviciado huvieren hecho los tres votos, aunque simples, son verdadera y propiamente religiosos, mandando que ninguno ponga duda en ello, y con cláusula irritante y con otros decretos y fuerças, como se contiene más copiosamente en nuestras letras apostólicas que tratan desto; pero porque no han faltado algunos que con temeraria osadía, después desta nuestra declaración, decreto, mandato y entredicho, han querido impugnar y enflaquecer no solamente muchas de las cosas sobredichas y otras por ventura tocantes al instituto y manera de vivir de la Compañía, mas también desvergonçadamente han intentado impugnar desde la cátedra públicamente, con temerario atrevimiento, los sobredichos apostólicos decretos y mandatos e interpretar falsamente nuestra mente disputando y poniendo en duda las cosas sobredichas, queriéndolas medir con las reglas comunes, formas y estatutos de las otras religiones, ignorando del todo el instituto de la Compañía y sus particulares Constituciones y la fuerça de los votos simples della aprovados de la Silla Apostólica en la religión de la dicha Compañía por ella también aprovada; y queriendo con sus falsas interpretaciones pervertir algunas cosas que por derecho antiguo están establecidas y después con el suceso del tiempo con la autoridad desta Silla Apostólica y su aprovación y confirmación y particulares privilegios han sido corroboradas y establecidas »:

136. Y más abaxo: « Nosotros, queriendo proveer al provecho de la Iglesia universal, el qual experimentamos que crece con la conservación del instituto de la dicha Compañía, conservado inviolablemente en su firmeza y con la multiplicación de los hijos y religiosos della y esperamos que cada día crecerá más, y también teniendo cuenta con la indemnidad, paz y acrecentamiento de la misma Compañía, motu simili y de nuestra cierta ciencia y con la plenitud de la Apostólica potestad, aprovamos y confirmamos el loable instituto de la dicha Compañía y todas las cosas sobredichas a él tocantes y los privilegios arriba dichos y todos los demás de la dicha Compañía y las facultades, exempçiones, inmunidades, gracias e indultos que les han sido concedidos de los sobredichos predecesores nuestros y también de nosotros mismos por comunicación y participación y las constituciones y estatutos y decretos qualesquiera que sean; lo qual todo, como

75 137. *Ad haec dictam Societatem firmo Sedis huius praesidio
 communire volentes, hac nostra perpetua constitutione, motu,
 scientia et potestatis plenitudine similibus, statuimus atque de-
 cernimus tria vota huiusmodi, etsi simplicia, ex huius Sedis insti-
 tutione, ac nostra etiam declaratione et confirmatione, esse vere
 80 substantialia religionis vota, ac in dicta Societate tanquam in reli-
 gione approbata per Sedem eandem admissa fuisse et esse, ac per
 Nos admitti, nec in illis a quoquam praeter Nos et Sedem huius-
 modi dispensari, nec ea ullo alio modo quam per legitimam di-
 missionem a Societate cessare posse; et non modo eos qui in
 85 coadiutorum formatorum, sive spiritualium, sive temporalium gra-
 dus et ministeria, ut praefertur, admittuntur, sed et scholares
 ipsos ac supradictos alios omnes, et quoscumque qui in ipsam
 Societatem admissi biennio probationis a quolibet eorum peracto
 tria vota substantialia praedicta, tametsi simplicia emiserint, aut
 90 emittent in futurum, vere et proprie religiosos fuisse et esse ac
 fore, et ubique semper et ab omnibus censi et nominari debere,
 non secus atque ipsos tum Societatis, tum quorumvis aliorum
 regularium ordinum professos, suisque praepositis in omnibus et
 per omnia obedire, et huic Sedi immediate subiectos, et a quo-
 95 rumvis ordinariorum et delegatorum, seu aliorum iudicum iuris-
 dictione omnino exemptos, prout Nos etiam vigore praesentium
 eximimus; denique, ut omnium Societatis privilegiorum iuxta
 generalis praepositi dispositionem sunt participes, ita quoque ex-
 communicationis maioris latae sententiae, et aliis apostatarum
 0 poenis, si qui a Societate deficient subiacere, ac tanquam veros
 apostatas puniri posse, nec a quoquam, nisi per Nos et Sedem
 praedictam, aut generalem praepositum ab eisdem poenis absolvi,
 nec ante huiusmodi absolutionem et a Societate dimissionem ma-
 trimonium contrahere, quinimo eos omnes ad contrahendum in-
 5 habiles, ac contractus huiusmodi nullos et irritos esse, prout irri-
 tos facimus et annullamus. Et ut contradicentium audacia coër-
 ceatur, praemissas omnes et quasvis alias illis similes assertiones
 contra dictae Societatis institutum, vel quomodolibet in illius
 praeiudicium pronuntiatas aut scriptas, falsas omnino, et teme-
 10 rarias esse, et censi debere.*

si palabra por palabra fuese inserto en estas presentes letras teniendo por expreso y declarado con la autoridad Apostólica y tenor destas nuestras presentes letras, lo aprovamos y confirmamos, supliendo todos los defetos que por ventura han intervenido de hecho o de derecho en las dichas constituciones y estatutos. 25

137. Allende desto, queriendo Nosotros armar y defender la dicha Compañía con la firme armadura desta santa Silla, con esta nuestra perpetua constitución, con el mismo motu proprio y con la misma ciencia y plenitud de potestad estatuyémos y decretamos que los tres votos sobredichos, aunque sean simples, por la institución desta Silla Apostólica y desta nuestra declaración y confirmación son verdaderamente votos sustanciales de religión, y en la dicha Compañía, como en religión aprovada, aver sido y ser admitidos por la misma Silla Apostólica y por nosotros admitirse y que ninguno sino Nosotros o la dicha Silla puede dispensar en ellos, ni ellos pueden cessar ni perder su fuerza en ninguna manera, si no es por ser despedidos legítimamente de la Compañía los que los hizieren. Y demás desto aver sido y ser y que para adelante serán y en todo lugar y tiempo aver de ser tenidos y nombrados por verdaderos y propios religiosos, no solamente los que son admitidos a los grados y ministerios de coadjutores formados, espirituales o temporales, como está dicho, sino también los mismos estudiantes y todos los demás cualesquiera que sean, los cuales, recibidos en la Compañía acabados los dos años de provación, huvieren hecho los tres votos sustanciales sobredichos, aunque simples, o para adelante los hizieren; y que estos tales de la misma manera que los otros professos de la misma Compañía o de las otras cualesquier religiones, deven obedecer en todo y por todo a sus superiores y prepósitos, y que son inmediatos y sujetos a esta Silla y exemptos totalmente de la jurisdicción de cualesquier Ordinarios y delegados y otros cualesquier juezes, como Nosotros por vigor destas nuestras presentes letras los eximimos. Finalmente declaramos que, assí como son partícipes de todos los privilegios de la Compañía conforme a la disposición del prepósito general, assí también están sujetos a la excomunión mayor latae sententiae y a las penas en que incurren los apóstatas los tales que se salieren de la Compañía, y que pueden ser castigados como verdaderos apóstatas, y que no pueden ser absueltos de las dichas penas por ninguna persona si no es por Nosotros o por la Silla Apostólica sobredicha o por el prepósito general, y que antes de la tal absolución y de ser 30 35 40 45 50 55 60

138. *Praecipimus igitur in virtute sanctae obedientiae, ac sub poenis excommunicationis latae sententiae, nec non inhabilitatis ad quaevis officia et beneficia saecularia et quorumvis Ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrendis (quorum absolutionem Nobis et successoribus nostris reservamus), ne quis cuiuscunque status, gradus et praeminentiae existat, dictae Societatis Institutum, Constitutiones, vel etiam praesentes, aut quemvis earum, vel supradictorum omnium articulum, vel aliud quid supradicta concernens quovis disputandi, vel etiam veritatis indagandae quaesito colore directe vel indirecte impugnare, vel eis contradicere audeant, districtius inhibentes, ne quis sive extra, sive intra dictam Societatem, nisi de Generalis illius, aut inferiorum praepositorum licentia notationes, declarationes, glossas vel scholia ulla super praemissis facere, vel ea nisi quantum verba ipsa sonant interpretari, aut de eis disceptare, seu scrupulum cuiquam iniicere, vel in controversiam aut dubium revocare audeat quoquomodo; nec glossas, aut interpretationes sive impressas, seu scriptas ad id pertinentes legere, docere, aliisque tradere, vendere, vel apud se retinere praesumat; si quid vero dubii de eisdem oriri contigerit ad Sedem praedictam, vel ad generalem praepositum dictae Societatis, aut ad eos quibus id ipse commiserit, referatur; sicque in praemissis omnibus et singulis per quoscunque iudices et commissarios etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales in quavis causa et instantia, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et autoritate, iudicari et definiri debere; nec non irritum et inane quidquid secus super his a quoquam, quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari; mandantes universis et singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis et caeteris Ecclesiarum et locorum etiam Regularium praelatis per universum orbem constitutis, ut praesentes literas in suis quisque ecclesiis, provinciis, civitatibus, diocesisibus et iurisdictionibus ab omnibus inviolate observari; quin etiam praepositum ac personas*

despedidos de la Compañía no puedan casarse ni contraer ma- 65
 trimonio, antes Nosotros los hacemos inhábiles para contraer; y
 todos los contratos semejantes que se hizieren los anulamos e
 irritamos y declaramos ser nulos y írritos y sin fuerça. Y para
 refrenar la osadía de los contradizientes, todas las sobredichas
 proposiciones o otras qualesquiera semejantes a ellas contra el 70
 instituto de la dicha Compañía, dichas o escritas en qualquiera
 manera en perjuizio della declaramos ser totalmente falsas y te-
 merarias y aver de ser tenidas por tales.

138. Por tanto, en virtud de santa obediencia y so pena de 75
 excomuni3n latae sententiae y de ser tenidos por inhábiles e
 incapaces de qualquier officio o beneficio, seglar o reglar, de qual-
 quiera orden que sean (las quales penas ipso facto sin otra de-
 claraci3n se incurran y cuya absoluci3n reservamos para Noso-
 tros mismos y para nuestros sucessores), mandamos que ninguno, 80
 de qualquier estado, grado y preeminencia que sea, se atreva de
 impugnar o contradezir directe o indirecte al instituto y consti-
 tuciones de la dicha Compañía, ni estas letras presentes o qual-
 quiera de los artículos que en ellas se contienen, o qualquiera otra
 cosa concerniente a lo que hasta aquí se ha dicho, con ningún 85
 color de disputar o querer saber la verdad. Prohibiendo estre-
 chamente que ninguno de fuera ni de dentro de la dicha Com-
 pañía, si no fuere con licencia del general o de los otros inferior-
 es prep3sitos, escriba anotaciones, declaraciones, glossas, escolios
 acerca de las cosas arriba contenidas, ni se atrevan en ninguna 90
 manera de interpretarlas, sino llanamente como suenan las mis-
 mas palabras, ni disputar o mover escrúpulo a nadie ni poner
 duda en ello; ni presuma de leer ni de enseñar y dar a otros,
 vender o tener en su poder las glosas o interpretaciones, agora
 sean impressas agora escritas a mano que tocaren a esto, porque 95
 nuestra voluntad es que si se ofreciere alguna duda sobre estas
 cosas, sea consultada esta santa Silla o el prep3sito general de la
 dicha Compañía, o las personas a quien él lo cometi-ere. Y assí
 queremos que todos los juezes y comissarios, aunque sean audi-
 tores de las causas del palacio Apost3lico y cardenales de la 0
 Santa Yglesia de Roma juzguen y determinen todas y quales-
 quiera de las cosas sobredichas en qualquier causa e instancia, y
 les quitamos la facultad y autoridad de juzgarlas e interpretarlas
 diferentemente de lo que Nosotros lo hacemos. Y si acaso alguno,
 a sabiendas o por inorancia, tentasse algo sobre estas cosas, lo 5
 declaramos por inválido y sin ninguna fuerça. Por lo qual por
 estas letras apost3licas mandamos a todos y a cada uno de los

*Societatis huiusmodi defendant, eosque præmissis omnibus et
 45 singulis pacifice frui faciant et gaudere; non permittentes ipsos
 per quoscunque quomodolibet molestari; contradictores per cen-
 suras ecclesiasticas et alia Iuris et facti remedia opportuna, appel-
 latione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus
 fuerit auxilio brachii saecularis.*

50 139. *Non obstantibus recol. mem. Bonifatii Papae VIII quae
 incipit QUOD VOTUM, et aliis Apostolicis constitutionibus, ac etiam
 aliorum ordinum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
 firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis
 55 quoque, indultis et literis Apostolicis quibuscunque huiusmodi
 ordinibus, universitatibus, locis vel personis per quoscunque Ro-
 manos pontifices, praedecessores nostros, ac Nos, et Sedem præ-
 dictam etiam motu proprio et ex certa scientia, ac de Apostolicae
 potestatis plenitudine, et cum quibusvis irritativis, annullativis,
 cassativis, revocativis, modificativis, praeservativis, exceptivis, de-
 60 clarativis, mentis attestativis, ac derogatoriis derogatoriis aliis-
 que efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque et aliis de-
 cretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam pluries
 concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis
 65 etiamsi in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non
 nisi sub certis modo et forma in illis expressis derogari possit,
 vel pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis
 tenoribus specialis, specifica et expressa mentio habenda, seu ali-
 qua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores huius-
 modi praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in
 70 suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse
 derogamus, contrariis quibuscunque; aut si aliquibus communiter
 vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi,
 vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non fa-
 cientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto
 75 huiusmodi mentionem.*

patriarcas, arzobispos, obispos y a los demás perlados de las yglesias y lugares, aunque sean de reglares, que están por todo el mundo, que las hagan guardar inviolablemente de todos, cada uno en sus yglesias, provincias, ciudades, diócesis y lugares de su jurisdicción, y que defiendan al prepósito y personas de la dicha Compañía para que gozen pacíficamente de todo lo que en ellas se contiene, y no permitan que ellos sean molestados por ninguna persona y que a los contrarios los refrenen con censuras eclesiásticas y con otros oportunos remedios del derecho o del hecho, sin que les valga apelación, e invoquen también para este efeto (si fuere necessario) el auxilio del braço seglar. 10 15

 60 *munus suscepit. Quod quidem neque novum, neque religione indignum, neque vile abiectumve dici debet, sed perantiquum, et in sanctissimis sacrorum ordinum institutis usitatum, et laudabile in primis atque honorificum. Nam ipso nascentis Ecclesiae exordio, eximii atque excellentes vita et doctrina viri delige-*
 65 *bantur, ut catechesim et fidei nostrae rudimenta populis traderent; et Alexandriae (autore Eusebio Caesariensi)³³ schola ea de causa instituta est, cui praefuerunt Pantenus, praeclarus philosophus, et Clemens Alexandrinus vir eruditissimus Origenis praeceptor, et ipsemet Origenes Clementi successit, et socium*
 70 *sibi ad eam rem ascivit Erachlaeum, virum sapientissimum. Et Protogenes vir sanctitate et miraculis clarissimus, ludum aperuit scribendi, puerosque, hac quasi esca, ad Christi cognitionem at-*

³¹ Dan. 12, 13.

³² In marg.: « Concil. Trident. sess. 23, c. 16 ».

que se celebró en Constantinopla) se manda que los clérigos tengan escuelas, y que reciban y enseñen en ellas los hijos de los fieles con gran caridad, y que no les pidan ni tomen nada dellos, más de lo que los padres de su voluntad y mera gracia les dieren, acordándose que dize Daniel que los que enseñaren a muchos en la justicia resplandecerán como estrellas para siempre ³¹.

158. Por esta misma causa se manda en el sagrado concilio de Trento que en las yglesias catredales se instituyan seminarios ³², para criar en ellos desde su tierna edad los que han de ser clérigos, curas y pastores, y se determinan muy particularmente las calidades que han de tener y lo que han de aprender y cómo se han de regir y enseñar en temor de Dios y en buena doctrina los que en ellos se recibieren. Para este mismo fin tienen todas las religiones sus noviciados y casas de provación, porque el que no fuere buen novicio comúnmente no será buen professo, ni buen clérigo el que desde su mocedad no se ensayare para ello, ni buen ciudadano ni buen gobernador de la república el que desde niño no se criare en amor y reverencia de nuestro Señor. Y para enseñarle y traerle con este cevo a la virtud enseña letras la Compañía y abre escuelas y funda colegios.

159. Y no es cosa baxa ésta, sino muy honrosa, y que siempre fue muy estimada en la Yglesia de Dios, ni es cosa nueva, sino muy antigua, ni es cosa agena de hombres religiosos, sino muy usada en religiones. Porque en los principios de la Yglesia se escogían los hombres más eminentes en santidad y letras por catechistas y maestros de la doctrina christiana, los cuales enseñavan los principios y rudimentos de nuestra santa fe. Y en Alexandría (como dize Eusebio) ³³ se instituyó escuela para esto, en la qual enseñaron Panteno, excelentísimo filósofo, y Clemente Alexandrino, sapientísimo varón y maestro de Orígenes, y el mismo Orígenes le sucedió y tomó por compañero a Eracla, hombre muy docto. Protógenes, varón admirable y santísimo, y obrador de grandes maravillas y milagros, tuvo escuela y enseñó a los niños a escribir, y con esta ocasión los convirtió a nuestra santa fe y plantó en ellos la virtud y el conocimiento

³³ In marg.: « Euse. hist. Ecclesias. lib. 5, cap. 10 et 11, et lib. 6, cap. 13 ». PG, 20, 454-455; 546-547.

que amorem pellexit, ut autor est Theodoretus³⁴, semperque hoc
etiam grammaticam docendi munus in laudatissimis Ecclesiae Dei
75 officiis habitum est.

160. Quod ut perspicuum magis fiat, referam quod D. Basilius, monachorum in Oriente lux, institutor et pater de hac re tradit³⁵. Is igitur, quaerit, numquid conveniat ut inter fratres magister sit puerorum saecularium? Cui quaestioni ita respondet. Cum Apostolus dixerit: « patres nolite ad iracundiam
80 provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini »^{36a} si qui eos adducunt, hac mente adducunt, et qui suscipiunt tales sunt qui plenissime confidant posse se qui sibi adducantur in disciplina et correptione Domini educare;
85 servetur quod praeceptum est a Domino, qui dixit: « Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum coelorum »³⁷. Remoto autem huiusmodi proposito ac spe, hoc neque Deo gratum, neque ex decoro aut utilitate nostra esse existimo. Haec ille.

161. Atque hoc quod divus scribit Basilius, usu postea receptum est. Nam, et in ecclesiis et caenobiis gymnasia literaria
90 habentur, ut ex sextae synodi universalis canonibus qui (ut diximus) circumferuntur, manifestum est, quo facultas datur laicis ad scholas in templis monasteriisque constitutas ventitandi³⁸. Et idem ipse Basilius, non solum pueros, sed puellas etiam admit-
95 tendas et separatim instituendas docet, et ritu caerae earum animos confestim ab ipso initio, omni rerum bonarum fingi exercitatione³⁹. Quod praeclarum inventum imitatus est D. Benedictus, monachorum et ipse in Occidente parens, qui pueros in caenobiis educabat informabatque ad pietatem (in eum ferme modum quo
0 Societas nostra quibusdam in collegiis separatim nunc facit). Sic Placidum et Maurum puerulos a Benedicto receptos legimus, et in omni genere virtutum excultos atque perfectos⁴⁰. Quae consuetudo diu postea tenuit. Nam D. Gregorius, anglos pueros ma-

³⁴ In marg.: « Theo. lib. 4, cap. 16 ».

³⁵ *Martyrologium Romanum ad novam Kalendarii rationem... Gregorii XIII p. m. iussu editum... auctore Caesare Baronio* (variae editiones). Ad diem 13 augusti.

³⁶ In marg.: « Basil. in reg. brevius disput. q. 292 ». PG, 31, 287.

^{36a} Eph. 6, 4.

de nuestro Señor, como lo cuenta Teodoro ³⁴ y de san Casiano mártir escriven que fue obispo de Brixanón, y que siendo echado ⁷⁰ de su Yglesia, yendo a Roma paró en Imola, ciudad de Italia, y se hizo maestro de niños, de los quales, por mandado del juez fue martirizado, como lo notó César Baronio en las anotaciones sobre el Martirologio romano, a los treze de agosto ³⁵. Y siempre se ha tenido por oficio eclesiástico el enseñar, aunque ⁷⁵ sea gramática a los niños.

160. Y para que mejor esto se entienda, diré lo que san Basilio (que fue luz, padre y legislador de todas las ordenes monásticas en Oriente) acerca deste punto enseña ³⁶. Pregunta, pues, este santíssimo varón, si conviene que los monges sean ⁸⁰ maestros de los mochachos seglares? y responde que sí, quando los padres los traen para que se aprovechen en la virtud, y los maestros son tales que tienen esperanza de poderlos aprovechar. Y confírmalo con aquellas palabras del Salvador: « Dexad venir los chiquitos a mí, porque de los tales es el reyno de los cielos » ³⁷. ⁸⁵ Y añade que si no ay este intento y esperanza de aprovechar, no es agradable a nuestro Señor este exercicio, ni decente ni provechoso para el monge.

161. Y assí se usava y se tenían escuelas en las yglesias y en los monesterios, como claramente se lee en la sexta sínodo ⁹⁰ universal que se celebró en Constantinopla, canon 4, donde se da licencia a los seglares para venir a las escuelas que estaban en las yglesias y monesterios ³⁸. Y el mismo san Basilio enseña cómo se han de recibir en los monesterios los niños y criarlos aparte ³⁹. Lo qual parece que siguió el bienaventurado san Be- ⁹⁵ nito (que fue también patriarca de los monges en Occidente), pues recevía y criava los niños en sus monesterios, no para monges, que aún no tenían edad, sino para instituirlos en la virtud, a la manera que la Compañía lo haze aora en algunos convictorios, por la necesidad que ay dello. Y assí recibió san ⁰ Benito a Mauro y a Plácido, siendo niños, para criarlos, aunque ellos después siguieron su regla y fueron santos ⁴⁰. Y parece que esto se guardó después muchos años, pues leemos en la

69-74 Y de san Casiano — de agosto om. AC

³⁷ Mc. 10, 14.

³⁸ In marg.: « Sext. syn. c. 4 ». Concil. Constantinopolit. III (680-681).

³⁹ In marg.: « Basil. in reg. lat. disp. q. 15 ». PG, 31, 951.

⁴⁰ In marg.: « Vita S. Benedicti ».

gna diligentia conquiri iubebat, et in sui ordinis caenobiis ali
 5 atque educari ⁴¹. Et D. Thomas Aquinas longo post tempore, in
 Casinensi monasterio a puero institutus est ⁴². Neque vero pueros
 fingeant monachi Sancti Benedicti ad omnem tantummodo vir-
 tutis laudem, sed etiam disciplinis et omni scientiarum genere
 instruebant. Nam et in Germania, et in Gallia, et in Anglia, ma-
 10 gna cum laude docuerunt, autore et principe huius instituti ve-
 nerabili Beda, qui ante annos 800 in Anglia docuit, et scholae
 praefuit; in cuius locum postea successit Albinus, Caroli Magni
 praeceptor ⁴³, et in locum Albini Rabanus, abbas fuldensis, qui
 postea etiam archiepiscopus fuit maguntinus ⁴⁴. Et monachi Sancti
 15 Benedicti collegia (quemadmodum nunc nos habemus) habue-
 runt, in quibus docebant, scilicet, quae nunc nos docemus, ut
 videre est apud Ioannem Tritemium monachum et abbatem eius-
 dem ordinis, qui rem totam diligentissime persequitur ⁴⁵. Atque
 ea re tantopere floruit ordo D. Benedicti, et sanctissimis doctis-
 20 simisque viris abundavit, quorum doctrina universam Ecclesiam
 illustravit, inflammavit vita.

162. F. Ioannes Verceilensis, qui ordinis Dominicani sextus
 fuit magister generalis ⁴⁶, in conventu quodam totius ordinis stu-
 tuit ut religiosi fratres ex sua familia ubique designarent, qui
 25 pueros instituerent, ac docerent, confessiones eorum audirent,
 quod etiam in conventu generali anno 1251 Mettis habito ante
 decretum fuerat, atque librum et statuta quaedam ordo ille sanc-
 tissimus conscripsit, ad eam rem pertinentia, ex qua mirificus
 percipiebatur fructus, ei omnino similis quem nunc in Societate
 30 videmus ⁴⁷. Ticini etiam publicum gymnasium in conventu S. Au-
 gustini collocatum est, a cuius ordinis viris disciplinae omnes
 tradebantur, ut quidam eiusdem ordinis monachus scriptum re-
 liquit. Et in Belgio usque adhuc nonnullos sacrorum hominum
 conventus videmus, in quibus viget scholarum puerilium di-
 35 sciplina.

163. Quae cum ita sint, quis rem antiquissimam novam exi-
 stimabit? aut a religionis usu discrepantem, quam ii viri qui
 religiones vobis pepererunt suo exemplo confirmarunt? An feli-

⁴¹ In marg.: « Ioannes Diac. lib. 2, n. 46 ». PL, 75, 107.

⁴² In marg.: « In vita S. Thomae ».

⁴³ In marg.: « Albino ». Albinus (Albuin, germanice Witta), a. 741
 consecratus episc. Buraburgensis, mortuus post a. 760.

⁴⁴ In marg.: « Rabano ». Hrabanus Maurus OSB (780-856) « primus
 praeceptor Germaniae » vocatus, archiep. Moguntinus (847-856).

⁴⁵ In marg.: « Tritem ». In Chron. Hirsaug. monast. anno D. 854 et

vida de san Gregorio papa ⁴¹ que hazía buscar y comprar los
 mochachos ingleses hasta la edad de dezisiete o deziocho años, ⁵
 y los mandava criar en sus monesterios. Y santo Tomás de
 Aquino, siendo niño, se crió en el Monte Casino, que es mones-
 terio de san Benito y cabeça de su orden ⁴². En la qual ense-
 ñavan los monges en Alemania, Francia e Inglaterra, donde el
 venerable Beda fue escolástico y començó a enseñar más ha de ¹⁰
 ochocientos años, y después le sucedió Albino, maestro de Carlo
 Magno ⁴³, y a Albino Rabano, abad de Fulda y después arçobis-
 po de Maguncia ⁴⁴. Y tenían los monges colegios, como los
 ay aora en la Compañía, en los quales se enseñava lo que noso-
 tros aora enseñamos, en unos más y en otros menos, como todo ¹⁵
 esto lo escribe Tritemio, abad y monge de la misma orden de
 san Benito ⁴⁵. Y con esto tuvieron hombres muy doctos en su
 religión, y ella creció y floreció admirablemente por este ca-
 mino, y hizo tanto fruto en la Yglesia, como se sabe, con su
 santidad y dotrina. ²⁰

162. Fray Juan de Vercelis, sexto general de Santo Do-
 mingo ⁴⁶, estableció en un capítulo general que en todas partes
 se diputassen frayles, para enseñar y predicar a los niños de
 las escuelas y de los estudios y para que los confessassen, y
 esto mismo estava mandado antes en el capítulo de Metz el ²⁵
 año de 1251, y hizo la orden libro para esto y seguía se mucho
 fruto, como aora se sigue en la Compañía, y assí lo dize en la
 corónica de su orden el padre fray Hernando del Castillo ⁴⁷.
 Y en Pavía se fundó y estuvo gran tiempo la universidad y
 estudio general en el monesterio de san Agustín, como lo dize ³⁰
 un frayle de su orden, y oy en día algunas religiones tienen
 escuela de gramática en Flandes.

163. Pues, siendo esto assí, ¿cómo se puede tener con razón
 por cosa nueva la que está fundada en tan grande antigüedad,
 o por agena de religión la que los fundadores de las religiones ³⁵

890 et 952 et alibi ». Trithemius, Ioannes, OSB (1462-1516) scripsit *Annales Hirsaugienses*.

⁴⁶ P. Ioannes de Vercelli fuit Magister generalis Ordinis Praedicatorum annis 1264-1283.

⁴⁷ In marg.: « Lib. 2, cap. 70 ». HERNANDO DEL CASTILLO, *Historia general de Santo Domingo y de su Orden de Predicadores*. Vide sup. 1. II, c. XVIII.

ciora forte sunt nostra tempore, quam in quibus illi vixerunt?
 40 *An hoc pueros docendi munus minus est nunc necessarium, quam olim fuit? Nihil minus. An coniunctius fortasse ac congruentius professioni monachi est, qui plangentis habet officium non docentis, quam eius Societatis instituto, quam Deus calamitosis-*
simis hisce temporibus labenti Ecclesiae suae auxilio misit, et
 45 *ad hoc opus mirabiliter vocavit?*

164. *Itaque videmus, cum ex reliquis Societatis ministeriis multa et magna in Dei Ecclesiam emolumenta redundare, tum ex scholarum nostrarum usu, plurima et maxima. Nam, ut omit-*
 50 *tam discipulorum nostrorum in literis progressus haud sane poenitendos, et de eo tantum loquar quod omnium est maximum, hac certe docendi ratione in octo provinciis, quas in regnis hae-*
resi contaminatis Societas nostra habet, Francicas nimirum duas, Aquitanicam, Belgicam, Rhenanam, Svecicam, Austriacam, Polo-
 55 *nicam, incredibiles commoditates et fructus est consecuta. Si quidem, eorum qui in catholica adhuc fide perseverant filii, lacte verae apostolicaeque doctrinae a nostris nutriti, et ipsi veritatem fidei retinuerunt, et parentes suos ne ab ea discederent, suo exem-*
plo et ingenito amore confirmarunt, et innumerabiles haereticorum filii, hac eadem ratione, et per filios parentes ab errore
 60 *revocati sunt. In aliis vero provinciis integris atque synceris, magna in primis puerilium emendatio morum consecuta est. Sunt enim pueri quam antea domi tractabiliores, parentibus obsequen-*
tes magis, modesti erga aequales, erga maiores natu reverentes, Dei cognitione imbuti, timore solliciti, amore incensi. Civitas fuit,
 65 *quae cum pueros haberet intractabiles ac contumaces, ad illorum fraenandam audaciam et licentiam coërcendam, multis rebus frustra tentatis, Societatis demum collegium instituit, idque felici*
successu. Nam blandam nostrorum magistrorum pueri sequentes manum, et christianae disciplinae praeceptis instructi, magna
 70 *cives suos admiratione affecerunt, et praeclaro exemplo docuerunt quantum valeat a teneris unguiculis ad virtutem Deique timorem consuescere. Sed alium etiam fructum Dei Ecclesia ex nostris collegiis percepit; habet enim multos, bonos, doctos, graves ministros, in nostris scholis educatos, atque ab ineunte aetate*

(que fueron luz de oriente y de poniente) establecieron y usaron? ¿Fueron por ventura aquellos tiempos más calamitosos y miserables que los nuestros? ¿o hubo en ellos mayor necesidad deste exercicio que aora, que se abrasa el mundo? Cierto no, ni tampoco se puede dezir que dize mejor con la soledad y contemplación que professavan los monges el tener escuelas y criar niños, que con el instituto desta Compañía, la qual embió Dios a su Yglesia para que la sirviesse y se exercitasse en todos los ministerios de caridad, y entre ellos en el enseñar a los niños. Concluyamos, pues, que no es cosa agena del religioso el enseñar, aunque sean cosas menudas, y menos lo es de la Compañía, pues Dios nuestro Señor la ha llamado en tiempo tan necesitado para este y otros exercicios de servicio suyo y bien de su Yglesia.

164. A la qual, aunque con los otros ministerios ha hecho provecho, pero el que se ha seguido de las escuelas mayores y menores ha sido muy notable y muy estendido. Pues, dexando aparte el fruto y aprovechamiento de las letras, que cierto ha sido y es admirable, y hablando de lo que importa más, por este camino, en ocho provincias que tiene la Compañía en los reynos inficionados de heregía (que son las tres de Francia y las de Flandes, Rheno, Suevia, Austria y Polonia), los hijos de los que todavía perseveran en nuestra santa fe se han criado con la leche de la doctrina católica, y por ellos sus padres se han conservado y se han confirmado en ella. E innumerables hijos de los hereges, y sus padres con ellos y por ellos, se han desengañado y, despedidas las tinieblas de sus errores, han recibido la lumbre de la verdad. Y en las otras provincias que tenemos en Europa limpias de heregías, vemos la reformation que ha avido en las costumbres por estos colegios. El sossiego de los muchachos que primero eran traviessos y rebeldes. La quietud con que viven en sus casas. La obediencia para con sus padres. La modestia para con sus iguales. El respeto y la reverencia para con sus mayores. El conocimiento y temor que tienen de Dios. Ciudad ha avido que, después que tomó muchos medios para sossegar y refrenar sus muchachos, que eran muy traviessos e inquietos, salidos todos ellos vanos, se determinó de fundar un colegio de la Compañía, pareciéndole que éste sería medio eficaz y poderoso, y assí lo fue, por la gracia de Dios nuestro Señor. También se ha seguido otro fruto para la Yglesia, proveyéndola de muy buenos clérigos y de muy buenos ministros, y que desde su primera edad se inclinaron y aficionaron a las cosas de Dios. Y no menor ha sido el que han rece-

- 75 *ecclesiasticis officiis instructos, et ad omnem propensos pietatem. Et ipsi sacrarum religionum conventus utilitates maximas ex nostris scholis caeperunt. Ex quibus permulti discipuli nostri, carnis abdicatis illecebris, mundique omni vanitate reiecta, ad sanctissimas religiones quasi in portum confugerunt, tanto evangelicæ perfectionis desiderio atque amore inflammati, sic in orandi*
- 80 *suique vincendi studio exercitati, ut novitiorum magistri, ad illos sua sponte incitatos atque currentes confirmandos, fraeno potius, quam calcaribus indigeant. Neque tamen adhuc perspicitur quam late pateant harum scholarum fructus, efferent se aliquando, et*
- 85 *per omnes partes brevi se latius fundent, ac tunc demum intelligent homines quid boni iis in scholis lateat, cum haec semina adoleverint, et sanctissimos episcopos Ecclesiae Dei, optimos atque sapientissimos gubernatores christianae reipublicae suppeditabunt.*
- 90 165. *Dicat aliquis, unde iste tantus et tam eximius ex scholis vestrae Societatis fructus? Nonne aliis etiam in scholis, praeceptores sunt modesti, probi, eruditi, vigilantes et strenue suo fungentes munere? Sunt sane permulti, non inficior, sed tamen egregii huius atque uberioris fructus, quem scholae Societatis prae*
- 95 *caeteris afferunt, multae sunt causae*⁴⁸. *Quarum prima est ac praecipua, Dei voluntas, quae ut Societatem ad hoc opus elegit, ita gratia sua illam prosequitur, ut munus quod eius inductu suscepit, laudabiliter expleat. Deinde etiam alia sunt, quae huc conducunt. Nam ut discipuli in virtute proficiant, ea adhibentur*
- 0 *a nostris, quibus virtus ipsa generatur, conservatur, augetur. Ea sunt: matutina oratio, ad petendum a Deo gratiam ne in peccatum labare; oratio etiam vespertina, diligensque commemoratio eorum quae eo die cogitaveris, dixeris, feceris, ut culpas quas admiseris, dolore ac fletu diluas; quotidiana, attenta ac*
- 5 *devota Missae auditio; frequens atque humilis peccatorum confessio apud sacerdotem; et si per aetatem liceat et magna suadeat devotio et confessarii etiam consilium accedat, reverens Domini nostri Iesu Christi corporis et pia susceptio; rudimentorum christianae fidei traditio atque explicatio, quibus ad bene beateque*
- 10 *vivendum pueri animentur atque accendantur. Magna praeterea cura adhibetur, cum omnibus puerorum vitiis investigandis, cognoscendis, emendandis, tum vero iis praecipue quae illi aetati*

⁴⁸ Recenset hoc loco Rib. nonnullas normas ex iis quae in Societatis collegiis servabantur. Cum Rib. scribebat, in vigore erat Ratio studiorum inferiorum Borgiana anni 1565, anno 1569 ad omnes Societatis provincias missa, quae per plus quam triginta annos Societatis collegia direxit. Edita

bido muchas religiones, en las quales ha entrado gran número de religiosos que han estudiado en los colegios de la Compañía, los quales van instruídos y exercitados en la oración y mortificación y conocimiento del estado que toman, y assí tienen que trabajar poco con ellos sus maestros de novicios, y dan muy buen exemplo de sí. Y aún no se puede ver por entero el fruto que para adelante se ha de seguir, hasta que sea tiempo que crezcan las nuevas plantas y den el fruto de santos preladados y buenos gobernadores de la república.

165. Preguntará por ventura alguno qué es la causa que en los colegios de la Compañía se haze este fruto tan grande, que avemos dicho, y más aventajado que en los otros colegios y escuelas de los seglares, pues ay también entre ellos muchos virtuosos, doctos, cuydadosos y diligentes en su oficio. A esto respondo que la causa principal es la asistencia y favor de Dios, por quien la Compañía lo haze, y después los buenos medios que para ello se toman^{as}. Porque, para que crezcan los discípulos en la virtud, se usa de los medios con que la misma virtud se engendra, acrecienta y conserva. Estos son, procurar que se muestren los niños a hazer oración por la mañana para pedir a Dios gracia de no ofenderle, y por la noche para examinar la propia conciencia y pedir perdón de las culpas en que huviessen caído aquel día; que oigan missa cada día con atención y devoción; que se confessen a menudo y comulguen, si tienen edad y disposición para ello, más o menos según su devoción y el parecer de su confessor. El enseñarles la doctrina christiana y hazerles pláticas sobre ella, declarándoles los misterios de nuestra santa fe y moviéndolos y exortándolos a todo lo bueno. El tener gran cuenta con saber los siniestros que tienen, y amonestarlos y castigar los vicios y travessuras que hazen, y más las que son propias y casi connaturales a aquella edad, poniendo para esto sus síndicos y decuriones que tengan

in *Monumenta Paedagogica*, n. 29, pp. 280-312. De ea v. LUKÁCS, *De prima Societatis Ratione studiorum Sancto Francisco Borgia praeposito generali constituta*, in *AHSI*, 27 (1958) 209-232.

insita et ingenua quodammodo sunt. Ad quae evellenda atque
 extirpanda, syndici, quasi communis boni defensores ac patrom
 15 creantur, decurionesque curiosi, pueris in decurias distributis,
 praeficiuntur, qui mores singulorum diligenter observent, et si
 quid perperam a quoquam dictum factumve sit, deferant ad prae-
 ceptores. Adde honoris gradus, quibus qui virtute modestiaque
 magis excellunt, caeteris anteferuntur, et tanquam in medio po-
 20 nuntur in exemplum. Sodalitates praeterea constituuntur, in quas
 admittitur atque cooptatur nemo nisi studiosus atque probatus,
 idque magno delectu⁴⁹. Iis autem cum congregantur, virtutum
 omnium proponuntur exempla, mutuoque se iuvant, et ad omnem
 probitatis laudem impellunt. Suntque sua singulis distributa mu-
 25 nia, onera, officia, quibus obeundis implicantur, et in hac exer-
 citatione, tanquam in umbra meditantur quodammodo ea quae,
 aetate iam confirmata, postea in republica praestaturi sunt.

166. Illud praeterea cavetur diligentissime, ne quem librum
 discipuli legant, quantumvis eruditum atque elegantem, qui illi-
 30 batam puerorum castitatem atque animorum integritatem possit
 corrumpere. Ex lectione enim laevium et turpium amorum tur-
 pificatus animus, earum rerum quas legit sensim affectu tingitur,
 et libidine tandem incensus, ea incipit appetere, quae antea ne-
 sciebat. Quamobrem sanctissimi quique atque gravissimi viri, li-
 35 bellos omnes de amoribus, de levitate atque corruptione morum,
 tanquam inimicos virtuti, et perniciem pestemque adolescentiae
 detestantur, et a rebus publicis bene constitutis arcent, eorumque
 usu pueris interdicunt. Serpit enim venenum contagione, et blan-
 de epotum vi sua enecat hominem. Quod cum Societas nostra
 40 animadverteret, videretque nonnullorum autorum libros, ad fin-
 gendam poliendamque linguam propter summam elegantiam esse
 aptissimos, propter lasciviam autem cum elegantia coniunctam
 moribus esse perniciosos, dedit operam fecitque prudentissime, ut
 libros illos castigaret, et amputatis iis quae moribus perniciose
 45 videbantur, ea retineret quae linguam acuere atque excolere pos-
 sent⁵⁰. Hisce igitur rationibus, maxime vero, optimo vitae exem-
 plo, quod praeceptores nostri tanquam Deo penitus dicati ho-
 mines, ipsis praebere student, puerorum finguntur animi, et ad
 sanctissimam disciplinam conformantur. Et haec quidem ad mo-
 50 res formandos.

⁴⁹ Significat Congregationes marianas, quarum prima instituta est anno
 1563 in Collegio Romano a patre Ioanne Leunis. VILLARET, *Les premières*
origines des congrégations mariales dans la Compagnie de Jésus, in AHSI,

particular cuenta con los de su decuria. El honrar y adelantar 15
 más a los que se esmeran más en la virtud, poniéndolos por
 exemplo y dechado de los otros, haziendo para ello congrega-
 ciones y cofradías, en las quales no se reciben sino los más vir-
 tuosos, y esto con mucho examen, y en ellas se trate de todo
 recogimiento y se animen los unos a los otros con el exemplo 20
 a todas las cosas de virtud⁴⁹. Y con los oficios y cargos que se
 les dan, y con las leyes y reglas que se les ponen, se ensayan
 para lo que después han de hazer, y comiençan desde luego a
 ser como hombres de república.

166. El no leer libro ninguno, por elegante y docto que sea, 25
 que trate de amores deshonestos ni de liviandades, ni que tenga
 cosa que pueda inficionar la puridad de los niños, ni quitarles
 la flor y hermosura de sus limpias ánimas. Que de leerse estos
 libros se engendran en los ánimos tiernos y blandos vanas y tor-
 pes aficiones, y heridos dellas vienen a dessear y buscar lo que 30
 antes no sabían. Y por esto, todos los santos aborrecen tanto
 la lección de semejantes libros, como dañosos y pestilentes y
 destruidores de toda virtud. Y la Compañía, viendo que ay al-
 gunos dellos buenos para aprender la lengua latina, y malos
 para las costumbres, los ha limpiado, corregido y reformado, 35
 cortando lo malo dellos para que no dañen, y dexando lo que
 sin peligro y sospecha puede aprovechar⁵⁰. Con estos medios y
 con el buen exemplo que dan los maestros, que por ser religiosos
 están más obligados a ello, se sigue tanto fruto en las costumbres.

6 (1937) 25-27; WICKI, *Le Père Jean Leunis S. I. (1532-1584), fondateur des Congrégations mariales*.

⁵⁰ De hac re vide *Constitutiones S. I.*, p. IV, cap. XIV. Vide etiam FN III 229, annot. 36 et locos ibi allatos.

167. *Ad eruditionem vero augendam, non desunt alia etiam adiumenta doctrinae. Ex quo plus nostris in scholis videmus brevi tempore pueros proficere maioresque in literis progressus facere, quam longo tempore in aliis, idque accidere, tum propter*
 55 *modum quo utuntur, tum propter magistrorum assiduitatem ac vigilantiam. Nam alibi, unus ferme magister multos ordines ducit, et discipulis infimis, mediocribus, summis suam operam simul impendit, quibus singulis satisfacere vix potest. At vero in Societate distinctos habemus discipulos, et in suas classes ordi-*
 60 *nesque divisos, singulisque classibus singuli praeceptores praeficiuntur. Nam tametsi non omnia collegia sint aequalia, sed in nonnullis plures, in aliis pauciores sunt praeceptores; in quibusdam maiores scientiae traduntur, in aliis minores tantum; in aliis omnes disciplinae, in nonnullis aliquae explicantur, pro*
 65 *cuiusque collegii institutione et copia (ut dictum est), tamen omnia ferme collegia tres minimum habent grammatices praeceptores ad erudiendam iuventutem, alia etiam quinque, alia vero plures*⁵¹. *Et quoniam haec cura laboriosa pro Christi tantum amore suscipitur, in illumque omnia nostrorum studia in insti-*
 70 *tuendis pueris laboresque referuntur, multa excogitantur, multaeque exercitationes adhibentur, ad illorum animos magis etiam excitandos, disputationes videlicet assiduae, contentiones ingeniorum variae, premia iis proposita qui caeteris praestant et ingenii atque industriae laude antecellunt. Hae enim praerogativae*
 75 *et virtutis quasi testimonia magnopere commovent scholasticorum animos, et vel dormientes excitant, vel excitatos et sua sponte currentes incitant magis atque impellunt.*

168. *Nam ut paena et ignominia, quasi fraeno quodam, a malo coërcent; ita honos lausque ad decus virtutis et gloriam*
 80 *mirabiliter accendunt. Verissimeque ait Cicero: « Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria, iacentque ea semper quae apud quosque improbantur »*^{51a}. *Et poëta quidam: « laudataque virtus crescit, et immensum gloria calcar habet »*⁵². *Et Quintilianus noster, exercitatissimus ac peritissimus pueros eru-*
 85 *diendi magister, magnam vim ad acuendum alendumque iuventutem haec honoraria (ut ita dicamus) praemia habere docet*^{52a}. *Pueri enim non ratione (quae illi aetati infirma adhuc est atque imbecilla) sed affectibus plerunque feruntur. Et ambitio ipsa atque immoderatus honoris appetitus, quamvis in vitio sit, in vir-*

⁵¹ De numero magistrorum v. *Constitutiones*, p. IV, c. XIII, B [457]; Ratio studiorum, *Monumenta Paedagogica*, 280.

^{51a} 1 Tusc. 2, 4.

167. Y no es menor el de las letras, y assí se vee que ver- 40
 daderamente se aprende y aprovecha más en estos colegios en
 breve tiempo que en otros en mucho, y esto por la manera y
 cuidado que se tiene de enseñar. Porque en otras escuelas un
 mismo maestro tiene diferentes órdenes de discípulos, menores, 45
 medianos y mayores, y queriendo acudir a todos, no puede bien
 cumplir con lo que cada orden por sí ha menester. Mas la Com-
 pañia tiene los discípulos distintos y apartados en sus classes,
 y para cada una dellas su particular y señalado maestro. Pues,
 aunque es verdad que en algunos colegios ay más maestros que
 en otros, y que en unos se leen las ciencias mayores y en otros 50
 no, y en algunos todas y en otros algunas, conforme a la possi-
 bilidad de cada colegio (como queda dicho) pero comúnmente ay
 tres maestros de gramática, por lo menos, y otro como de so-
 corro, para suplir quando alguno dellos faltasse, o relevarle
 quando estuviessen cansado, y en otros se ponen cinco, y en otros 55
 más⁵¹. Y porque lo que se haze se haze por puro amor de Dios,
 y dél se espera el galardón, se buscan con toda diligencia varios
 modos de despertar y animar los estudiantes al estudio, y se
 usan nuevos ejercicios de letras y nuevas maneras de confe-
 rencias y disputas y de premios, que se dan a sus tiempos a 60
 los que se aventajan y hazen raya entre los demás. Los quales,
 y el puntillo de la honra, y la competencia que se pone entre
 los iguales, y la preeminencia de los assientos y títulos que les
 dan quando los merecen, son grande espuela y motivo para in-
 citar e inflamar a los estudiantes, y hazerles correr en la carrera 65
 de la virtud.

168. Porque, assí como la pena y afrenta son freno para
 detener al hombre en el mal, assí la honra y el premio dan
 grandes alientos para qualquiera obra virtuosa. Y no sin razón 70
 dixo el otro que la virtud alabada crece y la gloria es espuela
 que haze aguijar⁵². Y Quintiliano enseña de cuánto provecho
 sea esto, y más en los niños, que se mueven por el afecto natural
 que en ellos es poderoso y los señorea más que no por la razón,
 que aún está flaca y sin fuerças^{52a}. Y aunque la ambición y el 75
 apetito desordenado de honra en sí es vicio, pero muchas vezes
 (como dize el mismo autor) es medio para alcançar la virtud.
 Con estos medios y con la diligencia que ponen los maestros
 (los quales por estar desembaraçados de los otros cuidados de

⁵² In marg.: «Laudataque virtus crescit et immensum gloria calcar habet». Ovid. 4 *Pont.* 2, 55.

^{52a} *Instit. Orator.* l. I, c. II.

90 *tutem tamen interdum ducit; multaque facinorosa et foeda evi-*
tantur, quod illis sit turpitudine coniuncta; multa praeclare fiunt,
quod honori atque laudi futura sint. Atque hae quidem potis-
simae sunt causae, et magistrorum imprimis cura, studium, ope-
 95 *ra, quamobrem tantus ex nostris scholis, quantum videmus fruc-*
tus colligitur. Nam quod praeceptores nostri molestiis multis
carent, et negotiis sollicitudinibusque familiae alendae, quibus
irretiti sunt alii, ipsi liberi sunt, plus temporis in hac puerorum
institutione ponunt, et in illam saeculi vinculis expediti, toto
(ut dicitur) pectore incumbunt.

0 169. *Prosequitur autem Dominus gratia sua nostrorum co-*
natus pro ipsius gloria susceptos; et qui dedit velle, dat et per-
ficere. Ipse enim fons est, ex quo omne datum optimum ac do-
num perfectum derivatur; cui maxime, imo soli fructus omnis
 5 *qui ex scholis nostris proficiscitur, tanquam bonorum omnium*
autori, tribuendus est. Qui etiam pro sua benignitate gravissimos
patres, et in Societate nostra peregregios ita permovit, ei rei
magnitudine atque utilitate incendit aliquando, ut in hac pueros
docendi instituendique palaestra se diu exercerent, et operam
 10 *suam atque industriam optime hac una in re positam esse exi-*
stimarent. Quos imitati sunt alii etiam patres graves, ingeniosi,
eruditi, et ad quaevis maiora munera habiles, qui cum hoc do-
cendi genus degustassent, rem non vulgi trutina, sed prudentium
statera ponderantes, elegerunt, petiverunt, impetraverunt a su-
 15 *perioribus, magnique beneficii loco duxerunt, in hac exercita-*
tione vitam omnem traducere et in ea consenescere. Quod vide-
licet sperarent uberiores ex ea fructus se posse colligere ad Dei
gloriam, quam ex quovis alio Societatis ministerio, quamvis prae-
stanti, specioso, praeclaro.

170. *Magnam nimirum vim amor Dei habet, in omnes partes*
 20 *versat agitque animum eius, quem vere fortiterque possidet; et*
ita luce sua complet atque iis facibus incendit, ut omnia tan-
quam stercora arbitretur, ut Christum lucrifaciat, et quicquid
in mundo nobis blanditur, quicquid usquam est vel autoritatis,
vel honoris et gloriae, id totum pro nihilo ducat, ut vel minima
 25 *re Deo placere et eius nomen amplificare possit. Docet hoc suo*
nos exemplo B. Gregorius Nazianzenus, cognomento theologus,
quo Doctore D. Hieronymus sacras se literas didicisse gloriatur.
Qui cum apostata Iulianus, omnium philosophorum, oratorum
 30 *atque poetarum lectione christianis interdixisset, ne eloquentia*
verborumque elegantia nostris deesset, animum ad scribendum
versus omnis generis appulit, comoediasque ac tragaedias de

mundo y de casa y familia, y puestos todos en éste le pueden poner mayor) y principalmente, como diximos, por el favor que les da nuestro Señor, porque toman este trabajo puramente por su servicio sin otra esperanza ni pretensión de interesse temporal, se haze el fruto que avemos dicho. 80

169. Por ver a ojos vistas un fruto tan grande y tan admirable, como se vee en este santo exercicio, muchos de los padres más antiguos y más graves de la Compañía se han exercitado en él, y oy en día ay en ella personas de buenas habilidades, doctas y honradas, y que podrían passar muy adelante con sus estudios y ocuparse en cosas muy graves, las quales, comenzando a enseñar la gramática a los niños y con este cevo las virtudes christianas (no dexándose llevar de la apariencia y vana opinión del vulgo inorante, sino considerando la existencia y sustancia que ay en las cosas y pesándolas con el peso verdadero de la gloria de Dios y del bien de las almas que él redimió con su sangre), dessearon, escogieron y pidieron a los superiores que en todos los días de su vida no los ocupassen en otro exercicio ni ministerio sino en éste, pues de ninguno podían esperar más copioso ni más cierto fruto, ni cosecha más colmada ni segura, ni hazer cosa de mayor provecho para la república. 90 95 0

170. Porque verdaderamente, que un fino y verdadero amor de Dios tiene gran fuerza, y haze que el hombre que está abrazado dél huelle y ponga debaxo de los pies todos los vanos juyzios del mundo, y que sugete la autoridad y gravedad de la propia persona a qualquiera cosa, por pequeña que sea, de que se aya de seguir gloria al que es rey della y a quien él tanto dessea servir y agradar. Como se vee por lo que se escribe de san Gregorio Nazianzeno, llamado por excelencia el teólogo, y maestro del gran doctor de la Yglesia san Gerónimo, que, viendo que el perverso Julián apóstata mandava por sus edictos que los christianos no aprendiessen letras, ni leyessen poetas y oradores profanos, pensando que la eloquencia y fuerza que tenían para resistir a los filósofos y autores gentiles les nacía de lo que 5 10

rebus honestissimis, et ad mores recte instituendos aptissimas aedidit, tanta gravitate, ornatu atque elegantia, ut christiani pueri nihil amplius desiderarent, neque prophanos autores requirerent. Atque hoc idem fit etiam illustrius, Gregorii Magni, summi pontificis, et sanctissimi doctoris exemplo, de quo Ioannes Diaconus memoriae prodidit⁵⁴, illum ad instaurandum cantum ecclesiasticum et animos hominum ex cantu ad pietatem magis excitandum, aedes duas Romae aedificasse, ad D. Petrum alteram, alteram ad D. Ioannem Lateranensem, in quibus puerorum caetus cantabant. Intererat autem canentibus ipse summus pontifex ac veluti praesidebat, flagellumque manu tenens errantes pueros corripiebat, magna auctoritate atque gravitate. Addit autem Ioannes Diaconus, suo adhuc tempore extitisse domum illam ad D. Ioannem, quam Gregorius aedificarat, et in ea lectulum ostendi solitum, in quo beatissimus pontifex cantillans iacebat, flagellum item et antiphonarum librum, quibus utebatur.

171. Quem igitur non summoveat hoc tam rarum atque inauditum divini amoris exemplum? Quem non admiratione afficiat? Quae enim vel gravitas, vel personae dignitas, Pontificis Maximi maiestati aequalis? Ubinam vel occupationes plures, quam in summo pontificatu? vel negotia graviora? omnia tamen Dei amor vincebat. An minus fortasse reipublicae interest pueros bonis moribus ac literis imbui, quam modulis institui? An Deo gratiores sunt concentus musici, quam animi moderati pietateque flagrantis? et suavior vocum modulatio, quam laudabilem morum harmonia? Haud ita. Maior enim et melior actionum quam sonorum concentus est. Per charitatem quippe vitaeque sanctitatem homo vivum Dei templum efficitur; musica vero Deus in visibili templo laudatur. Neque minorem sane affert admirationem, quod Beatus Hieronymus in epistola illa (cuius supra mentionem fecimus)⁵⁵ ad Laetam de filiae educatione scribit. Nam hortans Laetam, ut filiam Paulam Roma Bethleem usque ad Eustochium amitam et Paulam aviam mittat, a quibus ab infantia ad sanctitatem omneque genus virtutis educaretur; tandem haec verba subiecit. « Ipse si Paulam miseris, et magistrum et nutricium spondeo, gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo; multo gloriosior mundi philosopho, qui non regem Macedonum Babylonio periturum veneno, sed ancillam et sponsam Christi erudiam, regnis caelestibus inserendam »⁵⁶. Hactenus ille.

⁵³ In marg.: In eius vita a Gregorio presbytero et Niceph. Calix. 10, c. 23 ». PG, 35.

leían en ellos, se puso este santíssimo y eloqüentíssimo doctor a componer versos heróycos, jámbicos, elegíacos y de otras suertes, y comedias y tragedias de materias honestas y provechosas, 15 con tanta elegancia y ornato, que los niños christianos no tenían necesidad de leer poetas profanos para su enseñamiento y doctrina ⁵³. Y aún mucho más se vee esto de lo que escribe Juan Diácono en la vida del bienaventurado san Gregorio papa ⁵⁴, donde dize que, queriendo este santo reformar y perficionar el 20 canto eclesiástico para despertar y levantar con él los coraçones a Dios, edificó dos casas, una junto a San Pedro y otra a San Juan de Letrán, para que allí cantassen, y que el mismo sumo pontífice se hallava presente y cantava con los mochachos y los amenazava con un açote quando erravan. Lo qual él hazía con 25 mucha autoridad y gravedad. Y añade que en su tiempo se mostrava en la misma casa la camilla en que el santo estava echado quando cantava, y el açote que tenía y el antifonario que usava.

171. Pues ¿a quién no pone admiración este exemplo? ¿qué autoridad se puede igualar con la de un papa? ¿qué ocupaciones 30 puede aver mayores ni más graves? pero todo lo vencía el amor de Dios. Pues ¿importa menos el enseñar virtud y letras a los niños con que sean templos vivos de Dios y buenos gobernadores de la república, que enseñarles a cantar? ¿No serán tan agradables a Dios Nuestro Señor los buenos coraçones como las buenas 35 bozes? ¿y las alabanzas de santas costumbres como de las dulces músicas? No es menos de maravillar lo que san Gerónimo de sí dize en aquella epístola que escribe a Leta, enseñándola cómo ha de criar a su hija, de la qual arriba se ha hablado ⁵⁵. Porque, en el fin de esta epístola, exhortando a Leta que embie 40 a su hija desde Roma a Bethleén, para que su agüela, que era santa Paula, la criasse para santa desde niña, añade estas admirables palabras: « Si la embiares, yo te prometo de serle maestro y ayo, yo la tomaré en mis braços y la traeré sobre mis ombros, y viejo como soy enseñaré a la niña a formar y pronunciar tartamudeando las palabras, y me preciaré dello y estaré más ufano y glorioso que el otro filósofo del mundo, pues no enseñaré como él al rey de Macedonia que avía de perecer con ponçoña en Babilonia, sino a una sierva y esposa de mi Señor Jesu Christo que ha de ser presentada entre los coros de 50 los ángeles y puesta en el tálamo de los palacios celestiales » ⁵⁶.

⁵⁴ In marg.: « Lib. 2, num. 6 ». PL, 75, 90.

⁵⁵ Supra annot. 22.

⁵⁶ PL, 22, 877.

172. *Quid hoc exemplo admirabilius? Quid fortius? Quid sanctius? Nam si Divus Hieronymus universae lumen atque ornamentum Ecclesiae, ad quem tanquam ad oraculum, ex omnibus ferme orbis terrarum partibus, doctores, episcopi, ipsi denique summi pontifices quaestiones suas explicandas deferebant, infantulae se magistrum et nutricium pollicetur, si summa sua gravitate, aetate, autoritate, sapientia indignum non ducit, infantulam gestare humeris et balbutientia verba formare, immo vero utilius et gloriosius operam suam se positurum arbitratur in puellulae educatione, quam posuit Aristoteles in Alexandri, Macedonum regis, institutione; quis erit tam rerum rudis atque imperitus, qui hominibus religiosis et Deo in perpetuum consecratis indignum putet, eos pueros erudire, qui concionatores, canonici, parochi, episcopi, rerum publicarum gubernatores futuri sunt? Quandoquidem certissimum est, haec omnia officiorum munera obituros aliquando, qui nunc pueri scholas frequentant, eosque in senectute tales se exhibituros, quales fuerint in adolescentia. Sed ut finem dicendi faciam, hae sunt potissimum causae, quamobrem Societas nostra ludum aperit et collegia instituit.*

173. *In iis autem collegiis nullum omnino a discipulis stipendium accipiunt praeceptores, sed gratis et absque ulla mercede docent; quod in reliquis etiam Societatis fit ministeriis (quemadmodum dictum est)⁵⁷. Vivunt autem non ex quotidianis eleemosynis (hoc enim proprium est domorum professorum), sed ex redditibus. Nam ut scholastici uni sapientiae studio diligentius navent operam, et praeceptores in puerorum eruditionem strenue incumbant, aliis molestiis sint expediti necesse est, maximeque earum conquirendarum rerum sollicitudine, sine quibus vita transigi non potest. Ne a victu videlicet ac vestitu pendeant, et in sui alendi curas distracti, a docendi cursu et laboriosa contentione retardentur. Friget enim sapientiae studium in summa mendicitate, et minor alios instituendi cura, maiori vivendi cura plerumque obruitur. Redditus porro huiusmodi collegiorum fundatores constituunt, alique homines liberales ac benefici, qui recte suas facultates collocare se putant iis Dei ministris alendis, qui eius gloriam amplificaturi, et pro sua virili, in rem maxime utilem labores suos collaturi sunt. Et merito quidem. Omnes enim eleemosynae nostrae Deum spectare debent, eiusque maiorem gloriam intueri; maior autem Dei gloria in animarum quam in corporum salute videtur posita. Ex quo ele-*

⁵⁷ In marg.: « Lib. 3, c. 22 ».

172. Pues, si este glorioso doctor (siendo como era lumbrera y oráculo del mundo) se ofrece a ser ayo y maestro de una niña, estando tan ocupado como estaba en estudiar y trasladar y declarar la Sagrada Escritura y en responder a las preguntas que le hazían los papas y doctores y obispos y santos de la Yglesia de tantas partes de la christiandad, y no tiene por cosa baxa el baxar de allá de los cielos, donde morava su ánima y estava arrebatada y suspensa por altíssima contemplación (como se vee en algunas otras de sus epístolas) para enseñar a hablar a una niña, porque avía de ser esposa de Jesu Christo, y dize que se gloriará dello y tendrá su trabajo por mejor empleado que el de Aristóteles en enseñar al rey Alexandro ¿a quién puede con razón parecer cosa apocada e indigna de hombre religioso el enseñar los niños de tierna edad que han de ser predicadores, canónigos, obispos, regidores, justicias y gobernadores de la república? Pues es cierto que todos estos oficios han de exercitar quando sean grandes los que aora son niños, y que lo que aprendieren en la tierna edad, con esso se quedarán en la edad madura y robusta.

173. Esta es la causa principal que tiene la Compañía en abrir escuelas y fundar estos colegios, en los quales no se toma estipendio ni salario de los discípulos, sino que se enseña de gracia, como también se hazen los demás ministerios que exercita la Compañía, como arriba se dixo⁵⁷. Ni viven de limosna como las casas professas, sino de renta, porque para emplearse en los estudios y enseñar bien a otros es menester mucho tiempo y cuidado y tener cierta la sustentación necessaria y desta manera, estando descuydados los maestros de su mantenimiento y provisión corporal, podrán dar la espiritual a sus discípulos con mayor diligencia y solicitud. Esta renta (como arriba se apuntó) dan a los colegios sus fundadores y bienhechores, los quales, entendiendo el servicio que en ello hazen a Nuestro Señor, tienen por bien de gastar sus haciendas en criar hombres que se han de emplear en ayudar a los próximos con todos aquellos oficios y ministerios que usa la Compañía, como se crían en los colegios que son seminarios de la misma Compañía, o en mantener y sustentar los que son ya criados y están dedicados a trabajo tan provechoso, como avemos dicho. Pareciéndoles que, pues todas nuestras limosnas y buenas obras han de tener por blanco el mayor servicio de nuestro Señor, que este género de limosna, que es para ganar almas, es más aventajado y más agradable a su divina Magestad que la que se gasta en remediar los cuerpos,

mosynae eae quae ad eos Dei ministros procreandos sustentandosque referuntur, qui se totos proximorum utilitatibus ex instituto dedicarunt et salutem animarum procurant, gratiores Deo
 15 *proculdubio sunt, iis quibus corporum tantum necessitati atque indigentiae subvenitur. Pertinet etiam ad omnes fructus hic universamque rempublicam complectitur, et iccirco privatis commodis est praeferendus; praesertim cum solidior ac certior sit. Praeciduntur enim (ut diximus) morborum radices hac puerorum in-*
 20 *stitutione, et mala antequam eveniant praecaventur; idque nunc quidem propter nostrorum temporum calamitates, si unquam alias, summopere certe est necessarium. Quod cum viri multi praestanti prudentia, copiis opibusque abundantes, et Dei gloriae cupidi sapienter animadverterent, ad collegia Societati exaedi-*
 25 *ficanda stabiliendaque animum adiecerunt*⁵⁸.

173a. Collegium Romanum, quod primum locum non tempore, sed dignitate atque utilitate inter universa nostrae Societatis collegia obtinet, Beatissimus Romanus Pontifex Gregorius XIII summa benevolentia atque liberalitate fundavit. Atque
 30 *alterum in iaponensi insula, a nobis remotissima, inchoavit. Tanto enim catholicae religionis conservandae atque amplificandae studio incensus sanctissimus hic pontifex fuit, ut in omnibus pene provinciis haeresi contaminatis seminaria passim aedificaverit, ad retinendam vel restituendam fidei catholicae integritatem. Et ut illam etiam longe lateque propagaret et in regiones disiunctissimas diffunderet, idem praestitit in Iapone, ad alendos atque instituendos iaponios adolescentes, ad Christi fidem nuper conversos*⁵⁹. Societati praeterea nostrae collegium instituit, ut nostri operarii qui ad messem illam copiosissimam et iam maturam et albescentem demerendam proficiscitur, sine sumptu illorum apud quos ponunt Evangelium vivant, et alios iaponios in Societatem ingressos habeant successores. Quod quidem praeclarum inceptum S. D. N. Xystus Quintus benignissime prosecutus est, et Gregorii (cui ipse successit) beneficentiam sua liberalitate cumulavit et perpetuis redditibus stabilivit, iaponiosque
 40 *oratores (de quibus supra mentionem fecimus) amplissimis muneribus atque honoribus auxit et ornavit; eosque Sedis Aposto-*

⁵⁸ Vide praecipue lib. III, cap. V, VI, VIII, X, XVI. In iis quae sequuntur textus hispani D et E discedunt a textibus A et C, quos vide in apparatu. Textus latinus convenit cum coaevo C hispano. Omittens, post editiones anni 1586, enumerationem collegiorum conditorum in Societate, Ribadeneira, ut videtur, obtemperare voluit censoribus.

y que por ser bien universal y que toca a toda la república el que con él se consigue, se ha de preferir al particular de algunos. Especialmente, siendo el fruto más cierto y seguro por atajarse con él las enfermedades antes que vengan, y evitarse y prevenirse los males quitando las causas dellos. Que esto es tomar y encafiar el agua en su fuente y curar la dolencia en su raíz. De lo qual ay aún más necessidad en estos tiempos que en otros, por aver en ellos mayores peligros y mayores males y calamidades de heregías y errores y depravadas costumbres. Por entender esto muchos hombres prudentes, zelosos y ricos, y entre ellos papas, emperadores, reyes, cardenales, archiduques, príncipes y grandes prelados, han favorecido mucho esta buena obra y con sus limosnas fundado colegios de la Compañía en sus tierras y señoríos, como se dize en sus lugares ⁵⁸.

4 archiduques *om.* AC || 7 Post «tierras y señoríos» A *omittit* «como se dize en sus lugares» *et addit*: Los colegios de Nuestra Señora de Loreto en Italia y el de Avifión en Francia han fundado dos papas, y agora funda el de Roma nuestro muy Santo Padre Gregorio XIII. El de Palermo en Sicilia el emperador Don Carlos; el de Viena en Austria y el de Praga en Bohemia y el de Ispruch en el condado de Tyrol el emperador Don Fernando, su hermano; los de Coymbra, Goa, Lisboa y Evora y otros los reyes de Portugal Don Juan el tercero, Don Sebastián y Don Enrique; el de Hala, que también es en el condado de Tyrol la infanta Doña Magdalena, hija del emperador Don Fernando; el de Graz el archiduque Carlos, su hermano; los de Ingolstadio y Monachio el duque de Baviera. Los duques de Saboya, de Florencia, de Ferrara, de Parma, de Guisa, de Nivers, han fundado colegios en sus estados, y otros duques y grandes señores seglares han hecho lo mismo. Y entre los eclesiásticos, el cardenal Farnesio el de Monreal de Sicilia; el cardenal de Augusta el de Dilinga en Alemania; el cardenal de Turnón el de Turnón en Francia; el cardenal de Lorena en el ducado de Lorena; el cardenal Oaio el de Brasberga en Polonia; el cardenal Borromeo el de Milán; el de la ciudad de Perosa el cardenal Fulvio de la Corna; y agora últimamente el cardenal de Toledo, Don Gaspar de Quiroga, el de Toledo y el de Talavera; los de Maguncia y Tréveris han fundado los arçobispos de aquellas ciudades, que son electores del Imperio. Y otros príncipes dél han fundado otros que se dexan por evitar prolixidad. Y en nuestra España el arçobispo de Granada, Don Pedro Guerrero fundó el de Granada, y el Doctor Blanco, arçobispo de Santiago, el de aquella ciudad y el de Málaga; Don Bartolomé de los Mártires, arçobispo de Braga, frayle de Santo Domingo, el de Braga; los de Murcia y Placencia y León fundaron sus obispos, y otros han fundado otros. Y lo mismo han hecho algunas ciudades de sus propios, como son los más que tenemos en Sicilia. Pero muchos tienen por fundadores a cavalleros o personas particulares, que dexo por brevedad. Y aunque por esta buena obra... *Textus C post* «en sus tierras y señoríos» *ita se habet*: «El Colegio Romano, que es el primero, no en el tiempo, sino en la dignidad y en el provecho que dél se sigue más que de ningún otro de la Compañía, fundó el papa Gregorio XIII de santa memoria, con estraña caridad y liberalidad. También començó otro en la isla del Japón, porque fue tan grande y encendido el deseo que tuvo este santísimo Pastor de conservar y dilatar la fe cathólica, que casi en todas las provincias inficionadas de heregías instituyó y edificó seminarios de moços hábiles y bien inclinados de las mismas naciones para conservar o restituyr en ellas la puridad de nuestra sancta religión, y para dilatarla y estenderla en las provincias remotas y más apartadas de los gentiles. Lo mismo hizo en el Japón, sustentando y criando muchos moços japones que se han convertido a nuestra santa fe; y demás desto començó el collegio (que digo) de la Compañía, para que los obreros della que van a segar las miesses que son tan copiosas y están blanqueando y maduras de aquellos ruynos, puedan passar sin ser cargosos a aquellos con quienes biven, y tener successores y herederos de su espíritu y doctrina a los Japones, que ya han entrado en la misma Compañía. Este glorioso principio ha llevado ade-

licae et tantae urbis religionis, maiestatis, magnificentiae admiratione affectos, laetos in patriam alacresque dimisit.

- 50 173b. Lauretanum item collegium atque avinionense duo alii pontifices maximi instituerunt. Panormitanum vero Carolus V imperator, viennense, pragense, atque oenipontanum eius germanus frater, Ferdinandus item imperator. Conimbricense, goense, ulysiponense, eborense et in insulis Matera et Tercera (quas
55 vocant), in India etiam, Iapone, Brassilea, Ioannes tertius, Sebastianus et Henricus Lusitaniae reges, multa alia, non minori pietate, quam magnificentia Societati collegia fundarunt. Stephanus Battorius, Poloniae rex, claudiopolitanum in Transylvania collegium, rigense in Livonia, poloscense in Moscoviae finibus nostris erexit. Hallense Magdalena, Ferdinandi imperatoris
60 filia, graeciense Carolus, archidux Austriae, eius frater, ingolstadiense et monachiense Bavariae dux Albertus, Ciameri (quae civitas Allobrogum caput est) et Taurini (quae sedes est principibus Pedamontanis) Philibertus princeps et Sabaudiae dux,
65 Florentiae vero ac Ferrariae et Mantuae et Parmae et Nivernii et Guisii et Arci duces, suis in ditionibus collegia constituerunt. Aliique permulti principes saeculares idem praestiterunt.

- 173c. Et ut ad ecclesiasticos veniamus, Alexander Farnesius S. R. E. Cardinalis Monte regali in Sicilia; Ottho Trusses card.,
70 episcopus augustanus, Dilingae in Germania; card. Turnonensis, Turnoni in Gallia; card. Carolus Loringus, Ponte Mossonii in Loringia; card. Osius, Bransbergae in Polonia; Mediolani Carolus Boromeus, card. et archiepiscopus mediolanensis; Fulvius Corneus car. Perusiae; et novissime Gaspar Quiroga, card. et
75 archiepiscopus toletanus, Toleti ac Talabricae; Maguntiae vero et Treveris, illarum civitatum archiepiscopi, qui iidem Sacri Imperii sunt Electores, collegia nostris aedificarunt. Et in Hispania Petrus Guerrerius, archiepiscopus granatensis, Granatae; et Franciscus Blancus, archiepiscopus compostellanus, Compostellae, et
80 item Malacae, ubi prius fuerat episcopus; murcianum item, placentium, legionense, illarum civitatum fundarunt episcopi. Omitto reliquos brevitatis causa.

- 173d. Quin civitates nonnullae publice suis ipsae sumptibus in commune collegia fundarunt, qualia pleraque sunt quae habemus in Sicilia. Neque pauca vel exilia sunt quae a privatis quidem hominibus, sed familiae splendore, opibus ac pietate nobilissimis fundata habemus collegia. Eiusmodi est collegium complutense, quod D. Maria Mendotia, Mondejaris marchionis filia, pietate etiam ac religione quam sanguine illustrior, insigni Socie-

Y no solamente en sus tierras, pero también en las agenas y apartadas, ha avido quien ha edificado y dotado colegios, como lo hizo el papa Gregorio XIII, de santa memoria, con estraña 10 caridad y liberalidad. Porque fue tan grande y tan encendido el desseo que tuvo este santíssimo Pastor de conservar y dilatar la fe católica, que casi en todas las provincias inficionadas de heregías instituyó y edificó seminarios de moços ábiles y bien inclinados de las mismas naciones, para conservar o restituir 15 en ellas la puridad de nuestra santa religión, y para dilatar y estenderla en las provincias remotas y más apartadas de los gentiles; y lo mismo hizo en el Japón sustentando y criando muchos moços japones, que se han convertido a nuestra santa fe⁵⁹. Y demás desto començó un colegio de la Compañía, para que los 20 obreros della que van a segar las miesses que son tan copiosas y están blanqueando y maduras de aquellos reynos, puedan pasar sin ser cargosos a aquellos con quienes viven, y tener su-

⁵⁹ Gregorius XIII per Breve *Mirabilia Dei*, datum die 13 Iunii a. 1583, concessit pensionem annuam 4 milium scutorum aureorum. *Synopsis Actorum S. Sedis*, p. 128, n. 249.

lante nuestro muy Santo Padre Sixto V, acrecentando con su grande caridad la liberalidad de Gregorio su predecesor y estableciendo el collegio començado con renta perpetua y honrando extraordinariamente a los embaxadores del Japón (de quien hemos hablado), a los cuales, cargados de dones y gracias y favores, y maravillados de la religión, magestad, magnificencia y grandeza de la Silla Apostólica y de aquella sancta ciudad, embió con estraño contentamiento y alegría a su patria. Los colegios de Loreto y Aviñón han fundado otros dos sumos pontífices. El de Palermo en Sicilia el emperador Don Carlos; el de Viena en Austria y el de Praga en Bohemia y el de Ispruch en el condado de Tyrol el emperador Don Fernando su hermano; los de Coimbra, Goa, Lisboa, Evora y otros muchos en las islas de la Tercera y de la Madera y en la India Oriental, Japón y Brasil los reyes de Portugal Don Juan el tercero, Don Sebastián y Don Enrique. Don Estevan Battorio, rey de Polonia, ha fundado los colegios Claudianopolitano en Transylvania y de Riga en Livonia y de Ploacia en los confines de Moscovia. El de Hala ... *sequitur ut textus A usque ad*: Pero muchos tienen por fundadores *et sequitur*: cavalleros y señoras. Tales son el de Alcalá, que Doña María de Mendoça, hija del marqués de Mondéjar, señora aún más illustre en religión y piedad que en sangre, fundó para bien de la Compañía y de toda aquella Universidad, y el de Barcelona, que Doña María Manrique de Lara, hija del duque de Nájara y por esto muy conocida y por su muy grande recogimiento y virtud más estimada en el mundo; y el de Villagarcía, que Doña Magdalena de Ulloa, muger de Luys Quixada, señor de Villagarcía y del Consejo de Estado del Rey Católico Don Phelipe el II edificó y estableció para aprovechamiento de sus vasallos de toda aquella comarca. Y no contentándose esta señora con esto, y queriendo emplear la mucha hazienda que Dios le dió en su servicio, entre las otras grandes obras que con su gran christiandad, prudencia y valor haze continuamente, fundó también otro colegio en la ciudad de Oviedo, para que de allí se derramasse la luz de la doctrina por todas aquellas Asturias, y se estendiese a las partes y personas más necesitadas. Tal es también el de Villarejo de Fuentes, que Don Juan Pacheco y de Sylva, señor dél y cavallero de grande seso y virtud y devotíssimo de la Compañía, [para] criança e institución de los novicios della, y enseñanza de sus vasallos instituyó. Y no han faltado otras personas particulares, aunque no de menos piedad, que han hecho lo mismo, las quales dexo por brevedad. ... *Textus D est prout textus E*

90 *tatis nostrae et complutensis Academiae beneficio fundavit. Barcinonense item, quod perpetuis redditibus firmavit D. Maria Marique de Lara, Naiarae ducis filia, tum generis nobilitate, tum eximiae virtutis atque integerrimae vitae exemplo clarissima. Collegium etiam Villagarziae, quod D. Magdalena Ulloa, Ludovici*
 95 *Quixadae viri belli pacisque artibus spectatissimi, eius oppidi domini coniunx, praestanti liberalitate a fundamentis aedificavit. Neque vero hoc uno collegio satis suae pietati se fecisse arbitrata, alterum etiam in urbe ovetensi adiecit; ut ipsa facultates suas (quas habet copiosas) in Dei gloria amplificanda consumeret, et*
 0 *ex ovetensi illo collegio, doctrinae christianae splendor se latius funderet, et ad aspera atque inculta illius regionis loca penetraret. In hoc etiam numero ponitur collegium villaretanum, a Ioanne Pacheco, viro egregia in Deum religione excellentique prudentia, erectum atque aedificatum. Alique permulti sunt collegiorum no-*
 5 *strorum fundatores, ex pietate et praeclaro de re christiana bene merendi studio nobiles, sed non omnia sigillatim perseguenda sunt, ne nimium crescat oratio.*

174. Porro autem quanvis collegiorum fundatores a Deo potissimum suae benignitatis ac beneficentiae praemia expectent,
 10 *Societas tamen quibuscumque potest rebus ostendit, quam gratum habeat hoc quod a fundatoribus accepit beneficium. Itaque illis gratificari, obsequi, atque satisfacere studet quam maxime potest, et accepti beneficii memoriam in perpetuum conservare*⁶⁰. *Illos meritorum omnium suorum participes facit, plurimas Missas heb-*
 15 *domadibus, mensibus atque annis singulis, pro ipsis constituit. Quo vero tempore collegii possessio traditur, tria per universam Societatem, quam longe lateque diffusa est, singuli sacerdotes Missarum sacrificia pro fundatore offerunt Deo, tria item simul atque illum e vita excessisse cognitum est; quo ipso tempore qui*
 20 *sacerdotes non sunt, preces certas stasque persolvunt, ac Deum pro illo deprecantur. Aliaque sunt praescripta diligenter*

⁶⁰ De memoria fundatoribus servanda vide *Constitutiones*, p. IV, c. I.

⁶¹ Hic locus censurae provincia toletanae (*Censurae* n. 7) et observationibus patris Aquaviva subiectus fuit. Nolebant ut de Missa solempni ageretur, nisi ad modum in Constitutionibus explicatum: «Solemnidad se entiendo al modo que se usa en la Compañía, y en tal lugar donde se dice la Missa». p. IV, c. I, lit. A [311].

cessores y herederos de su espíritu y doctrina a los japones que ya han entrado en la misma Compañía. 25

174. Y aunque por esta buena obra aguardan los fundadores el galardón de Dios nuestro Señor, por cuyo amor ellos principalmente lo hazen, no por eso dexa la Compañía de dar muestras del reconocimiento que tiene y ser agradecida por el beneficio y limosna, haciendo por ellos lo que se sigue. Primeramente, procura darles gusto y contento en todo lo que puede 30 al presente y en conservar la memoria del beneficio que recibe para adelante⁶⁰. Demás desto házeles partícipes de todos sus merecimientos y buenas obras. Dízense muchas missas cada semana y cada mes por sus almas perpetuamente, y particularmente en el colegio que ellos fundaron. En cada un año, el 35 día que se hizo la entrega del colegio a la Compañía, se dize en él una missa solene⁶¹, y las demás por el fundador; al qual también se le da esse día una vela de cera con sus armas, en señal de reconocimiento y gratitud; y muerto él, se haze lo mismo para siempre jamás con sus sucesores. Y en aceptando la 40 Compañía la fundación de qualquiera colegio, se da aviso por toda ella, quan estendida está por todas las provincias y partes del mundo, para que cada sacerdote de todos quantos ay en ella diga tres Missas por el fundador; en sabiéndose que es muerto, torna a avisar el general a toda la Compañía, para que cada 45 sacerdote diga otras tres Missas. Y en el tiempo que los sacer-

⁶⁰ perpetuamente om. A || ⁶¹ solene] cantada AB || ⁶² 38 vela] candela AB

(et magna ut par est religione servantur) ad memoriam accepti beneficii declarandam, et grati animi pietatem.

175. Quamobrem omnes qui in hac Societate versantur, fun-
 25 datoribus deprecatores apud Deum sunt. Quorum preces, quod
 Deo in perpetuum sint consecrati, probaeque vitae ac famae,
 verisimile est plus promereri apud Deum, magisque esse ad impe-
 trandum efficaces, quam aliorum qui eiusmodi non sunt. Adde
 quod Societas ab aliis est Missarum obligationibus libera, utpote
 30 quae eleemosynas nullas accipit ad Missas celebrandas; atque ideo
 fit ut solutior sit et ditior quodam modo atque locupletior, plura-
 que in bonis habens, quae in fundatorum atque hominum de se
 benemeritorum usum conferre possit. Multa ergo eis tribuit, prop-
 terea quod multa se eis debere agnoscit, et multa habet unde
 35 referat gratiam. Quod quanquam ita est, optime scit tamen, fun-
 datores suos non ea maxime causa moveri ad fundanda collegia,
 quam gratam se illis atque accepti beneficii memorem Societas
 praebeat; sed quod plane intelligunt accuratam puerorum insti-
 tutionem apprime esse necessariam, magnosque ex ea fructus in
 40 Dei Ecclesiam redundare. Et iccirco hunc docendi laborem ac-
 ceptum esse Deo Optimo Maximo, a quo ipsi integram suae be-
 nignitatis, plenamque mercedem expectant.

dotes dizen las Missas, los que no lo son rezan sus rosarios y hazen otras oraciones por el mismo fin. Y otras cosas semejantes 50 se ordenan y mandan en las constituciones y se guardan con todo cuydado, con que la Compañía declara el reconocimiento que tiene y la gratitud debida a la caridad y buena obra que de los tales fundadores recibe.

175. De manera que todos los religiosos de la Compañía 55 son como capellanes de qualquier fundador, y por ser dedicados del todo a Dios Nuestro Señor y comúnmente hombres exemplares y de buena vida, las oraciones y sufragios dellos le serán más aceptos y agradables y a las ánimas de los fundadores más frutuosos, y más eficaces para alcançar lo que para ellas piden 60 del Señor. Y como la Compañía no tenga otras obligaciones de capellanías ni de Missas, por no tomar limosnas por ellas, está más libre y tiene más que ofrecer por sus fundadores y bienhechores, como se haze. Pero aunque ella, de su parte, haze lo que avemos visto, bien tiene entendido que el principal motivo 65 que tienen los fundadores para hazer esta limosna es la necesidad grande que veen que ay en la Yglesia de Dios deste género de dotrina, y el fruto que della se sigue, y el servicio tan acepto que con ella se haze a Nuestro Señor, de quien ellos aguardan por entero el galardón. 70

FIN DEL LIBRO TERCERO

VITAE IGNATII LOIOLAE
LIBER QUARTUS

ABDICARE SE GENERALATU CONANTEM IGNATIUM
SOCII PROHIBENT

CAPUT I

1. Confirmata igitur a Iulio III Pont. Maximo rursum So-
cietate¹, et ipso rerum successu firmiter stabilita, anno 1550 pri-
marios omnes patres, qui commode Societatis venire poterant,
Romam Ignatius ex variis provinciis ad se convocavit;² quibus
in unum congregatis, epistolam manu sua hispanice scriptam, in
haec verba misit³:

10 « Carissimis in Domino fratribus Societatis Iesu, salutem.
Quod mihi de officii mei ratione, sine perturbatione ulla in-
teriori aut exteriori, saepenumero consideranti visum est, id scri-
bam; aperiamque coram Creatore ac Domino meo, qui me iudi-
caturus est, quod ad maiorem laudem ipsius et gloriam futurum
15 intelligo. Equidem me ipse circunspiciens, ob peccata mea multa
nimis, imperfectiones multas atque animi et corporis aegritudines,
saepissime iudicavi, et vere atque ex animo iudico me infinitis
partibus abesse ab eo gradu, qui, ad sustinendum hoc regendae
Societatis munus, eius mihi voluntate impositum, est necessarius.
20 Quocirca maximopere desidero et a vobis quaeso, ut tota re
diligenter expensa, a vobis eligatur alius, qui melius quam ego
vel minus certe male hoc munus gerat, et universam Societatem
administret. Neque vero ut meliori haec provincia deferatur tan-
tum peto, verum etiam ut pari et aequali. Quod quidem ut rite
25 atque ex ordine fiat, ego in nomine Patris et Filii et Spiritus
Sancti, unius Dei ac Creatoris mei, depono generalatum simpli-

¹ Vide supra. l. III, c. XXI, p. 484 ss.

² *De Actis*, nn. 32 84 (II 338-339; 378); EN II 4-5; *Chron.* II 15;
ORLANDINI, X 67-72.

LIBRO CUARTO DE LA VIDA DEL B. PADRE
IGNACIO DE LOYOLA

COMO NUESTRO BIENAVENTURADO PADRE IGNACIO
QUISO RENUNCIAR AL GENERALATO
Y SUS COMPANEROS NO LO CONSINTIERON

CAPÍTULO I

1. Viendo, pues, nuestro B. P. Ignacio confirmada otra vez 5
la Compañía por el papa Julio tercero¹ y, con el buen successo
que Nuestro Señor le yva dando, cada día más firme y estable-
cida, llamó a Roma el año de mil y quinientos y cincuenta a
todos los principales padres de la Compañía que estaban en va-
rias tierras y provincias, y sin detrimento della podían venir². 10
Venidos, los hizo juntar en un lugar, y teniéndolos juntos a
todos, les embió una carta escrita de su mano, que es esta que
se sigue³:

« A los carísimos en el Señor Nuestro, los hermanos de
la Compañía de Jesús. 15

En diversos meses y años, siendo por mí pensado y consi-
derado, sin ninguna turbación intrínseca ni extrínseca que en
mí sintiesse, que fuesse en causa, diré delante de mi Criador
y Señor, que me ha de juzgar para siempre, quanto puedo sentir
y entender a mayor alabanza y gloria de su divina Magestad. 20

Mirando realmente y sin pasión alguna que en mí sintiesse,
por los mis muchos pecados, muchas imperfecciones y muchas
enfermedades, tanto interiores como exteriores, he venido muchas
y diversas vezes a juzgar realmente que yo no tengo casi con
infinitos grados, las partes convenientes para tener este cargo de 25
la Compañía que al presente tengo, por indución e imposición
della. Yo desseo en el Señor nuestro que mucho se mirasse y se
eligiesse otro que mejor o no tan mal hiziesse el oficio que yo
tengo de gobernar la Compañía. Y eligiendo la tal persona, des-
seo assimismo que al tal se diesse el tal cargo. Y no solamente 30

³ Haec epistula, data die 30 ianuarii 1550, servatur autographa in
ARSI. *Hist. Soc. 1a*, n° CXXVI. Edita in *MI Epp.* III 303-304.

citer et absolute, meque ab dico hoc officio et privo, petoque et omnibus animae meae viribus obsecro professo omnes, quosque professi sibi adiungere ad hanc deliberationem volent, ut hoc
 30 meum tam iustum desiderium admittant et pia oblationi suffragentur. Quod si quorum est iudicium ferre de hac mea postulatione, minime inter se consentient, per *charitatem*, et reverentiam Christi Iesu, illos ipsos rogo atque oro ut precibus serio incumbant, Deoque hanc rem accuratissime commendent; ut in
 35 omnibus et per omnia sanctissima eius voluntas fiat, idque omnino quod ad eius gloriam et communem animarum salutem ac Societatis bonum magis pertinebit. Illud etiam quaeso, ut meam hanc petitionem atque obsecrationem optimam in partem accipiant ».

2. Perlecta hac epistola, patres qui convenerant, omnes uno
 40 ore laudare factum Ignatii ac voluntatem; admirari eius humilitatem, qui cum maxime in gubernatione excellat, se tamen minime idoneum ad gubernandum iudicet. Negant tamen se quod postulat, salva conscientia, posse facere; neque ipso vivo, praepositum alium generalem experiri, idque Ignatio renunciare iubent. Ipsum
 45 esse Societatis parentem, ipsum magistrum omnium ac ducem atque a Deo electum, ut huius spiritalis aedificii quasi sapiens architectus fundamentum poneret, super quod ipsi reliquique eius filii, tanquam vivi lapides superaedificati, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, crescant in templum sanctum in Domino
 50 no⁴. Nullo modo ipsis esse committendum, ut huius tanti beneficii aut ignari reperiantur, aut ingrati⁵. Eodem tempore gravissimum in morbum incidit, et cum *se* expeditum iri ex huius mortalitatis vinculis speraret, sic afficiebatur animo, ut prae laetitia fluentes ubertim lacrymas cohibere non posset, cogere-
 55 que et suorum precibus et medicorum severa admonitione animum

32 *caritatem* || 36 et ad communem || 52 *om. se*

⁴ Eph. 2, 20.

⁵ Unus P. Oviedo putavit votis S. Ignatii satisfaciendum esse. EN II, 4-5.

⁶ De hoc altero conatu Ignatii renuntiandi muneri suo, nihil invenimus in aliis fontibus; rem a solo Ribadeneyra scimus. Notetur rem omissam esse tum in 1^a et 2^a edit. latina, tum in tribus primis hispanis. Vide apparatus.

me acompaña mi desseo, mas, juzgando con mucha razón para que se diese el tal cargo, no sólo al que hiziere mejor o no tan mal, mas al que hiziere igualmente. Esto todo considerado en el nombre del Padre, del Hijo y del Espíritu Santo, un solo mi Dios y mi Criador, yo depongo y renuncio simplemente y absolutamente el tal cargo que yo tengo, demandando y en el Señor Nuestro con toda mi ánima rogando, así a los professos como a los que más querrán juntar para ello, quieran aceptar esta mi oblación así justificada en la su divina Magestad.

Y si entre los que han de admitir y juzgar a mayor gloria divina se hallasse alguna discrepancia, por amor y reverencia de Dios Nuestro Señor demando lo quieran mucho encomendar a la su divina Magestad, para que en todo se haga su santísima voluntad, a mayor gloria suya y a mayor bien universal de las ánimas y de toda la Compañía, tomando el todo en su divina y mayor alabanza y gloria para siempre ».

2. Leída esta carta, todos los padres a una boz començaron a alabar lo que nuestro B. P. pretendía hazer y su desseo tan santo, maravillándose mucho de tan profunda humildad como en este hecho resplandecía, porque, siendo tan escogido y tan aventajado en tantas maneras su gobierno, se tenía por tan insuficiente para gobernar. Mas, con todo esto, dizen que no pueden ellos con buena conciencia hazer lo que pide, ni podrán acabar consigo de tener otro general mientras que él viviere, y esto le dieron por respuesta, embiando quien se la diese de su parte; y añaden más. Que él era padre de la Compañía, que a él tenían por maestro y guía de todos, y que pues Dios le avía escogido para que, como sabio arquitecto, pusiesse el fundamento deste espiritual edificio, sobre el qual ellos y todos los demás hijos suyos se vayan como piedras vivas assentando sobre la suma piedra angular que es Christo Jesús, y crezcan para hazer este santo templo al Señor⁴, que en ninguna manera querrán hazer cosa por la qual vengán a ser tenidos o por desconocidos deste tan grande beneficio o por desagradecidos e ingratos a Dios⁵.

Otra vez trató muy de propósito de renunciar al cargo de general y retirarse para darse con más libertad a la contemplación y gozar a sus solas del sumo bien, y lo dexó de hazer porque le fue dicho que la Compañía en ninguna manera vendría en ello ni consentiría que otro la governasse, mientras que Dios a él le diese vida⁶.

65-70 otra vez — diese vida om. AC

alio transferre, et minus diu de suo desiderio ac spe, minusque saepe cogitare ¹.

CONSTITUTIONES AB IGNATIO PRAESCRIBUNTUR

CAPUT II

3. Ignatius ergo, spe illa deiectus onus quod sustinebat deponendi et novo morbo liberatus, quod Deum velle intelligebat, ⁵ ad Societatem gubernandam et inchoata perficienda se totum convertit. In primisque, ut certis illam vinceret legibus, iisdem patribus Constitutiones a se conscriptas ostendit ac discutiendas tradidit ¹, quas ipse compulsus est precibus totius Societatis perscribere.

10 4. Extat commentarius, eius ipsius manu scriptus, in arcula quadam post eius mortem repertus, in quem, dum Constitutiones scriberet, *assidua Dei beneficia* illustrationesque eas, quibus a Deo perfundebatur, et memoriae et deliberationis causa, quasi in ephemeridem referebat ². Quo ex scripto plane perspicitur Ignatii ¹⁵ virtus et divinae erga illum largitatis plenitudo, pondusque ipsarum Constitutionum et autoritas. Omittam reliqua; de una paupertate dicam.

¹² assidua Dei beneficia om.

⁷ Gravissima haec aegritudo evenit anno 1550 ad finem vertente, usque ad initium a. 1551. FN I 48*. Animi sensus manifestavit ipse in *Actis*, n° 93 (I 408). Vide etiam *De Actis*, n° 32 (II 338-339).

¹ MI, *Const.* II, p. LXXII; *Chron.* II 14-15; 162-163. Patribus exhibitus est textus A. MI, *Const.* II p. CXIV; AHSL, 7 (1938) 3.

En este mismo tiempo, que fue el año de mil y quinientos y cincuenta (como dixe), cayó nuestro B. P. en una muy rezia enfermedad, y como pensasse que le quería el Señor librar de la cárcel del cuerpo, era tanto el gozo que con esta esperanza sentía su alma y tales los afectos y sentimientos della, que de pura alegría no era en su mano reprimir las lágrimas que con abundancia le venían a los ojos. Y fue necessario que los padres le rogassen y los médicos le amonestassen que se divirtiesse de aquellos santos y amorosos y encendidos desseos, y que no tratasse tanto ni tan a menudo de levantar sus pensamientos al cielo, porque le causavan notable debilidad y flaqueza ⁷.

DE LAS CONSTITUCIONES
QUE ESCRIVIÓ NUESTRO BIENAVENTURADO PADRE

CAPÍTULO II

3. Perdida la esperanza de descargarse del peso de su oficio, y libre ya de su nueva enfermedad, entendiendo ser aquella la voluntad de Dios, aplicóse nuestro B. P. con nuevo ánimo al gobierno de la Compañía y a procurar de dar su perfección a las cosas que avía començado; y lo primero de todo para ceñirla con leyes y atarla con reglas y constituciones, mostró a los padres las Constituciones que él mismo avía escrito, importunado de toda la Compañía, para que las viessen y examinassen ¹.

4. Oy día tenemos un quaderno, escrito de su misma mano, que se halló después de su muerte en una arquilla, en el qual, assí para ayudar su memoria como para mejor acertar en lo que determinava, escribía día por día las cosas que passavan por su alma mientras hizo las Constituciones, assí tocantes a las visitaciones y resplandores celestiales con que Dios le regalava, como a la manera que tenía en pensar y deliberar lo que escribía ². Por esta escritura claramente se vee la virtud deste santo padre, y la grandeza de la divina liberalidad para con él, y la autoridad y peso que han de tener para con nosotros las

¹ 71-72 que fue — como dixe *om.* AC || 79 y encendidos deseos *autogr.* in M *corr.* ex pensamientos
19-20 deste santo padre] de Ignacio AC

² Significat S. Ignatii *Ephemeridem*, editam in MI *Const.* I 86-158: *Obras completas de S. Ignacio* (ed. 1963) 301-386. Vide ib. p. 316 ²⁸ elenchum editionum et versionum huius documenti in varias linguas.

5. Quadraginta continuos dies Deo Opt. Max. sacrificavit, et divinis precationibus solito se dedit ardentius, ob id unum ut
 20 statueret expediretne nostris professorum domorum ecclesiis red-
 ditus aliquos esse, ad ipsarum ecclesiarum vel fabricationem vel
 cultum et ornatum. Et ut ego quidem existimo, ut superiora illa,
 quae dixi, illustriora fierent, et divina dona, quae Ignatius humi-
 litatis studio intra se occultabat, in lucem exirent, et foras ad
 25 nostram utilitatem proferrentur; Deus ipse afflatu illum suo in-
 stinctuque incitavit, ut quid illis quadraginta diebus in matutina
 oratione, quid in praeparatione ad Missae sacrificium, quid in
 ipso sacrificio, quid post sibi accidisset, breviter plaeneque con-
 scriberet.

6. In eo videre est, illi quanta fuerit sui examinandi et
 30 conscientiae perscrutandae cura, quam incensa et accurata ora-
 tio, quanta lacrymarum et continua pene effusio; quam saepe
 consolationis magnitudo redundaret etiam in corpus, et vox in-
 tercluso spiritu haereret ac dari non posset, et totius corporis
 venae, sensibiliter (*ut ita dicam*) commoverentur. Illic cernitur,
 35 quam assiduis eius mens atque eximiis de Sanctissima Trinitate
 illustrationibus impleretur, de divina essentia, de processione, de
 proprietate divinarum personarum et operatione; deque sacra-
 tissimo illo mysterio, tum occultis intelligentiis, tum externis
 doceretur imaginibus. Neque vero breves *illae* erant aut fugaces;
 40 sed prolixae interdum ac diuturnae, et quae in cubiculo, in mensa,
 domi, foris illum comitarentur, et suae magnitudinis aestu quodam
 absorberent.

7. Singula persequi non est necessarium; hoc attingendum
 fuit, ut intelligamus, quo loco Constitutiones nostras habere, qua
 45 veneratione suscipere, quo studio curaque observare debeamus.
 Quanquam Ignatius, qua erat animi modestia praeditus, post tot
 cognitiones supernaturales et divinae voluntatis testimonia, sibi

34 (*ut ita dicam*) *om.* || 39 *illae*] *istae*

Constituciones. No quiero dezir de las otras materias, porque sería cosa larga; bastará tocar lo que sobre la pobreza que en la Compañía se ha de guardar, le passó.

5. Quarenta días arreo dixo Missa y se dio a la oración con 25
 más fervor que solía, para solamente determinar si convenía o
 no que las yglesias de nuestras casas professas tuviessen alguna
 renta con que sustentar el edificio, servicio y adereço dellas. Y
 como yo tengo para mí, Dios Nuestro Señor inspiró y movió
 al mismo padre a escribir distinta y compendiosamente todo lo 30
 que por espacio de los quarenta días le acotenció en la oración
 de la mañana, en la preparación para la missa y en la misma
 missa y en las gracias que se hazen después de averla dicho.
 Digo que le inspiró Dios a escribir esto, para que nosotros su-
 piésemos los regalos y dones divinos con que era visitada aquella 35
 alma, y para que, quanto él más los encubría con su humildad,
 tanto más se descubriessen y manifestassen para nuestro prove-
 cho y exemplo.

6. Allí se vee con cuánto cuydado examinava y escudriñava
 su conciencia, quán encendida y fervorosa era su oración, quán- 40
 tas y quán continuas eran sus lágrimas, quántas vezes la gran-
 deza de la consolación de espíritu brotava fuera y redundava
 también en el cuerpo, y quedando sin pulsos le venía a faltar
 la boz, y perdido el aliento no podía hablar, palpitando sensi-
 blemente todas las venas de su cuerpo. Allí también se vee cómo 45
 era su entendimiento alumbrado y enriquecido con casi continuas
 y admirables revelaciones de la Santíssima Trinidad, de la divina
 essencia, de la processión, propiedad y operación de las divinas
 Personas, y cómo era enseñado en aquel sacratíssimo misterio,
 assí con inteligencias interiores y secretas, como en figuras ex- 50
 ternas y sensibles. Y no eran breves estas visitaciones, ni como
 de passo estos regalos divinos, sino muy largos algunas vezes y
 de muchos días, y que en el aposento y en la mesa, dentro y
 fuera de casa le acompañavan y con la fuerça de su grandeza
 le traían absorto y elevado, y como a hombre que vivía con el 55
 cuerpo en el suelo y con el coraçón en el cielo.

7. No ay para qué contar por menudo cada cosa destas.
 Esto he tocado para que entendamos con qué reverencia avemos
 de recibir las Constituciones y con cuánto cuidado y solicitud
 las devemos guardar. Aunque el padre, por su grande modestia 60
 y humildad, con aver recebido tantas inteligencias sobrenaturales
 y tantos testimonios de la voluntad divina, y tener autoridad
 para ello, no quiso que las Constituciones tuviessen fuerça o

non sumpsit ut Constitutiones firmæ essent ac ratae, donec uni-
 versa Societas, suo eas iudicio comprobaret³. Quod quidem Ro-
 50 mae anno 1558 ipso mortuo factum est, in publico universalique
 Societatis conventu, in quo Constitutiones omnes, ut fuerant ab
 ipso conscriptae, magna veneratione susceptae sunt, et summa
 omnium patrum consensione ac voluntate confirmatae⁴.

ROMANI COLLEGII INSTITUTIO

CAPUT III

8. Ex eorum numero quos hoc anno ab Ignatio evocatos
 Romam venisse diximus, Franciscus Borgia dux Gandiae fuit,
 5 qui quidem Societatis *tertius fuit* praepositus generalis. Is cum
 intelligeret quantas commoditates collegium Societatis in ea urbe,
 quae caput orbis terrarum est, esset allaturum, minimeque decere
 existimaret, eam, quae Societatem prima omnium complexa est,
 et ex qua universa Societas gubernatur, eo fructu carere, quem
 10 multae aliae civitates, ex nostrorum opera atque eruditione perci-
 perent, Ignatii hortatu atque consilio, collegium Romae instituen-
 dum curavit; cuius initium factum est anno Domini 1551, 18 fe-
 bruarii, ad radices Capitolii, perangustis aedibus¹. Quo tempore
 fuerunt in collegio quattuordecim, quibus praeerat rector P. Ioan-
 15 nes Peletarius, gallus; ad hunc enim fere numerum alendum,
 pecuniam tunc Franciscus suppeditaverat. Deinde mense septem-
 bri, duplicato pene numero, in ampliorem domum nostri commi-
 grarunt².

9. Et tunc quidem tres tantum linguas: hebraicam, grae-
 20 cam, latinam, atque rhetoricam, nostri praeceptores suis audito-

5 tertius fuit] nunc est || 20 Rhetorice

³ Id etiam S. Ignatii humilitati adscribitur a P. Polanco in epistula de eius morte: FN I 768.

⁴ In Congregatione generali prima, decr. 15 53 78. *Institutum*, II 161 168 173; SCADUTO 103-109.

¹ *Chron.* II 165-166; *MI Epp.* III 339; *Scripta*, II 920; TACCHI VENTURI, II/2 378; GARCIA VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*, p. 19-22.

firmeza alguna para obligar, hasta que la Compañía las apro-
 vasse y tuviese por buenas ³; lo qual se hizo en Roma el año
 de mil y quinientos y cincuenta y ocho, en la primera Congre- 65
 gación General de toda la Compañía, que se celebró después dél
 muerto. En la qual las Constituciones todas, como él las escribió,
 fueron con suma veneración recebidas y con un mismo consen-
 timiento y voluntad por todos los padres confirmadas ⁴. 70

DE LA INSTITUCIÓN Y PRINCIPIO DEL COLEGIO ROMANO

CAPÍTULO III

8. Uno de los que vinieron este año a Roma, llamados por
 nuestro B. P. Ignacio, fue don Francisco de Borja, duque de
 Gandía, que (como ya diximos) era professo, aunque oculta- 5
 mente, de la Compañía. El qual, entendiendo cuánto provecho
 se podía hazer en aquella ciudad, que es cabeça del mundo, y
 de donde toda la christiandad se gobierna y especialmente toda
 nuestra Compañía, por tener en ella su cabeça y prepósito ge-
 neral, y juzgando que no era razón que, aviendo sido ella 10
 primera de todas en acoger y abraçar la Compañía, careciesse
 del fruto que otras muchas reciben de su enseñanza y dotrina,
 procuró que en Roma se fundasse un colegio (siguiendo en esto
 el parecer y consejo de nuestro padre) al qual se dio principio
 el año de mil y quinientos y cincuenta y uno, a los deziocho de 15
 hebrero, en unas casas muy estrechas que estavan debaxo del
 Campidolio ¹, con catorze estudiantes de la Compañía que tenían
 por rector al padre Juan Peletario, francés, que para este nú-
 mero era bastante la limosna que entonces avía dexado el duque
 de Gandía. Mas luego, el mes de setiembre siguiente, doblándose 20
 el número de los nuestros, se passaron a otra casa más anchurosa
 y capaz ².

9. Enseñavan en aquel tiempo nuestros preceptores a sus
 oyentes solamente las tres lenguas, hebrea, griega y latina, y arte

³ se hizo después de él muerto el año ... AC

² In conductitia domo Marii Capocci, sita « in via quae a domo nostra, recta in monasterium Sanctae Mariae supra Minervam ducit » (scilicet, in via nunc dicta « del Gesù »): *Chron.* II 166. Contractus locationis huius domus ad quinque annos, pretio 180 scutorum annuorum, confectus est coram scriba hispano Blasio de Casarrubios, die 13 iulii 1551. Vide eius summam in *AHSI*, 25 (1956) 57.

ribus explicabant, non sine magna ludi magistrorum Urbis offensione et ea indignatione, ut discipulorum suorum stipati caterva, in scholas nostras aliquando irrumperent, et nostris praeceptoribus *docentibus* obstreperent atque intemperantius insultarent. Donec anno 1552, 28 octobris, in aede D. Eustachii, maxima cardinalium, episcoporum eruditissimorumque virorum atque studiosorum frequentia, orationes habitae a nostris ac disputationes sunt, quibus illorum insolentia compressa est ³. Multo vero magis cum anno 1553 a nostris theses propositae publice sunt, non solum de rhetorica et tribus linguis, ut fieri superioribus annis consueverat, sed etiam de universa Philosophia, ac Theologia ⁴. Quae quidem disciplinae tum primum in hoc collegio tradi coeperunt; cui tum praeerat D. Martinus Olavius, vir excellentis doctrinae atque integritatis opinione nobilis, qui multum per id tempus Collegium Romanum illustravit. Crevit hoc anno nostrorum numerus ad sexaginta, sequenti vero ad centum ⁵, quos cum domus capere commode non posset, in latiores aedes 1556 immigrarunt ⁶. In iis per annos ferme quattuor habitarunt, donec anno 1560, Pii IV Pont. Max. autoritate et hortatu, nobilissima atque integerrima foemina Victoria Tolfia ⁷, Pauli IV Pont. Max. sororis filia, nec expectantibus nobis nec opinantibus, sedem tamen collegio certam in Urbe quaerentibus, locum commodum, amplum, salubrem ac maxime celebrem praestanti liberalitate donavit.

45 10. Quem, nihil minus quam de nobis cogitans, in pium usum, ex viri Camilli Ursini, Guardiae marchionis ⁸, testamento paraverat, multisque aedibus Pauli IV Pont. Max. imperio ac potestate coniunctis, in insulam omnino redegerat; in quibus et

24 *docentibus*) *praelegentibus*

³ FN I 51*; MI *Epp.* IV 501; TACCHI VENTURI, II/2 382.

⁴ FN I 52*-53*; MI *Epp.* V 612 650 686. Theses philosophicas defendit Theodoricus Geeraerts, theologicas vero Martinus de Olave. *Chron.* III 8; FN II 491.

⁵ Cf. FN II 120.

⁶ Fieri potest ut anno 1556 nova domus, pertinens ad Ioannem Baptistam Salviati, conducta fuerit (*Chron.* VI 10); sed effectiva translatio in

de retórica, lo qual no se hazía sin grande ofensión y quexa de 25
 los otros maestros de la ciudad, tanto que algunas vezes se yvan,
 rodeados de sus discípulos, a las escuelas de los nuestros, y en-
 travan de tropel y les pateavan y deshonoravan de palabra, ha-
 ziéndoles mil befas, con harto descomedimiento. Hasta que el
 año de mil y quinientos y cincuenta y dos, a los ventiocho de 30
 otubre, en la yglesia de San Eustachio, los maestros de la Com-
 pañia tuvieron sus oraciones y disputas en presencia de muchos
 cardenales y obispos y hombres de grande erudición y autoridad,
 con tanta gracia y dotrina, que se reprimió el atrevimiento de
 los maestros de fuera, que andavan tan alborotados como dixen³. 35
 Pero mucho más se convencieron y allanaron el año de mil y
 quinientos y cincuenta y tres con las conclusiones públicas que
 nuestros preceptores sustentaron, no sólo de retórica y de las
 tres lenguas, como hasta entonces avían hecho, sino de toda la
 filosofía y teología⁴. Las quales facultades aquel año fue la 40
 primera vez que se comenzaron a leer en nuestro colegio en Roma,
 del qual era superior en aquel tiempo el doctor Martín de Olave,
 teólogo de excelente dotrina y exemplo de vida, el qual dio
 mucho lustre en sus principios al Colegio Romano. Creció aquel
 año el número de los hermanos del colegio a sesenta, y el si- 45
 guiente a ciento⁵, y como ya no pudiesen cómodamente caber
 en las casas donde estaban por su estrechura, se passaron el
 año de mil y quinientos y cincuenta y seis a otras más anchas,
 en las quales residieron por espacio de quatro años⁶. Hasta que
 el año de mil y quinientos y sesenta, doña Vitoria Tolfa⁷, so- 50
 brina del papa Paulo IIII, por autoridad y consejo del sumo
 pontífice Pío IIII, nos dio un sitio muy acomodado, ancho y
 saludable, y de los mejores y más poblados que se pudo hallar
 en Roma.

10. Avía esta señora comprado muchas casas con el favor y 55
 braço de Paulo IIII, su tío, para hazer dellas una obra pía,
 conforme al testamento de Camilo Ursino, marqués de la Guar-
 dia, su marido⁸, y avíalas juntado con las casas en que ella
 morava y con otras donde avía habitado muchos años Paulo IIII,

eam facta est anno 1557, mense octobri. *Pol. Compl.* II 609; EN II 59;
 MI, *Epistolae* XII 207 (quae epistula scripta videtur a. 1557 et non 1556
 prout volunt editores); GARCIA VILLOSLADA, *Storia del Collegio Romano*,
 49; SCADUTO, 58.

⁷ Victoria della Tolfa. De donatione eius domus v. FN III 175-180
 n° [83]. Ibi locus vocatur « il luogo di San Mautto », sive Macuto. Domus
 incolí coepta est a. 1560, mense aprili.

ipsius Victoriae domus est, et ea quam ipse Paulus IV emit, et
 50 multis annis cardinalis cum esset habitavit. *Hoc* in loco vehemen-
 ter multiplicatus est nostrorum numerus; fuit enim nonnunquam
 ducentorum et viginti⁹, isque conflatus ex omnibus pene christi-
 tiani orbis provinciis. Eodem enim tempore, ex sexdecim aut eo
 amplius diversissimis nationibus fratres nostri in hoc collegio
 55 saepe reperiuntur, linguis quidem inter se ac sermone distincti,
 sed summa concordia animorum fraternoque amore sociati. Quos
 divina benignitas in magna etiam annonae caritate, supra homi-
 num fidem, sed non supra fiduciam ac spem Ignatii, hactenus
 sustentavit¹⁰.

60 11. Ab hoc autem collegio reliqua fluxerunt, quae in Italia,
 Germania, Bohemia, Polonia, Flandria, Gallia constructa collegia
 sunt. Quae causa fuit ut Ignatius (cuius cogitationes omnes et
 vigiliae in hominum salute consumebantur) tantopere de hoc
 collegio laboraret, cuius utilitates non ad unam aliquam civitatem,
 65 sed ad multas nobilissimasque provincias, ad nationes etiam hae-
 reseos erroribus depravatas maxime pertinere iudicaret.

12. *Quod quidem cum re ipsa Beatissimi Pont. Gregorius
 XIII expertus esset, videretque latissime patere Collegii Romani
 fructus, et ad Seminarium Romanum et ad Germanicum et Angli-
 70 canum, aliaque collegia diversarum nationum a se aedificata cor-
 roboranda atque augenda esse necessarios, opus et pastore vigi-
 lantissimo et principe liberalissimo dignum aggressus est, Colle-
 giumque Romanum fundare, amplificare atque stabilire consti-
 tuit, magnifico in primis atque sumptuoso aedificio, et redditibus
 75 magnis atque perpetuis. Ut in eo ex omnibus nationibus magnus
 nostrorum scholasticorum alatur numerus, ad propagandam ca-
 tholicam religionem et reliqua seminaria tuenda et conservanda.*

50 Hoc] quo || 67-84 Quod quidem — decimo. Romae om.

⁸ Maritus Victoriae della Tolfa erat Camillus Orsini del Pardo, mar-
 chio « della Guardia ». FN II 180^o.

⁹ Hic numerus scholasticorum habitus est circiter a. 1563. FN II 120-
 121 127.

siendo cardenal; y hecha de todas una como isla, rodeada de 60
 calles por todas partes, y en el tiempo que menos se esperaba
 ni pensava, las dio a la Compañía con grande liberalidad, para
 la fundación y asiento deste Colegio Romano. En esta casa se
 vino a multiplicar en gran manera el número de los nuestros,
 que llegaron a ser dozientos y veinte⁹, y de casi todas las pro- 65
 vincias y naciones de la christiandad. Porque acontece hallarse
 en un mismo tiempo muchas vezes en él hermanos de deziseis
 y más naciones, assí en las lenguas como en las costumbres
 diferentes, mas en un ánimo y voluntad, con suma concordia y
 fraternal amor, ayuntados. Los quales la divina bondad en tiem- 70
 pos de grande carestía y muy apretados, ha sustentado siempre,
 respondiendole su divina Magestad a la fe y esperanza con que
 nuestro padre Ignacio començó una obra tan alta, con tan poco
 arrimo y favor de los hombres¹⁰.

11. Deste colegio han nacido, como de su fuente y origen, 75
 casi todos los demás que en Italia, Alemania, Bohemia, Polonia,
 Francia y Flandes se fundaron. Y esta es la causa porque el
 padre (cuyos pensamientos y cuidados se empleavan todos siem-
 pre en buscar la salud de las almas) trabajó tanto por hazer
 y llevar adelante este colegio, porque veía que no sólo se orde- 80
 nava para provecho y bien de una sola ciudad, como otros, mas
 que se avía de estender su fruto por muchas nobilísimas pro-
 vincias y naciones, tan depravadas con perniciosos errores y tan
 apartadas de la luz evangélica.

12. Lo qual aviendo visto por experiencia el papa Grego- 85
 rio XIII, movido del grandísimo fruto que deste colegio se
 sigue y de la necesidad que el Seminario del clero romano y
 los de alemanes, ingleses y otros que Su Beatitud (para bien
 destas naciones) avía fundado, tienen del Colegio Romano, para
 su gobierno y dotrina, con ánimo de señor y padre y de pastor 90
 universal vigilantísimo y de príncipe liberalísimo, quiso ser
 fundador deste colegio, labrándole de una obra sumptuosa y
 dotándole con muy bastante renta, para que en él se pueda
 sustentar gran número de estudiantes y maestros de diferentes
 naciones de nuestra religión, para sustento y arrimo de todos 95
 los demás. Y para declarar que era ésta su intención en la
 fundación del Colegio Romano, mandó Su Santidad hazer una

⁷⁶ casi *autogr. in marg.* M || ⁸⁵ nuestro muy santo Padre Gregorio XIII AC ||
⁸⁹ avía] ha AC || ⁹¹ quiso ha querido AC

¹⁰ De caritate annonae in urbe Roma vide FN II 126 341-343.

Atque ut hoc eius sapientissimum in fundando Romano collegio consilium magis eluceret, sub primo fundamenti lapide, haec verba
 80 *incidi iussit: « Gregorius Pont. Maz. Collegium Societatis Iesu, omnium nationum seminarium pro sua in christianam religionem et ordinem illum pietate, a fundamentis extruxit et dotavit, anno salutis millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, pontificatus sui decimo. Romae* ¹¹.

COLLEGIA ALIQUOT IN HISPANIA NOSTRI INSTITUUNT
 AB ARCHIEPISCOPO TOLETANO VEXANTUR

CAPUT IV

13. Iactis Romani Collegii fundamentis, discessit Franciscus
 5 Borgia ex Urbe atque in Hispaniam rediit ¹; ibi ditionem suam filio natu maximo cedit; saecularem cultum exiit; in Cantabriam remotam Hispaniae partem se recipit; sacris initiatus concionatur; ostiatim mendicat, magna hominum admiratione. Eius rei fama atque exemplo commoti nobilissimi quidam viri, ad illum
 10 veniunt et se ad nostram Societatem adiungunt. Ognatense praeterea collegium ab eodem patre habitari caepit, cui Petrus Araoz possessiones quasdam suas et fructus antea legaverat ².

14. Burgense eodem item tempore est inchoatum ³. Nam cum Franciscus Mendoza, cardinalis, creatus eius civitatis episcopus,
 15 ad dioecesim suam perlustrandam et verbum salutis ovibus ministrandum, duos ex nostris ab Ignatio impetrasset, illi, imposito sibi munere expleto, praeclaram collegii instituendi occasionem dederunt, quod Franciscus Strada multum deinde suis concionibus illustravit.

¹¹ Nova sedes a Gregorio XIII Collegio Romano tradita, instaurata est anno 1584, die 5 novembris. FN III 175-176 et vide auctores ibi allatos.

¹ S. Franciscus Borgia ex Urbe discessit die 4 febr. 1551, paucis diebus antequam Collegium Romanum instauraretur. Vide MI *Epp.* III 339.

² Collegium ognatense (Oñate) anno 1551 inauguratum est. FN I 243 294; *Chron.* II 299; *Mixtae* II 283 312; ASTRAIN I 313. Petrus Miguélez de Araoz erat propinquus patris Antonii. FN I 294; *Mixtae* II 312.

rica medalla, la qual se puso debaxo de la primera piedra el día que se comenzó el edificio, en la qual estaban estas palabras: « Gregorio Papa XIII edificó desde sus primeros cimientos y dotó el Colegio de la Compañía de Jesús, como seminario de todas las naciones, por el amor que tiene a toda la religión christiana y particular a esta Compañía. En Roma, año de mil y quinientos y ochenta y dos, y el deceno de su pontificado » ¹¹.

DE ALGUNOS COLEGIOS QUE SE FUNDARON EN ESPAÑA
Y DE LA CONTRADICIÓN QUE HIZO A LA COMPAÑÍA
EL ARÇOBISPO DE TOLEDO

CAPÍTULO IIII

13. Dado este principio al Colegio Romano, volvió a España el duque don Francisco de Borja ¹. Llegado a ella renunció su estado a don Carlos de Borja, su hijo mayor, y dexado el ábito seglar, tomó el de la Compañía y se recogió a la provincia de Guipúzcoa, como más apartada y quieta, para, con menos embaraço, darse a la vida religiosa. Allí se ordenó de Missa y comenzó a predicar y a pedir, como pobre, limosna de puerta en puerta, con grande admiración y edificación de las gentes. Movidos de la fama desta obra y tan raro exemplo de menosprecio del mundo, vinieron a él algunas personas ilustres y de grande autoridad, y por su medio entraron en la Compañía. La primera habitación que tuvo fue en el colegio de Oñate, al qual Pedro Miguélez de Araoz, natural de aquella tierra, avía poco antes mandado su hazienda ².

14. En el mismo tiempo se comenzó el colegio de Burgos ³, porque el cardenal don Francisco de Mendoça, luego que le hizieron obispo de aquella ciudad, pidió a nuestro B. P. Ignacio algunos de la Compañía para que anduviessen por su diócesi, predicando y enseñando a sus ovejas la palabra de Dios. Dióselos nuestro padre, y ellos hizieron tan bien su oficio y con tanto provecho de las almas, que se dio ocasión a los de Burgos para que en su ciudad desseassen tener a la Compañía y les hizinessen

¹ 8-9 a la provincia de Guipúzcoa] a Vizcaya, como a provincia más apartada y quieta AC || 17 Miguel de Araoz A

³ Anno 1550. De occasione fundationis huius collegii v. *Chron.* II 108; *ASTRAIN* I 305-309.

- 20 15. Metinensi ⁴ etiam collegio Rodericus Duegnas, vir copiosus et pius ⁵, initium attulit; qui Petri Fabri, et Antonii Araoz familiari sermone permotus, ad suam et ad publicam eius civitatis utilitatem, aliquot ex nostris expetivit. Auxit vero civium studium nostrorum praesentia et in plateis habitae conciones.
- 25 Itaque anno 1551 nostri ad constituendum collegium Metinam primum missi sunt; quod postea Petrus Quadratus, eiusque uxor Francisca Manjon, opibus ac religione praestantes exaedificarunt, et certis redditibus stabilierunt ⁶.

16. Sed ut laetis adversa succederent et Societas nunquam
- 30 non exerceretur utiliter, sub idem tempus gravis in Hispania ab archiepiscopo toletano Ioanne Siliceo ⁷ *procella* in nostros est excitata. Hic aliter quam res est de Societatis instituto sentiens, sacerdotes omnes, qui exercitationibus spiritalibus eruditi a nostris erant, confessiones audire Toleti vetuit. Compluti vero, ubi
- 35 solum in eius dioecesi tunc commorabantur, publicis edictis populum a nostris sacramenta percipere prohibuit; qui secus facerent, his sacris interdicit. Neque ut sententiam mutaret adduci prius potuit, quam archiepiscopi factum contra summi pontificis auctoritatem (de cuius voluntate diplomatis ipsis pontificiis constabat) esse iudicans. Regium Consilium nostrum nobis institutum
- 40 voluit liberum esse. Et pontifex ipse maximus Iulius III, certior

27 *Mansón textus* || 31 *procella*) persecutio

⁴ Methymnense collegium (Medina del Campo) inchoatum est anno 1551. *Chron.* II 329; FN I 688; ASTRAIN 309-313.

⁵ Rodericus de Dueñas, vir dives, e consilio rei nummariae apud imperatorem Carolum V. FN I 688.

⁶ Fertur S. Ignatium Petro Cuadrado, Antverpiae, anno 1528, praenuntiasse, eum tempore labente in Hispania Societati collegium conditurum. Vide *Scripta*, II 822; AA. SS. p. 475, n° 346; LANCIOIUS, *De praestantia Instituti*, l. I, c. I; ASTRAIN, I 108¹. Hic vir eiusque uxor Francisca Manjón, inde ab a. 1557 magna liberalitate methymnense collegium fundarunt. ASTRAIN, II 42.

⁷ Nomen illi erat Ioannes Martínez Guijeño, qui latina forma vulgo Siliceus vocabatur. Creatus fuit archiepiscopus toletanus a. 1546. Haec per-

casa; la qual después creció mucho y se aumentó con el fervor de los sermones del padre maestro Francisco de Estrada.

15. Al Colegio de Medina del Campo ⁴ dio también principio Rodrigo de Dueñas, a quien Dios avía dado gran devoción de 30
ayudar con sus muchas riquezas todas las obras pías y de caridad ⁵. El qual, aviendo tratado y comunicado familiarmente a los padres Pedro Fabro y Antonio de Araoz, y movido por su conversación y exemplo, pidió para su consuelo y para provecho de aquella villa (cuyo vecino y morador era) algunos de los nues- 35
tros. Fueron y començaron a predicar por las plaças con nuevo y admirable fruto, el qual aficionó más la gente principal de aquel pueblo y les dio mayor desseo de tener allí la Compañía; y el año de mil y quinientos y cincuenta y uno fueron los nues- 40
tros para fundar el colegio de Medina, el qual después edificaron y dotaron con buena renta Pedro Quadrado y doña Francisca Manjón su mujer, personas ricas y muy religiosas y devotas ⁶.

16. Mas para que con los prósperos sucessos no se descuydasse la Compañía, no le faltaron ocasiones de exercitar la paciencia y humildad por una grande contradición que se despertó 45
en este tiempo contra los nuestros en España, por parte de don Juan Siliceo, arçobispo de Toledo ⁷. El qual, siendo mal informado del instituto de la Compañía, mandó que todos los sacerdotes de Toledo que huviessen hecho los exercicios espirituales de la Compañía no pudiesen usar el oficio de confesores, y 50
assimismo leer por los púlpitos de las yglesias editos públicos, por los quales mandava que, so pena de excomunió mayor, ninguno de sus súbditos se confessasse con los de la Compañía, ni recibiesse otro sacramento de sus manos. No avía entonces en todo su arçobispado otro colegio sino el de Alcalá. Tomáronse 55
muchos medios de ruegos e intercesión con el arçobispo para que no usasse de tanto rigor, y no se pudo acabar con él, hasta que el Consejo Real, aviendo visto y examinado nuestras bulas y privilegios, juzgando que el mandato del arçobispo era contra la voluntad y autoridad del sumo pontífice, nos restituyó nuestro 60
derecho y libertad, declarando por sus provisiones reales que el arçobispo nos hazía fuerça y que no podía legítimamente hazer tal prohibición. Al qual también el papa Julio III, informado de nuestro B. P. de lo que passava, escribió con severidad apos-

⁵⁶ intercesiones AB

secutio habita est annis 1551-1552. *Chron.* II 326 338 ss. 637-640; FN II 210; MI *Epp.* IV 80-82 193 261-263 274; ASTRAIN I 348-365.

de re factus ab Ignatio, graviter ad archiepiscopum scripsit⁸:
 mirari se et moleste ferre, quod susceptam et probatam a Sede
 Apostolica Societatem, minus ipse probaret, et in omnibus pene
 45 christiani orbis provinciis magna cum utilitate versantem, meri-
 toque proinde ab optimo quoque expetitam, solus ipse repudiaret
 ac reiiceret. Quibus literis, et regio edicto factum est ut archie-
 piscopus decreta sua revocaret nostrisque suam facultatem inte-
 gram esse permitteret.

50 17. *Cum primum autem hanc ab archiepiscopo toletano in*
Societatem commotam tempestatem Ignatius audivit, blando ac
tranquillissimo, ut solebat semper vultu, mihi dixit: — In magnae
felicитatis parte haec nobis adversitas est numeranda, cum nulla
nostra culpa contracta sit. Est enim evidens argumentum, quod
 55 *Dominus noster magnos fructus faciet Toleti per Societatem. Nam*
illud compertum est, ibi nostros uberiores fructus atque suaviores
attulisse, ubi graviora passi sunt —. Atque etiam illud adie-
cit: — archiepiscopus senex est, Societas iuvenis, itaque natura-
liter plus vivet Societas quam archiepiscopus —. Porro, quam
 60 *vera fuerint Ignatii verba, quae Toleti postea consecuta sunt*
atque in praesens fiunt facile ostendunt. Idque ab ipsa statim
archiepiscopi Silicei morte manifeste cognitum est. Nam cum
 illo mortuo⁹ nostri Toletum accersiti primum sunt, et ad habi-
 tandum certum in nobilissima atque amplissima civitate domi-
 65 cilium ingressi, in his aedibus habitaverunt quas archiepiscopus
 ipse Siliceus exaedificaverat in clericorum usum et instruxerat¹⁰.
 Notatumque est a multis et animadversum, omnes magni illius
 archiepiscopi adversus Societatem conatus eo demum recidisse,
 ut domum illis aedificasse videretur, quos, bono fortasse zelo sed
 70 non secundum scientiam, suis ipsorum domibus cupiebat eiectos.

50-62 Cum primum — cognitum est. Nam *om.* || 62 *ante* cum: Commode autem
 cecidit aliquot annis post || 65 ut in his aedibus habitaverint

⁸ Cf. MI *Epp.* IV 65-66 89 193.

⁹ Siliceus mortuus est a. 1557.

¹⁰ Bartholomaeus Carranza, Silicei in archiepiscopatu toletano successor,
 Societati reliquit domum quam Siliceus ad instituendos clericos (← cleri-

tólica⁸, diziéndole que se maravillava mucho y le pesava que, 65
siendo la Compañía, como era, aprovada por la Santa Sede apos-
tólica, él no la tuviesse por buena, y que siendo por todas las
partes del mundo tan bien recebida (por el grande fruto que
en todas ellas hazía), él solo la contradixesse y pusiesse mácula
y dolencia en lo que todos los demás tanto alabavan, desseavan 70
y pedían. Con estas letras de Su Santidad y con la provisión
real revocó el arçobispo sus primeros editos y nos mandó resti-
tuir nuestra libertad para poder usar de nuestras facultades y
privilegios.

17. Y es cosa también de notar que quando nuestro B. P. 75
fue avisado desta contradición que hazía a la Compañía un prín-
cipe tan grande, como era el arçobispo de Toledo, me dixo a mí,
con un rostro sereno y alegre, que tenía por muy buena nueva
para la Compañía aquella persecución, pues era sin culpa della,
y que era señal evidente que se quería servir Dios Nuestro Señor 80
mucho de la Compañía en Toledo, porque en todas partes avía
sido assí, que donde más perseguida avía ella sido, allí avía hecho
más fruto. Y que pues el arçobispo era viejo y la Compañía
moça, naturalmente más viviría ella que no él. Y viose ser verdad
lo que dixo el padre por lo que después ha sucedido, y comen- 85
çóse a ver luego que murió el arçobispo⁹. Porque, siendo llamada
la Compañía para morar en la ciudad de Toledo, las primeras
casas que se dieron a los nuestros para su morada fueron las
que el mismo arçobispo Siliceo avía labrado para colegio de los
clerizones de su yglesia¹⁰. Lo qual no sin razón consideraron 90
muchos, y gustaron de ver que todo quanto el arçobispo (con
buen zelo) hizo contra la Compañía, vino a parar en que, quando
más nos perseguía nos labrava (sin entenderlo él) las primeras
casas en que avíamos de morar en aquella ciudad.

75 también] bien M || 75-85 quando nuestro B. P. fue avisado — lo que dixo
autogr. in marg. M || 77 me dixo a mí *del.* N || 85-86 por lo que — el arçobispo
om. M || 87 nobilissima y imperial ciudad de Toledo M || 91-92 el arçobispo — la
Compañía] el arçobispo trabajó en perseguir la Compañía y en querernos hechar
con buen zelo, pero mal entendido, de nuestra propias casas M

zones ») paraverat. Eam a. 1558 mense octobri socii ingressi sunt, sed ad
vitandas quaerimonias postea reliquerunt. ASTRAIN, I 43.

PROVINCIALIS IN ITALIA DECLARATUR LAINES,
VIENNAE MORITUR IAIUS

CAPUT V

18. Et haec quidem in Hispania. In Italia vero eodem anno
5 1551 collegium florentinum, Leonorae ducis benignitate¹, ini-
tium habuit², neapolitanum item³ ac ferrariense⁴. Et ad neapo-
litanum quidem collocandum ac stabiliendum magnum adiumen-
tum attulit Magister Alfonsus Salmerón, ob eam ipsam rem ab
Ignatio Neapolim missus. Ferrariense vero inchoavit Hercules II,
10 Ferrariae dux, qui et Nicolao Bobadilla et Claudio Iaio fami-
liariter usus fuerat, nascentemque fovemat Societatem; ad quem
Paschasius Broët, constituendi collegii causa ab Ignatio tunc
missus est.

19. Quibus quidem collegiis reliquisque per Italiam factis
15 praefecit Ignatius et praepositum provincialem constituit Ma-
gistrum Iacobum Lainem⁵, qui sub annum 1550 exeuntem re-
dierat ex Africa⁶. Ubi christianis militibus egregiam navavit
operam in eo bello quod duce Ioanne Vega, Siciliae prorege,
adversus christiani nominis hostes, expugnato Aphrodisio, feli-
20 citer gestum est. Ad cuius capti iam oppidi defensionem ani-
mandos milites qui in praesidio erant et in pietate iuvandos
profectus Hieronymus Natalis, evasit ex naufragio divinitus,
socio navigationis Isidoro Sbrando in fluctibus extincto, anno
1551⁷.

¹ Eleonora de Toledo uxor erat Cosimi I de' Medici, ducis Florentini.
De ea vide praecipue SCADUTO, *Storia*, 577 ss.

² *Chron.* II 174-185; TACCHI VENTURI, II/2 420-423; SCADUTO, 152.

³ FN I 292; *Chron.* II 167-174; TACCHI VENTURI, II/2 393-399; SCA-
DUTO, 248.

⁴ *Ibid.* et *Chron.* II 185-191.

⁵ Lainez constitutus est Italiae provincialis die 11 iunii 1552. MI, *Epp.*
IV, 289; *Lain. Monumenta*, I, 204-205; SCADUTO, 156.

COMO EL BIENAVENTURADO PADRE IGNACIO
 HIZO PROVINCIAL DE ITALIA
 AL PADRE LAYNEZ Y CLAUDIO YAYO MURIÓ EN VIENA

CAPÍTULO V

18. Mientras la Compañía se provava de la manera que ave- 5
 mos dicho en España, Nuestro Señor la multiplicava con nuevos
 colegios en Italia. El de Florencia tuvo principio por la libera-
 lidad de doña Leonor de Toledo, duquessa de aquella ciudad ¹,
 la qual, desde que la conoció, mostró siempre mucho amor a la
 Compañía ². En Nápoles también ³ y en Ferrara ⁴ se començaron 10
 los colegios que aora tenemos en estas ciudades. Para el de Ná-
 poles importó mucho la residencia que allí hizo el padre Sal-
 merón, embiado de nuestro padre Ignacio a aquel reyno para
 este efeto. El de Ferrara començó Hércules de Este, segundo
 duque de Ferrara, el qual avía antes tratado a los padres Bova- 15
 dilla y Claudio Yayo y favorecido la Compañía en sus principios;
 y fue a Ferrara para assentar el colegio el padre Pascasio Broeth.

19. Diose cargo destos colegios y de los demás que ya avía
 en Italia, con oficio y nombre de provincial, al padre Diego
 Laynez ⁵, el qual, al fin del año de 1550 avía buelto a Roma 20
 de Berbería, adonde avía ido con el virrey Juan de Vega a la
 conquista de la ciudad de Africa ⁶, que tenía Draguth cossario
 famoso, para espanto y destrucción de los reynos de Sicilia,
 Nápoles y Cerdeña. En la qual guerra trabajó mucho en curar 25
 los enfermos y heridos y en confessar los soldados y en animar
 y esforçar a todos a pelear y morir como christianos, por la
 honra de Dios y por el ensalçamiento de su santa fe. Y fue
 Nuestro Señor servido de darles vitoria casi milagrosa, y que
 se ganasse a los enemigos aquella tan fuerte plaça. A la qual
 yendo después el padre Gerónimo Nadal para hazer los oficios 30
 que avía hecho el padre maestro Laynez y para animar con
 espíritu christiano y servir a los soldados que quedavan en guar-
 nición, escapó milagrosamente de un naufragio espantoso, en el
 qual pereció el hermano Isidro Esbrando, compañero de su nave-
 gación, el año de 1551 ⁷. 35

⁶ FN II 210; *Lain. Monumenta*, I, 164 166 167-171. Aphrodisium
 (*Afrique*) captum est die 10 septembris 1550. *Lain. Monumenta*, I, 166. Cf.
 MI, *Epp.* III, 190; SCADUTO, 148-151.

⁷ FN II 211-212; EN II 109-119. Socius Natalis erat Isidorus Bellini,
 dictus Sbrando, de quo v. FN III 168 ¹.

25 20. Sed etiam in Germania eodem tempore Societas crevit. Nam Ferdinandus, Romanorum rex, ut viennensis academiae studia instauraret et haeticorum passim grassantium furorem compesceret, Claudium Iaium ad se accersivit et aliquot theologiae professores ab Ignatio postulavit, qui Viennam eodem
 30 anno 1551 profecti⁸, apud Dominicanos sunt in seposita monasterii parte diversati; postea vero ne religiosis patribus impedimento essent, in Carmelitarum coenobium relictum ac ruinosum, praefectis eius ordinis libentissimis, commigrarunt.

21. In hoc collegio, anno 1552 6 augusti, ipso Dominicæ
 35 Transfigurationis die, P. Claudius Iaius Ignatii socius, unus ex primis decem, natione allobrox, excessit e vita. Vir de christiana religione optime meritus, quam in Italia, Bavaria, Svevia, Austria, Germania tota, magnis suis laboribus amplificare non destitit. *In comitiis potissimum augustanis peregregriam catholice*
 40 *religioni atque Societati navavit operam, tanta hominum approbatione, ut praeteritorum laborum pro Germaniae salute susceptorum fructus haud poenitendos collegisse videretur. Nomen, originem, progressum Societatis et institutum sic explicavit et germanorum animis infixit, ut auctoritatem nostris et fidem concilia-*
 45 *verit. Invitatus est a Saxoniae ducis oratoribus ut in Saxoniam sese conferret, ac de religione cum eorum magistris disceptaret; sed a Ferdinando Romanorum rege, ad collegium Viennae constituendum (ut diximus) evocatus, profectionem illam distulit.* Fuit vir mitissimo praeditus ingenio, et naturae iucunditate
 50 quâdam religiosa gravitate condita, paupertatis amore insignis, orandi assiduitate excellens, temporis parcus et tenax, animi modestia atque humilitate eximius. Tergestinum episcopatum tam graviter firmiterque repudiavit, ut multos dies in continuo pene luctu iaceret, quod illum effugere se posse diffideret; *sed illo metu*
 55 *liberatus, ad pristinam rediit iucunditatem*⁹.

30 anno *om.* || 39-48 In comitiis — distulit *om.* || 49 vir *om.* || 54-55 sed illo — iucunditatem *om.*

⁸ FN, I, 49* 286 295; II, 211; III, 295; MI, *Epp.* III, 414 439; *Chron.* II, 67 75 254 263-279; *Epp.* ... *Iaii*, 356-360 365-367.

20. En Alemania no crecía menos la Compañía en este tiempo; porque el rey de Romanos, don Fernando, desseando reformar los estudios de la Universidad de Viena y reprimir el furor de los hereges que yvan cundiendo cada vez más e inficionando sus estados, embió por el padre Claudio Yayo y pidió a nuestro padre otros teólogos de la Compañía, para que leyessen teología en aquella Universidad. Fueron a Viena los nuestros el mismo año de mil y quinientos y cincuenta y uno⁸, y mandólos apresenter al rey en un quarto del monesterio de Santo Domingo, apartado de los frayles. Después, por no tener a aquellos padres religiosos ocupada su casa, se passaron los nuestros a otro monesterio que avían desamparado los frayles carmelitas, dándole a la Compañía de buena voluntad los superiores de aquella religión.

21. En este colegio de Viena, el año de mil y quinientos y cincuenta y dos, día de la Transfiguración, passó desta vida a la inmortal el padre Claudio Yayo, uno de los primeros diez padres de la Compañía. Fue natural de Saboya; trabajó bien, fiel y diligentemente en la defensión y acrecentamiento de la fe católica en Italia, Baviera, Suevia, Austria y en toda Alemania. Y en la dieta de Augusta se señaló muy particularmente en servicio de la Santa Yglesia Romana, con notable fruto y reconocimiento de todos los católicos. Él fue el que declaró a los tudescos católicos el nombre, principios y progresso de la Compañía, con tanta gracia y prudencia, que les ganó las voluntades y los aficionó a favorecerla. Y a los hereges resistió, de suerte que, admirados de su virtud y dotrina, le combidaron a ir a Saxonia y a disputar con los maestros y ministros de sus errores. Lo qual no hizo por estar ocupado en la fundación del colegio de Viena, donde murió. Fue hombre blando y manso de condición, tenía con una alegría de rostro apazible una gravedad religiosa y suave, era señalado en el amor de la pobreza, aventajado en la oración, muy avariento y escasso del tiempo, modesto en su conversación, y en todas las cosas verdadero humilde. Reusó con tanta gravedad y firmeza el obispado de Trieste, que todo el tiempo que desconfiava de poderse escapar de tal dignidad, estuvo casi en un continuo llanto y desconsuelo, y quando se vio libre, volvió a su acostumbrada alegría y dulce conversación⁹.

⁹ De episcopatu tergestino Iaio oblato v. supra l. III, c. XV, p. 442 ss.

COLLEGII GERMANICI INSTITUENDI INITIUM
ET CAUSAE

CAPUT VI

22. Neque vero de Germaniae salute in Germania solum no-
5 stri laborabant, sed etiam in Italia; quorum opera collegium
Germanicum a Iulio Tertio Pont. Max. Romae eodem anno 1552
institutum est ¹. Quod utique collegium, etsi Societatis nostrae
proprium non est, tamen quod a Societate gubernatur ac pendet
multiplex eius utilitas, ea ex parte in nostris numero. Eius ini-
10 tium eiusmodi fuit. Erat Ignatius cum ad curandas pro virili
parte *omnes* vitiosas christianae reipublicae partes intentus, tum
vero ad eam, quae maxime laborabat, Germaniae provinciam.
Illi igitur de medicina cogitanti, Ioannes Moronus, S. R. E. car-
dinalis, vir prudentiae laude excellens, hanc unam proposuit,
15 quam cognitis atque exploratis germanicis rebus, ex legatione
Apostolica qua functus in Germania fuerat, magnam vim habi-
turam sperabat, autorque in primis fuit Germanici collegii in
Urbe constituendi ². Etenim animadvertit quod incitia quorundam
sacerdotum in Germania et vita non satis probata perditum
20 *et profligatum* fuerat, doctorum ac pastorum erudita probitate
restituendum. Esse autem percommodum doctores ac pastores
germanorum, germanos esse; sic enim fore, ut eiusdem nationis
legibus, moribus, natura inter se atque amore devincti, facilius
in eorum animos influant; et materna lingua instructi, vim maio-
25 rem ad persuadendum habeant. Eiusmodi porro magistrorum ea
in provincia inopiam summam esse, eamque fieri quotidie maio-
rem, iis qui supersunt paulatim deficientibus; haereticorum vero
magnum esse numerum, et nova semper prole copiosorem.

¹¹ omnes *om.* || ¹⁴ *post* Cardinalis *add.*: hodie Sacri Collegii Decanus | *post*
prudentiae *add.*: atque integritatis || ²⁰ *et profligatum om.*

¹ De origine Collegii Germanici v. FN (Indices, sub voce *Roma: Col. Germanicum*) et auctores ibi allatos. Anno 1552, die 31 augusti, data est a Iulio III bulla foundationis *Dum sollicita*.

² FN I 536; MI, *Epp.* IV 172-173; STEINHUBER, *Geschichte des Collegium Germanicum*, I 5 ss. 11 31 34 91; TACCHI VENTURI, II/2 223-225 385-390.

DEL PRINCIPIO Y CAUSAS DE FUNDARSE
EL COLEGIO GERMANICO

CAPÍTULO VI

22. No solamente procuraba nuestro B. P. Ignacio por medio
de los padres de la Compañía hazer bien a las provincias de 5
Alemania dentro de la misma Alemania (como queda dicho),
sino también en Italia buscava su remedio, y deste cuydado tuvo
principio el Colegio Germánico que en Roma por medio de los
nuestros instituyó el papa Julio III, este año de mil y quinientos 10
y cincuenta y dos¹. Y aunque este colegio no es propriamente de
la Compañía, yo le cuento entre los nuestros porque la Compañía
tiene todo el peso y gobierno dél, y assí podemos dezir que de
nuestra Compañía nacen los grandes frutos que deste colegio
recibe la Yglesia de Dios. Fue, pues, su origen desta manera.
Desvelávase nuestro padre en pensar de día y de noche cómo se 15
podrían remediar los males de toda la christiandad y curarse las
partes más flacas y más enfermas della, y sobre todas las otras le
congoxava el cuydado de Alemania, porque la veía más llagada
y afligida que las otras provincias; y tratando desto un día con
el cardenal Juan Morón, varón de singular prudencia, el cardenal 20
le propuso esta obra del Colegio Germánico como cosa que, por
aver sido legado apostólico en Alemania y conocido los humores
de aquellas gentes, pensava que podría ser de grande provecho
para reducir aquellas provincias tan estragadas a la obediencia
y sujeción de nuestra santa fe católica². Persuadíase este pru- 25
dentíssimo varón, no sin gran fundamento, que todo el mal que
ha venido a Alemania ha nacido principalmente de la inorancia
y de la mala vida de los ecclesiásticos, y que assí el remedio ha
de venir de las causas contrarias, que son la dotrina maziza y
católica de los curas y predicadores, y de su vida exemplar. Y que 30
convenía que los doctores y pastores de los alemanes fuessen
también alemanes, porque siendo de una misma nación, costum-
bres y leyes, y hermanados con el vínculo estrecho de la natura-
leza, serían más amados, y el amor les haría camino para persua-
dirles su dotrina; y siendo de la misma lengua, serían mejor 35
entendidos y tendrían mayor fuerça para imprimir en sus co-
raçones la verdad. Pues, pensar que en Alemania se hallan tantos
destos tales maestros quantos para una provincia tan estendida y
por todas partes tan necessitada son menester, es cosa escusada.

23. Ex quo consilium salubrius excogitari nullum potuit,
 30 quam seminarium institui, quo, antequam omnino exaresceret,
 stirps ipsa excitaretur in semine; et praeclari iuvenes, ingenii
 ac virtutis spe commendati, ab ea aetate quae flexibilis est, mo-
 ribus, literis atque institutis catholicis ad omnem pietatem in-
 formarentur. Hoc seminarium in Germania sane fieri vix pote-
 35 rat; nam ut maxime integrum locum atque incorruptum eligas,
 inter venenatos tamen haereticorum morsus, facilis contagio es-
 set; neque uspiam a callidis hostibus satis tuta adolescentia.
 Extra Germaniam vero, neque locus ad eam rem aptior, neque
 academia commodior, neque civitas, quam Romana, opportunior
 40 esse potuit; in qua nimirum doctrinae catholicae integritas, loci
 ipsius sanctitas, hominum in Urbem confluentium multitudo ac
 devotio, religionis avitae atque apostolicae reverentia, beneficia
 summorum pontificum ac proluxa liberalitas procreare in ipsis
 adolescentibus pietatem atque alere, et a fraude haereticorum
 45 facile possunt avertere.

24. Haec maxime fuit ratio instituendi Germanici collegii,
 inita primum, ut diximus, a cardinali Morono, cum Ignatio dein-
 de aliisque gravissimis viris communicata, a Iulio III Pont. Max.
 ac universo cardinalium senatu suscepta et confirmata. Atque
 50 ut certo res ac stabili fundamento niteretur, in vietum illorum
 et cultum summus pontifex pecuniam de suo promissam quotan-
 nis benigne persolvit; eiusque exemplum cardinales omnes, pro
 sua quisque facultate, cupide sunt secuti³. Quo ipsi germani
 adolescentes, rerum ad vitam necessariarum molestia liberati,
 55 de pietate tantummodo ac doctrina cogitarent. Data igitur Igna-

⁵⁵ dataque

³ FN I 536.

Antes esos pocos que avía se yvan cada día acabando, y por el 40
contrario, los maestros de los hereges eran muchos y, como malas
yerbas, cada día crecían y se multiplicavan más.

23. Por estas causas pareció cosa muy acertada hazer un
seminario, en el qual, antes que se acabasse de secar en Alemania
la raíz de la católica y verdadera dotrina, se fuesse sustentando 45
y reviviendo, y los moços tudescos de escogidos ingenios e incli-
nados a la virtud, desde aquella edad que es más blanda y más
fácil para imprimirse en ella todo lo bueno, aprendiessen las
letras y ceremonias y costumbres católicas. Este seminario no se
podía bien hazer en Alemania, porque, aunque se tomara el más 50
puro y más incorrupto lugar de toda ella, no podía aver seguridad
que los estudiantes moços y simples, rodeados por todas partes
de hereges, no peligrassen entre tan astutos y pestíferos basiliscos,
y se les pegasse el mal tan contagioso y se inficionassen con la
ponçoña de su perversa y diabólica dotrina. Pues, para hazerse 55
fuera de Alemania, ningún assiento de ciudad ni universidad
podía ser más a propósito para este fin que la ciudad de Roma,
por concurrir en ella, más que en otra ninguna, muchas cosas que
pueden ayudar a conservar y acrecentar la verdadera y católica
religión en los ánimos de aquella juventud, como son la seguridad 60
de la dotrina que se enseña, la santidad de la misma ciudad, la
muchedumbre de los católicos que por su devoción a ella vienen,
la reverencia y respeto que trae consigo aquella religión que,
demás de ser tan antigua, se sabe aver sido predicada en aquel
sagrado lugar por los príncipes de los Apóstoles, y regada con 65
su preciosa sangre. Y, finalmente, la presencia de los sumos
pontífices, que con su santo zelo y liberalidad podían sustentar
este seminario y ganar las voluntades con sus beneficios y buenas
obras a aquellas gentes.

24. Esta fue la principal causa y motivo que hubo de insti- 70
tuirse el Colegio Germánico. Inventóle (como diximos) el carde-
nal Morón, y comunicado con nuestro B. P. y con otros varones
gravísimos, finalmente vino a ser aprovado y favorecido del
papa Julio III y de todo el Sacro Colegio de los cardenales.
Y para que se pudiesse mejor establecer y perpetuar, señaló el 75
sumo pontífice de su parte cierta renta cada año, y los cardenales
de la suya (cada uno según su posibilidad) contribuían alegre-
mente para la sustentación de los estudiantes alemanes de aquel
colegio³. De manera que, descuydados ellos de buscar lo neces-

40 que avía] que hay AC || 42 crecen y se multiplican AC || 49-57 No se
podía — ciudad de Roma del. N et eius loco in marg.: pareció que en Roma estaría
mejor que en ninguna otra parte

tio cura est, iuvenes ex omnibus Germaniae partibus ad eam rem evocandi moderandique. Quam ille provinciam, tum rei magnitudine, tum Pontificis Max. permotus imperio, libentissime suscepit. Spectatos viros collegio praeposuit, optimis illud legibus temperavit⁴, et ut germani idoneos haberent in nostro collegio Romano praeceptores, magna cura perfecit. Illud nequam suscepit ut rationes pecuniarias nostri attingerent, aut iis quae ad sumptus pertinent vel exigendis vel distribuendis implicarentur.

65 25. Mortuo tamen Iulio III in eo bello quod ad Urbem postea gestum est, cum videret Ignatius propter annonae caritatem bellicosque tumultus collegium *Germanicum* periclitari; ne praeclarum opus ac necessarium omnino dissolveretur, partem ipsorum iuvenum id volentium in varia Societatis collegia dimisit, in quibus dum nimbus ille transiret, commodius alerentur; partem Romae retinuit, et conquisitis pecuniis magno suo labore sustentavit, suamque obligavit fidem. Quam pulchre Dominus liberavit, debitis ad nummum postea persolutis⁵.

75 26. Quo ipso tantae inopiae tempore palam dixit Ignatius, quod alias saepe dixerat, diem illum aliquando futurum, cum *Germanicum collegium*, non modo nullis rei familiaris premeretur angustiis, sed etiam abundaret rebus necessariis atque af-

⁶⁷ *Germanicum om.* || 74-97 Quo ipso — praetulissent *om.*

⁴ Vide *Constitutiones Collegii Germanici in MI, Regulae*, 293-305; *Regulas eiusdem collegii ibid.* 306-310.

sario para su sustento, se empleassen todos enteramente en apren- 80
 der las letras y costumbres convenientes al fin para que allí se
 crían. Diose al padre el cargo de buscar, escoger y hazer venir a
 Roma de todas las partes de Alemania esta juventud, y de re-
 girla, instruirla y enseñarla. El qual cuydado recibió él con
 gran voluntad, assí por serle mandado por Su Santidad, como 85
 por la importancia del negocio. Vinieron a Roma muchos moços
 tudescos de grande expectación; señalóseles casa en que viviessen,
 dioles nuestro padre personas escogidas de la Compañía que los
 governassen, hízoles las reglas y estatutos que devían guardar ⁴.
 Proveyó que en nuestro Colegio Romano tuviessen buenos maes- 90
 tros que les leyessen las facultades y ciencias que avían de oyr.
 De una sola cosa no quiso que se encargasse la Compañía, que
 fue el dinero y cuentas y lo que tocava a recibo y gasto, ni jamás
 se pudo acabar con él que los nuestros se embaraçassen en
 semejantes cosas, que suelen ser sujetas por una parte a mucha 95
 solicitud y trabajo temporal, y por otra a murmuración y sospe-
 cha; y assí esta parte se encomendó a personas fuera de la
 Compañía.

25. Pero como Julio III murió, faltando con su muerte la
 limosna que él dava para esta obra tan excelente y necessaria, 0
 temiendo el padre que por la carestía que en Roma sucedió de
 mantenimientos y por el bullicio y alborotos de la guerra que
 hubo en tiempo de Paulo III no se deshiziesse lo que con tanto
 trabajo y fruto se avía començado, repartió mucha parte de
 aquellos moços tudescos (holgando ellos dello) por diversos cole- 5
 gios de la Compañía, para que ellos se sustentassen hasta que
 passasse aquella tempestad y ruido de las armas, y los demás
 sustentó en Roma, buscando para ello dineros con harto trabajo y
 solicitud de su persona, obligándose él a pagar lo que se le dava.
 Y sacóle Dios Nuestro Señor muy a su salvo destas deudas, 10
 dándole liberalmente después con que hasta la postrera blanca
 se pagassen todas, conforme a la gran confianza que el mismo
 Dios avía dado a este su siervo para esta obra ⁵.

26. Porque, en el mismo tiempo de tanta apretura y esterili-
 dad, dixo él que no desmayasse nadie ni pensasse que avía de 15
 faltar el Colegio Germánico por falta de mantenimiento, porque

⁴ 93 recibo autogr. in marg. M

⁵ Agit de bello inter Philippum II et Paulum IV et de caritate an-
 nonae hac occasione habita Romae. De difficultatibus in re oeconomica hoc
 tempore v. SCADUTO, 49-58.

flueret. Ut cum Ottho Trusses, S. R. E. Cardinalis, episcopus
 augustanus, acerrimus catholicae fidei propugnator atque exi-
 80 mius Germanici collegii patronus, principio subvereri videretur
 difficultates quae in illo constituendo multae et magnae, aliae
 ex aliis subinde nascebantur, ipsum bono animo esse Ignatius
 iussit, et in Deo bene sperare. Addiditque si provinciam cardi-
 nalis recusaret, se illam, Dei benignitate confisum, magna animi
 85 alacritate suscepturum, depositumque ab aliis onus subiturum⁶.
 Neque Ignatium fefellit spes. Deus enim, ut impulsor praecla-
 rissimi operis atque autor fuit, sic adiutor eiusdem fautorque
 esse non destitit. Nam Gregorium XIII Pont. Max. sapientissi-
 mum afflatu suo instinctuque divino permovit, ut collapsum pene
 90 collegium Germanicum erigeret, augetet et in domo certa magnis
 proventibus atque perpetuis stabiliret, et de nobilissima atque
 amplissima germanica natione bene mereretur, et omnes animi
 nervos contenderet ut catholicam religionem ea in provincia vel
 conservaret, vel restitueret, quam alii Gregorii, sanctissimi pon-
 95 tifices, luce evangelica illustrassent, amplificassent et muneribus
 amplissimis imperii ornatam, longe aliis orbis terrarum provin-
 ciis praetulissent.

FRANCISCI XAVIER OBITUS

CAPUT VII

27. Eodem anno¹ P. Franciscus Xavier profectus ex India
 ad illustrandos Evangelii splendore Sinarum populos, in ipso
 5 primo aditu illius provinciae decessit e vita. Hic pater natione

⁶ DH, I, 52 (II 479); *Memoriale*, n° 213 (1 653-654).

¹ 1552.

día vendría en que tuviese tan cumplidamente todo lo que huviere menester, que antes le sobrase que faltase. Y en sus principios, estando Ottho Thruses, cardenal de la Santa Yglesia de Roma y obispo de Augusta (que fue siempre muy valeroso defensor de la fe católica y singular protector del Colegio Germánico) con algún rezelo que esta obra no passasse adelante, por las muchas dificultades que cada día en ella se le ofrecían, el B. P. le embió a dezir que tuviese su Señoría Ilustríssima buen ánimo y se fiasse de Dios, que Él le ayudaría y favorecería en cosa que le era tan agradable y para tanto servicio suyo. Y aún dixo más, que si el cardenal no quisiesse o no pudiesse llevar adelante esta empresa, que él la tomaría sobre sí, confiado de la misericordia y liberalidad del Señor *. Y el tiempo nos ha mostrado bien que no se engañó, porque el mismo Señor, que fue el que al principio movió los coraçones del papa Julio III y de los cardenales para fundar el Colegio Germánico, esse mismo después movió e inspiró al Santo Padre Gregorio XIII a levantarle, que estava caído, y acrecentarle y darle en Roma casa propia, y dotarle y establecerle con muy bastante renta y perpetua, por el gran zelo que tenía Su Santidad de conservar lo que queda y de cobrar lo que está perdido de la religión católica en Alemania. Y esto, cierto, con mucha razón. Porque aviendo los otros Gregorios, pontífices santísimos, sus predecesores, plantado la fe de Jesu Christo nuestro Redentor en aquella provincia, y dilatá- dola y estendídola por toda ella con tan esclarecida gloria de Dios y suya, y aviendo puesto en ella la magestad y grandeza del imperio romano, dando la elección a los príncipes electores de Alemania, era cosa muy justa que él siguiesse las pisadas de los otros Gregorios, sus predecesores, y hiziesse una obra tan señalada y tan ilustre, de la qual esperamos la restauración y aumento de nuestra santa fe en aquella nobilíssima provincia.

DE LA MUERTE DEL PADRE FRANCISCO XAVIER

CAPÍTULO VII

27. En este mismo año de 1552, el padre Francisco Xavier, aviendo partido de la India a predicar el Evangelio a los chinas y dar a aquellos pueblos ciegos los primeros resplandores de nuestra santa fe, en la misma entrada de aquella provincia

33 ha movido e inspirado a nuestro muy Santo Padre AC

hispanus, in extremis *Navarrae Vasconum* finibus, qui gallos attingunt, nobili loco natus est, liberaliterque a parentibus educatus. Post primae aetatis incunabula atque doctrinae, studiorum causa Lutetiam Parisiorum se contulit, tantumque in eruditione profecit, ut aristotelicam philosophiam publice profiteretur². Quo tempore in Ignatium iisdem studiis vacantem incidit, et ad utiliorem philosophiam traductus, voluntatem suam cum illo societatemque coniunxit. In Italiam postea cum reliquis sociis venit, et multis laboribus in mendicitate ac peregrinatione pro hominum institutione ac salute mira patientia et charitate susceptis, anno 1540 in Lusitaniam ab Ignatio, ut in Indiam navigaret, quo supra diximus modo³, missus est. Quo in itinere, cum non procul a patria transiret, eiusque consanguinei atque necessarii minime devii essent, ut eos salutandi gratia paululum de via declinaret adduci non potuit⁴.

28. Ex Lusitania, in qua se illis populis valde probaverat, septimo (ut diximus) aprilis, anni 1541, in navim Martini Alfonsi Sossae praetoris, cum duobus sociis Paulo Italo, et Francisco Mansilla lusitano, conscendit⁵. Qua in navigatione et longa et periculosa ita se gessit, ut aegris operam suam, sanis doctrinam impertiret, nostris navigationis normam relinqueret, omnibus denique admirationi atque exemplo esset. In Mazanbic⁶ (quod *Prasium promontorium olim nomen habuit*) sex menses classariis multis nautisque aegrotantibus operam suam diligenter dedit. Melinde, sarracenorum oppidum ac melindensis regni caput praetervectus, et Zocotoram (quam veteres *Dioscuriadam appellarunt*) sterilem insulam christianorum et asperam, atque in eis suae virtutis relinquens impressa vestigia, tandem 6 maii 1542 Goam appulit⁷, atque in pauperum hospitem domum primum divertit, in qua egenorum animis corporibusque curandis tempus traducebat. Mane hominum ad se venientium confessiones audiebat, pomeridianis horis eorum qui in vinculis et

6 Navarrae Vasconum] Cantabriae || 23 praetoris] proregis | et om. || 28 (quod — habuit) om. || 31-32 (quam — appellarunt) om.

² Obtento Magisterii artium gradu, Xaverius docuit philosophiam in collegio Beauvais, triennio cum dimidio, annis 1530-1534. FX I 139-205.

³ L. II, cap. XVI, p. 302; cf. l. III, cap. III, p. 376.

⁴ FX I 555-556.

⁵ *Epp.* ... *Rodericii* 521-523; EX I 119; FX I 699.

falleció. Este padre fue de nación español; nació en el reyno de Navarra de noble familia, fue criado con mucho cuydado de sus padres, y passados los años de la niñez, fue embiado a estudiar a París, donde aprovechó tanto en los estudios, que vino a leer públicamente la filosofía de Aristóteles²; y tratando con nuestro padre Ignacio, que estudiava en la misma facultad, aprendió dél otra más alta y divina filosofía, y determinó de juntarse y hermanarse con él, y vivir en su compañía en una misma manera de vida. Vino después con los otros padres, sus compañeros, a Italia, y aviendo passado muchos trabajos peregrinando, mendigando, sirviendo en los hospitales, predicando y ayudando en otras muchas maneras a los próximos, fue del B. P. Ignacio embiado de Roma a Portugal, para de allí passar a la India, el año de mil y quinientos y quarenta, de la manera que en el segundo libro contamos³. En esta jornada, passando muy cerca de su tierra, ni el amor de la patria, ni los ruegos de sus parientes y amigos no pudieron acabar con él que por verlos torciesse un poco el camino⁴.

28. Llegado a Portugal, fue muy bien recebido de aquellos pueblos, y muy amada y aprovada de todos su vida y dotrina. De allí se partió (como diximos) el año de 1541, y se hizo a la vela a los siete de abril en la capitana del governador, Martín Alonso de Sosa, llevando consigo dos compañeros, que se dezían el uno Pablo, que era italiano, y el otro Francisco Mansilla, portugués⁵. En esta navegación, larga y peligrosa, se huvo de tal manera el padre Francisco, que a los enfermos con su industria y trabajo y a los sanos servía con su enseñanza y dotrina, a los presentes dava edificación y a los nuestros, que después le avían de suceder, dexó un modelo de cómo se han de aver en semejantes navegaciones, y a todos exemplo y admiración de sí mismo. Invernaron en Moçambique⁶ aquel año, antes de llegar a la India, y en seis meses que se detuvo el armada en aquellos ásperos y malsanos lugares, sirvió con singular caridad y diligencia a los enfermos della, assí soldados como marineros. Dexó señales vivas de su virtud en Melinde, ciudad de moros y cabeça de aquel reyno, y también en Zocotora, que es una isla de christianos, pero muy estéril y fragosa. Y finalmente, a los seis de mayo de mil y quinientos y quarenta y dos, llegó a la ciudad de Goa⁷. Allí se fue a vivir al hospital de los pobres, en el qual

⁶ Moçambique. De modo scribendi hoc et sequentia nomina v. quae dicuntur in *Censura* patris Ferrerii, *Censurae*, nº 5.

⁷ EX I 2* 119.

carcere erant; *tum* pueros christianis institutionibus imbuebat. Dominicis diebus *elephantiasi* etiam foedoque et tetro morbo
 40 laborantes extra urbem positos invisebat, et eorum dolorem sua caritate mitigabat.

29. Quibus rebus universa goensi civitate commota, in eum Indiae tractum, qui Pescheria *vulgo a margaritarum piscatu* vel Comurini promontorium appellatur, deinceps contendit. Ibi magnam hominum vim ab infidelitatis tenebris ad Christi lucem
 45 convertit et lacte integrae doctrinae nutrit, et a quibus in posterum etiam alerentur praeceptores reliquit, constitutis in eo tractu ecclesiis supra quadraginta ⁸. In *Masacar* deinde profectus, duos reges, et ingentem cum eis populi multitudinem ad Christi
 50 fidem perduxit ⁹.

30. In *urbe Malaca in primis nobili*, deinceps aliquandiu fuit, sui omnino similis; ex qua in Maluccas insulas delatus, in ipso Malucco oppido ¹⁰ innumeros pene infantes baptizavit ¹¹. reliquos ita docuit, ut foeminae, matres, pueri, senes divinae legis
 55 praecepta passim cantarent; et piscator in mari, colonus in agro, christianae fidei decantarent rudimenta. Ipse vero, praeter occupationes quibus interdum assiduis distringebatur ac perpetuis, de nocte tintinnabulo populum vicatim excitabat et voce monebat, ut animis quae in purgatorio expiantur suis opem precibus ferrent. Posthac septem in Amboino pagos christianorum
 60 nomine potius quam re, circumlustravit, et ad *verae* pietatis formam instituit ¹².

31. Cum autem intellexisset in insula Mori, Malucco proxima, magnam indigenarum copiam esse, quorum maiores olim

³⁸ *tum om.* || ³⁹ *elephantiasi*] leprosos || ⁴³ *vulgo — piscatu om.* || ⁴⁴ *Comurin* || ⁴⁸ *Masacar*] *Machacar* || ⁵¹ oppido Malacca | in — *nobili om.* || ⁶⁰ *ferret* || ⁶¹ *veram*

⁸ Vide *Censuram* patris Teixeira, infra n° 8, annot. 10, et *Censuram* patris Valignano, infra *Censura* n° 9, annot. 6.

⁹ Macassar (Celebes). Eo Xaverius contendere quidem voluit, sed a proposito desistere debuit. EX I 4*. Cf. *censuram* Teixeirae, annot. 13. Duo

empleava su tiempo en curar los cuerpos y las almas de los dolientes. Por la mañana confessava a los que le venían a pedir confesión, a la tarde a los presos y encarcelados, y enseñava a los niños la doctrina christiana. Los domingos y fiestas salía fuera de la ciudad e yva a visitar con su caridad a los leprosos y otros enfermos de enfermedades contagiosas, y dexávalos consolados. 50

29. Aviéndose ocupado en estas obras algún tiempo, y hecho como su provación y noviciado y causado grande maravilla de sí en Goa, se passó a aquella parte de la India que llaman la Pesquería, o Cabo de Comorín, donde convirtió grande número de infieles, sacándolos de las tinieblas de la infidelidad y trayéndolos a la luz del Evangelio, y enseñóles los principales misterios de la fe. Aviendo fundado en aquella comarca más de quarenta yglesias⁸ y dexándoles maestros que los acabassen de enseñar e instruyr, se passó a Mazacar y allí truxó a la fe de Jesu Christo dos reyes, y con ellos una gran multitud de sus pueblos⁹. 55 60

30. El mismo oficio hizo después en Malaca, y de allí se fue a las islas Malucas, no por codicia de las especerías que otros van a buscar, sino por las perlas y joyas de tantas almas que veía perecer. En el pueblo que se dize Maluco¹⁰ fueron sin número los niños que bautizó¹¹, y dexó tan arraygada y plantada en los coraçones de la gente la doctrina christiana, que hombres y mugeres, niños y viejos cantavan por las calles los mandamientos de la ley de Dios, y el pescador en su barca y el labrador en su labrança hazían esto por su entretenimiento y recreación. Y el buen padre, no contento con averse fatigado todo el día con el peso de tantos trabajos y ocupaciones, tomava cada noche una campanilla y yva con ella por las calles despertando al pueblo y amonestando a todos en alta boz que rogassen a Dios por las ánimas de purgatorio. Después anduvo visitando siete lugares de christianos en Amboyno¹², que no tenían otra cosa de christianos sino el nombre, y redúxolos todos al conocimiento y amor de la doctrina y vida christiana. 65 70 75

31. Oyó allí dezir que estava cerca de Maluco una isla llamada del Moro, donde avía gran número de personas, cuyos antepassados avían sido bautizados, mas, muriéndoseles los sacerdotes que los avían bautizado, se avía ya casi perdido la memoria sin 80

reges, de quibus hoc loco mentio fit, non a Xaverio in fidem conversi sunt. Vide censuram Teixeirae (nº 8) annot. 15.

¹⁰ Ternate. EX I 375.

¹¹ Circiter 1200. Ibid. annot. 6.

¹² Horum oppidorum nomina v. in EX I 323 17.

65 Christi baptismum suscepissent, et mortuis iis, a quibus fuerant
 initiati sacris mysteriis, deserti ab omnibus remansissent, atque
 ex eo tempore propter truculentam ipsorum hominum barba-
 riam et certum vitae periculum, ad illos accedere ausum fuisse
 neminem, eo Franciscus ire constituit, tum ut eorum, tum ut
 70 suae salutis consuleret. Nanque iudicabat, magnam esse illorum
 spiritalem atque adeo extremam necessitatem, cui ipse subvenire
 atque opitulari deberet, etiamsi vita ei esset in ea reponenda.
 Illud enim meditabatur attentius Domini verbum: « Qui amat
 animam suam, perdet eam, et qui perdiderit animam suam prop-
 75 ter me, inveniet eam »¹³. Quem Evangelii locum legentibus aper-
 tum videri, experientibus affirmabat obscurum¹⁴.

32. Est autem insula illa aspera, horrida, rebus ad vitam
 necessariis plane destituta, fremitu et horribili fragore remu-
 giens, maximis terraemotibus, iisque pene quotidianis contremi-
 80 scens. Indigenarum porro non mores hominum, sed monstra quae-
 dam ferarum immanium, quibus nimirum nullus ludus iucundior
 est, quam caedes hominum et trucidatio. Si alienis nequeunt mor-
 tem inferre, non mariti uxoribus parcunt, non parentes filiis,
 non filii parentibus; eosque ipsos senio iam confectos filii inter-
 85 ficiunt *eisque vescuntur, et in eum usum* sibi vicissim accom-
 modant.

33. Cum autem plurimi eius amici in apertum ipsum iudi-
 carent se conicere vitae discrimen, et propterea precibus illum
 et lacrymis retinere conarentur, in eiusque vita multorum sa-
 90 lutem repositam esse dicerent; ille tamen, qui summum in Deo
 praesidium suae vitae constitutum arbitrabatur, et sua morte
 multorum vitae prodesse optabat, ab instituto cursu revocari
 non potuit. Varia antidoti genera, quibus si opus esset, uteretur,
 amicis eisdem offerentibus (nam etiam venenis homines illi utun-
 95 tur) ne quid de excellenti illa sua in Deum spe amitteret, eadem
 animi virtute remisit. Eo profectus insulam peragravit, incolas,

⁸⁵ *eisque* — *usum*] et comedendos

¹³ Mt. 16, 25.

quedar en ellos rastro de fe. Porque ninguno osava ir a ellos ni tratarlos, por ser la gente tan bárbara y tan fiera y bestial, que no se podía tratar con ellos sin grandes trabajos y notable peligro de la vida. Determinó el padre Francisco Xavier de ir a esta isla, moviéndole no sólo el zelo de la salud de aquellas almas, pero también de la suya propia, porque juzgava que la necesidad espiritual que tenían era extrema, a la qual él estava obligado a socorrer, aunque fuesse a costa de su propia vida. Porque rumiava con atención y pensava aquellas palabras de nuestro Redentor: « Quien ama su vida la perderá y quien por mí la perdiere la ganará »¹³. El qual lugar del Evangelio dezía él que parecía claro a los que le leían y solamente miravan por de fuera las palabras, mas que era muy escuro a los que le quisiessen poner por la obra y experimentar¹⁴.

153. Proprium divinae bonitatis aiebat esse, ea vehementius defendere, quae a diabolo acrius oppugnantur; et firmius com-
 90 munire, quae hostis demoliri conatus est; laborisque quem repugnando ceperis magnitudinem, consequentis consolationis magnitudine compensare ²⁷.

154. Sanandis morbis, qui iidem videbantur omnino, diversas, interdum etiam adversas et contrarias adhibebat medicinas.
 95 Nam alium blande curabat ac suaviter, dure alium et severe; exitus tamen ostendebat semper eam curationem fuisse cuique adhibitam, quae optima cuique esset et accommodatissima. Atque huius excellentis divinaeque prudentiae ratio non una erat neque simplex, sed multiplex et varia ²⁸.

0 155. His vitiis curandis, quae inveteraverant penitusque in animis insederant, efficax in primis fuit. Sic enim in omnes partes versabat hominem, quem sanare vellet, tam varia multiplicaque remedia adhibebat, ut vix quippiam esset tam insitum, quod non evelleret. Modi autem, quibus utebatur, multi erant.
 5 In iis, crebra examinatio sui ipsius de ea re, quam emendare quisque vellet; idque statis horis et certis. Et ne examinatio memoria excideret, antequam cibum sumeret lectumve peteret, fido alicui certoque homini renunciare iuvebat, an examinationem illam ex praescripto fecisset. Observare alios, qui in eodem
 10 vitio sint, illosque admonere. Observari ab aliis et moneri. Poenam certam constituere, quam sibi toties infligeret, quoties deliquisset. Ipse vero pater, initio suae ad Deum conversionis, cum ad risum hominum aspectu commoveretur, verberibus risum de-

²⁷ Ib. n° 96 (I 583).

²⁸ Ib. n° 86 (I 579).

152. Tenía por cosa muy provechosa que, quando el hombre es gravemente tentado, tenga cabe sí quien le ayude y sustente con buenos avisos y consejos, para que no falten al alma defensores donde ay muchedumbre de demonios que le acometen y procuran derribar, y para que, como un clavo se saca con otro clavo, assí con un buen esfuerço de los amigos se vença el mal esfuerço de los enemigos. 30

153. Dezía que es propio de la divina bondad defender con mayor eficacia lo que el demonio combate con mayores fuerças, y fortalecer más lo que él más procura derribar, y pagar con soberanas consolaciones los trabajos que el hombre sufre en resistir y pelear con los enemigos²⁷. 35

154. Para curar las enfermedades y passiones que parecían ser unas mismas, algunas vezes solía aplicar muy diversas medicinas y contrarias; porque a unos curava con suavidad y blandura, y a otros con severidad y rigor; y el suceso mostrava que para cada uno avía sido la cura que se le hazía la más acertada. Y aun esta singular y divina prudencia que tenía, no era una ni usava della siempre de una misma manera, sino de muchas y muy varias²⁸. 40 45

155. Tuvo señaladamente eficacia y don maravilloso en curar los vicios que más envejecidos y más arraygados estaban en el alma; y al hombre que tomava entre manos, de tal manera le bolvía y rebolvía por todas partes, y usava con él de tantos y tan diferentes medios, que por maravilla avía cosa tan arraygada que no la desarraygasse y arrancasse. Eran muchos los modos de que usava para esto y, entre otros, era uno que el que se deseava emendar examinasse su conciencia muy a menudo y con examen particular en aquel vicio de que se quería emendar, y esto a ciertas horas y determinadas; y porque no se olvidasse, hazía al que desta manera curava que antes de comer y acostar diesse cuenta a alguna persona de confiança que él le señalava y le dixesse si avía hecho el examen cómo y cuándo se lo avía ordenado. Otro modo era que el que se quería emendar de alguna falta tuviesse cuenta con notar y amonestar a otros que tuviessen la misma falta que él y que otros tuviessen cuenta con notarle a él y avisarle. También aconsejava que se pusiesse el hombre cierta pena, la qual executasse en sí todas las vezes que cayesse en aquella falta de que se quería emendar. Y el mismo padre al principio de su conversión fue muy tentado de 50 55 60 65

50 manera] arte AC

pulit, quibus se toties ad numerum afficiebat, quoties vel leviter
 15 risisset ²⁹.

156. Dicebat innocentiam vitae ac sanctimoniam multum quidem per se valere et caeteris rebus omnibus longe praecellere, sed nisi cum prudentia agendique cum hominibus modo sit coniuncta, mancam fore atque infirmam, nec satis ad alios gubernandos idoneam; plusque saepe exquisitam prudentiam cum mediocri sanctitate in gubernatione efficere, quam cum minori prudentia maiorem sanctitatem. Et hoc quidem si de communi loquamur usu ac lege. Nam privilegia sanctorum extra ordinem sunt. Potest enim Deus et solet amicis atque electis suis beneficia magna saepe conferre, quae tanquam extraordinaria, in communem reliquorum ordinem cogenda non sunt.
 20
 25

157. Praeterea, non Dei tantummodo habendam esse rationem docebat, sed etiam hominum propter Deum ³⁰. Quod sic explicabat. Ut quoniam in hac vita spectatorem non solum Deum
 30 habemus et agonothetam, sed etiam «spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus» ³¹; provideamus «bona, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus» ³² demusque operam ac connitamur, ut Deo nos quidem primum ac prae caeteris omnibus probemus, (de cuius vultu prodit verum
 35 iudicium), sed deinceps etiam hominibus propter ipsum Deum. «Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum» ³⁴.

158. Item non tantum id respiciendum quod Dei zelus per se exposcit, sed hunc ipsum zelum ad proximorum utilitates exigendum ac conformandum. Quod tunc demum verus Dei zelus
 40 ac secundum scientiam sit, si aliorum fructibus serviat et ad Dei gloriam fratrum etiam salutem adiungat; eamque in Deo ipso intuens ac perquirens, Deum ipsum in se (ut ita dicam)

16-27 Dicebat innocentiam — odium, atque invidia om.

²⁹ Ib. n° 24 (I 542).

³⁰ Hoc dixit agens de quaestione utrum carcer induendus esset in Societate. *De actis*, n° 30 (II 338); FN III 633, cf. ib. 228.

³¹ 1 Cor. 4, 9.

la risa, y venció esta tentación a puras diciplinas, dándose tantos açotes cada noche quantas eran las vezes que se avía reído en el día, por liviana que huviesse sido la risa ²⁹. 70

156. Dezía que la virtud y santidad de la vida son mucho y valen mucho para con Dios y para con los hombres, y que no ay cosa en la tierra que se les pueda igualar; pero que no basta para regir a otros la santidad sola, sino que es menester acompañarla y esforçarla con la prudencia, si queremos que el gobierno ande como ha de andar. Y esto en tanto grado, que muchas vezes los más santos y menos prudentes aciertan y acaban menos cosas que los que son prudentes y menos perfetos, con tal que tengan la virtud bastante y necessaria. Y esto hablando regularmente, porque los privilegios de los santos son extraordinarios, y Dios nuestro Señor les puede y suele hazer mercedes y favores fuera de la regla común. 75

157. Enseñávanos y persuadíanos que no tuviésemos solamente cuenta con Dios sino también con los hombres por el mismo Dios ³⁰, lo qual declarava desta manera. Que, pues en esta vida no solamente tenemos a Dios nuestro Señor presente para mirar y galardonar nuestras obras, sino que (como dize el Apóstol) tambien somos espectáculo de los ángeles y de los hombres y de todo el mundo ³¹, procuremos (como dize el mismo Apóstol en otra parte) ³² todo lo bueno y lo sigamos, y abracemos así lo que es tal delante de Dios como delante de los hombres. De manera que trabajemos primera y principalmente de agradar a Dios nuestro Señor, de cuyo rostro (como dize el Profeta) sale el verdadero juicio ³³, y después procuremos también de agradar a los hombres, quitándoles de nuestra parte toda ocasión de vituperar y tener en poco nuestro ministerio (como dize el mismo Apóstol) ³⁴, porque el mismo Dios así lo manda y lo quiere. 80 85 90 95

158. También dezía, a este propósito, que no avemos de mirar solamente lo que pide el zelo fervoroso que algunos tienen de la gloria de Dios, sino que este mismo zelo se ha de regular con el provecho de los próximos. Porque entonces será verdadero zelo y agradable a nuestro Señor, si sirviere al bien de muchos, y si mirando a Dios y buscando su gloria dexare alguna vez al mismo Dios en sí por hallarle en sus próximos, conforme a lo que el mismo Señor dixo: « Misericordia quiero yo y no 5

²⁹ Rom. 12, 17.

³⁰ Ps. 16, 2.

³⁴ 2 Cor. 6, 3.

propter Deum in proximis aliquando relinquat. « Misericordiam (inquit) volo, et non sacrificium »³⁵. Et « si offers munus tuum ante altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet ali-
 45 quid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum »³⁶. Ex quo multa facienda, multa fugienda sunt, hominum non perverso iudicio, ut eorum saluti consulamus. Ipse autem Ignatius nonnulla se in nostra Societate instituturum fuisse dicebat, Deum
 50 tantummodo spectantem; a quibus tamen abstinebat, propter hunc quem ad homines, Dei causa, habebat respectum³⁷.

159. Patrem Cornelium Brughelmam³⁸, flandrum, in recitandis divinis precibus anxie nimis laborantem, et totum ferme diem scrupulose collocantem, hac ratione sanavit Ignatius. Iussit
 55 ut preces ad horologium arenarium recitaret, et in eis universe recitandis non plus temporis poneret, quam quantum alii patres consueverant; quo tempore consumpto, si qua forte pars ad totum officium divinum explendum deesset, eam ille eo die prætermitteret. Cornelius vero, veritus ne quam partem omittere co-
 60 geretur, dabat operam diligenter ne sibi tempus deesset. Vehementius enim angebatur, si quid omnino relinqueret, quam si quid minus (ut sibi videbatur) attente ac devote pronunciaret. Ita scrupulus minor, maiori scrupulo, quasi clavus clavo exemptus est³⁹.

65 160. Adolescens quidam Germanus, nostrae Societatis novitius, tam graviter aliquando vexatus est, ut de mentis constantia deiiceretur. Ad illum sanandum, nihil non tentatum ab Ignatio est, sed nullo successu. Sic enim obfirmato erat animo, ut omnibus consiliis aures occluderet, omnibus machinis impenetrabilis
 70 resisteret. Sed miserum adolescentem, fraudulentè circumventum ab veteratore humanique generis hoste atque irretitum videns, conatum diaboli suo Ignatius conatu, pertinaciam constantia, caliditatem caritate vincendam existimavit. Rogat novitium ut aliquot dies domi adhuc maneat, ea conditione, ut Societatis om-
 75 nibus solutus legibus, suo arbitrato vivat, dormiat, vigilet, edat, bibat, in otio denique atque in negotio ad suam voluntatem sit;

³⁵ Osee, 6, 6.

³⁶ Mt. 5, 24.

³⁷ Vide annot. 30.

³⁸ Cornelius Brogelmans († 1578). FN II 480 1.

sacrificio »³⁵. Y en otro cabo: « Si ofrecieres tu ofrenda y estuvieres ya delante del altar y allí se te acordare que tu hermano tiene alguna queixa contra ti, dexa tu ofrenda delante del altar y ve a pedir perdón y a pacificarte con tu hermano, y después vuelve a ofrecer a Dios lo que querías »³⁶. Assí que muchas cosas 10 hemos de hazer y muchas dexar de hazer por el parecer y juicio de los hombres (con que no sean pecado) por el bien y provecho de los mismos hombres. De donde dezía nuestro B. P. que si él mirara solo a Dios, ordenara algunas cosas en la Compañía, las quales dexava de ordenar por este respeto que tenía a los 15 hombres por amor del mismo Dios³⁷.

159. Avía un Padre en la Compañía muy siervo de Dios que se llamava Cornelio Bruggelman, flamenco de nación³⁸ el qual era muy escrupuloso en rezar el officio divino y gastava casi todo el día en él, porque nunca le parecía que avía rezado 20 bien. Sanóle desta enfermedad nuestro B. P. de la manera que aquí diré. Ordenóle que rezasse sus horas en tanto tiempo precissamente en quanto comúnmente las rezavan los demás, y que midiesse este tiempo con un relox de arena que le mandó dar, y que si, acabado aquel tiempo, le faltasse alguna hora o horas 25 por rezar, las dexasse aquel día y no hiziesse caso dello. El buen padre Cornelio, por no dexar hora por rezar, dávase priessa para acabar todas las horas en aquel tiempo que el padre le avía limitado. Y tenía mayor escrúpulo de dexar de rezar, que no de rezar algo apressuradamente; y assí venció el escrúpulo menor 30 con otro mayor, y sacó (como dizen) un clavo con otro clavo³⁹.

160. Un novicio tudesco fue una vez tan gravemente tentado y acozado del enemigo, que en fin se dexó vencer y sé determinó de salirse de la Compañía. Apiadándose de su ánima nuestro B. P. Ignacio, procuró de reducirle y de apartarle de aquel mal 35 propósito que tenía; mas el novicio estava tan obstinado y tan fuera de sí, que no abría camino para entrarle. El padre no se espantó de su terribilidad, ni se cansó con su pertinacia, sino que quiso pelear con el enemigo que le traía engañado, usando de la prudencia contra su astucia y de la caridad contra su ma- 40 licia. Rogó al novicio que se detuviesse algunos días en casa, con condición que en ellos no estuviesse sujeto a regla ninguna, sino que durmiesse y bebiesse, trabajasse y holgasse a su voluntad, y assí ordenó que se hiziesse. Aceptó el novicio el partido,

43 durmiese, velase, comiese y bebiese ACDE

³⁹ *Dichos y hechos*, II n° 2 (II 480).

idque ut ita fieret, ministro domus praecepit. Accepit conditionem adolescens, se sibi permisit, libere coepit vivere, quasi exolutus regularum vinculis, quibus se dolebat constrictum. Sed hac
 80 *remissione animi, hac Ignatii benignitate quasi respiravit, atque ita immutatus est, ut illum sui puderet pigeretque, et poenitentiae suae poenitentiam agens, ab eius patris amplexibus deinceps nollet discedere, cuius tantam in se experiebatur caritatem*⁴⁰.

161. *Doctor erat quidam Lutetiae egregius, quem Ignatius*
 85 *Christo cupiebat lucrifacere. Multis rebus frustra tentatis, ipsum aliquando uno socio comitatus (a quo haec accepimus), domi suae convenit. Animum relaxantem, et sese honesto quodam lusu oblectantem offendit. Erat autem lusus globulorum, qui super mensam certa quadam ratione iaciuntur. Et ille, ut laxamento*
 90 *suo forte excusationem praetexeret: — Opportune inquit, Ignati, advenis, ut una mecum ludas —. Negavit Ignatius se lusus illius consuetudinem habere aut artem. Ille instare, urgere, efflagitare, ut una ludat animi causa. Cum molestus esse pergeret, et vim propemodum afferret: — Ludam, ait Ignatius, tecum, sed serio,*
 95 *atque ea conditione, ut si vincar, aliquid tua causa faciam; sin vincam, tu vicissim facias mea —. Placuit conditio, et ita convenit inter illos, ut victus triginta dies victoris iussa faceret, et ad voluntatem illius honesta imperantis se accommodaret. Lusit Ignatius rudis, novus, inexpertus, neque enim globulos unquam*
 0 *in manus sumpserat; et ita lusit, ut doctorem sursum deorsum versaret; neque unquam in mensa pateretur consistere, vel unam manum lucrari. Ad quem Ignatii socius identidem dicebat: — Domine Doctor, digitus Dei est hic —. Victus itaque est, deditque*
 5 *hominem hortatus est, ut se ad tempus colligeret, et per triginta dies vacaret sibi exercitationibus spiritualibus (aliis curis abiectis) se penitus dederet. Quod et fecit, magna vitae mutatione hominumque admiratione.*

162. *Ferventes zelo religiosos et dissoluta omnia reformare*
 10 *cupientes sic interdum reprimebat, ut diceret: Illud in huius-*

⁴⁰ Dichos y hechos, II, n° 3 (II 482).

començó a vivir aquellos días con libertad y alegría, parecién- 45
 dole que avía salido de aquella sujeción de campanilla y del
 ahogamiento y apretura de reglas con que antes estava aprisio-
 nado y cautivo, y poco a poco vino a ensanchársele el coraçón
 y bolver en sí y a enojarse consigo mismo y avergonçarse de
 su liviandad, y arrepintiéndose de averse arrepentido, pidió al 50
 padre que no le echasse de sí, y perseveró en la Compañía 40.

161. En París avía un doctor teólogo, al qual desseó mucho
 nuestro B. P. ganar y traerle al conocomiento y amor perfeto de
 Jesuchristo; y aviendo tomado para ello muchos medios sin
 provecho ninguno, fue un día a visitarle a su casa con un com- 55
 pañero, que contó lo que aquí escribo. Halló al doctor passando
 tiempo y jugando al juego de los trucos, el qual como vio al
 padre, o para escusar lo que hazía, o para echarlo en palacio,
 començó a pedirle con mucha instancia que jugasse con él, pues
 Dios le avía traído a tan buen tiempo; y como él se escusasse y 60
 dixesse que ni él sabía jugar, ni avía para qué tratar dello,
 insistió más e importunóle con más ahinco el doctor, diciendo
 que no avía de ser otra cosa. Hízole tanta fuerça, que en fin le
 dixo el padre: — Yo jugaré, señor, con vos y haré lo que me
 pedís, pero con una condición: que juguemos de veras, y de 65
 manera que, si vos me ganáredes, yo haga por treinta días lo
 que vos quisiéredes, y si yo os ganare, vos hagáis lo que yo os
 pidiere por otros tantos días —. Plugo esto al doctor; començaron
 a jugar, y aunque nunca avía en los días de su vida tomado en
 las manos aquellas bolillas, ni jugado tal juego, començó el padre 70
 a jugar como si toda su vida no hubiera hecho otra cosa, sin
 dexar ganar una sola mano al doctor; al qual de rato en rato le
 dezía el compañero: — Señor doctor, este no es Ignacio, sino el
 dedo de Dios que obra en él para ganaros para sí —. En fin,
 perdió el doctor y quedó ganado. Porque a ruegos de nuestro 75
 B. P. dio de mano a todos los otros cuydados y se recogió por
 unos treinta días y hizo los ejercicios espirituales con tan grande
 aprovechamiento y mudança de su vida, que fue de grande
 admiración para todos el verla y el saber el modo que Dios
 nuestro Señor avía tomado para ganarle y traerle a aquel estado, 80
 començando de burlas y haziendo que las burlas parassen en
 veras.

162. Quando veía nuestro B. P. Ignacio alguno de la Com-
 pañía muy zeloso y ferviente y desseoso de reformar los males

56 que contó] que me contó ACDE || 57 trucos] truques AC || 73 el compa-
 ñero de Ignacio AC

modi rebus in primis cogitandum, quid a nobis Deus in iudicio
 exiget; quarumnam rerum rationem reposcet, ut ad Dei iudi-
 cium, non ad nostrum sensum vitam instituamus. Exiget nimi-
 rum a nobis Deus vitam nostrae vocationi consentientem, et reli-
 gioso homine ac privato dignam; ut vere contemptores mundi,
 20 « spiritu ferventes, orationi instantes simus »⁴¹, et nostri insti-
 tuti muneribus strenue vacantes. Reliqua quae huc non perti-
 nent, neque in nostra potestate sunt, quibus Deus non commisit,
 eorum ab iis rationem non poscet. Quamvis etiam desiderio divini
 honoris ardere, et precibus instare, et si quando res ferat, ho-
 25 mines, in quorum potestate illa sunt, etiam urgere debeamus.

163. Anno Domini 1554 venit Romam ex Orientis Solis In-
 dia Andraeas Fernandez, lusitanus⁴², probatae virtutis vir, a
 Francisco Xavier ad Ignatium missus, ut eum de rerum Indi-
 carum statu plenius doceret ostiumque magnum nostris, ad mul-
 30 tarum gentium conversionem, apertum esse diceret, si qui forte
 Dei amore inflammati, ac divinae gratiae robore, suique con-
 temptione muniti in eas oras proficiscerentur. Fecit Andraeas
 a Francisco quod fuerat iussus sane diligenter, mandata expo-
 suit, auxilia novosque milites postulavit ab Ignatio, responsum
 35 tamen certum nullum retulit. Tum Andraeas me adhibuit de-
 precatorem, orans obsecransque eius ut causam susciperem, quam
 Deo fore gratissimam sperabat. Negotium suscepi, egi cum Igna-
 tio, qui me audito aliquantisper sese collegit, et gravi severoque
 vultu haec tantum: — Non minus, inquit, Petre, opus est bonis
 40 operariis atque strenuis, iis quidem calamitosissimis temporibus
 ad Christi fidem in Europa conservandam, quam ad illam fe-
 rendam in remotissimis illis regionibus —. Atque utinam haec
 Ignatii verba vera esse, non tam nostro malo experiremur. Illo
 enim ex tempore, magnas Ecclesiae Catholicae ruinas videmus,
 45 multas provincias haereticorum furore conquassatas, serpere quo-
 tidie magis contagionis venenum, et incorruptas atque integras

⁴¹ Rom. 12, 11-12.

⁴² Natus in Campo Maior (Elvas) ca. 1518, ingressus a. 1550 in Ormuz, ubi militiam exercebat, a. 1553 missus a Xaverio in Europam ut negotia missionis procuraret. Coadiutor temporalis formatus mense octobri 1553 (FN

públicos que cada día vemos en el mundo, solía dezir que lo que 85
 el hombre en semejantes cosas ha de hazer es pensar atentamente
 de qué le pedirá Dios cuenta el día del juyzio y aparejarse para
 ella, viviendo de manera que la pueda dar sin recelo. Pedirános
 nuestro Señor cuenta (dezía él) de nuestra vocación y estado, si,
 como buenos religiosos, tuvimos menosprecio del mundo y fervor 90
 de espíritu, si fuýmos abrasados de caridad, amigos de la
 oración y mortificación, solícitos y cuydadosos en confessar y
 predicar y exercitar los otros ministerios de nuestro instituto.
 Desto nos pedirá Dios cuenta, y no si reformamos lo que no está
 a nuestro cargo. Aunque devemos arder de desseo de la honra y 95
 gloria de nuestro Señor y hazerle fuerça (por dezirlo assí) con
 nuestras continuas y abrasadas oraciones, suplicándole que Él
 mueva con su espíritu a los que lo han de remediar, y también,
 quando se ofreciere la ocasión, hablar y solicitar a los governa-
 dores de la república, para que hagan su oficio y quiten los 0
 escándalos públicos que en ella se veen.

163. El año de 1554 vino a Roma de la India Oriental el
 hermano Andrés Fernández, hombre de mucha virtud ⁴². Embióle
 el padre Francisco Xavier para que informasse a nuestro padre 5
 Ignacio de las cosas de la India, y le pusiesse delante la puerta
 que nuestro Señor avía abierto a la conversión de aquella gentili-
 dad, y las muchas provincias y reynos que se avían descubierto
 de gente ciega y sin conocimiento de Dios, y el aparejo que
 tenían para recibir el resplandor del evangelio, si huviesse hom- 10
 bres de la Compañía que, encendidos del amor divino y armados
 con la fuerça de su gracia y con el menosprecio de sí mismos,
 fuessen a manifestarle, y para que pidiesse gente de socorro.
 Hizo su oficio el hermano Andrés con mucho cuidado algunas
 vezes, mas el padre nunca le respondió cosa cierta. Rogóme el 15
 hermano que yo tratasse este negocio con nuestro padre, lo qual
 yo hize, y después que le huve propuesto mis razones, recogióse
 él un poco dentro de sí y respondióme con un semblante grave y
 lloroso solas estas palabras: — Yo os digo, Pedro, que no tenemos
 menos necesidad de buenos obreros en estas partes para conservar 20
 la fe que en la India para plantarla de nuevo —. Las quales pala-
 bras quán verdaderas ayan salido, no ay para qué yo lo diga, pues

I 66*). Romam pervenit mense octobri a. 1554. Anno 1558 iterum venit.
 Comitatus est Gundisalvum de Silveira, post cuius martyrium (15 martii
 1561) in Indiam rediit. Goae vita functus est anno 1598. *Epp. Xaverii*,
 II 343 1. De scopo eius missionis v. litteras Xaverii datas Goae, 7 aprilis
 1552: ibid. 342-352. Cf. 365.

etiam nationes inficere. Opprimat hanc flammam Domini misericordia, et babylonicum incendium nostris peccatis excitatum, vento roris gratiae suae stante, benigne restinguat.

50 164. *Atque ex iis tot tantisque, quas Catholica Ecclesia patitur, calamitatibus ac ruinis, natum puto affectum illum pietatis in Ignatio, et incensum sanctae Inquisitionis tribunali omnibus in rebus obsequendi serviendique desiderium. Nam cum animadverteret avitam religionem et catholicam fidem, Christi*
 55 *sanguine et Apostolorum doctrina fundatam, a truculentis sacrilegisque fidei hostibus, nostra aetate, omnibus machinis pertinaciter oppugnari, et gravissimos atque sapientissimos viros, qui consilio supremo fidei praesunt, quasi in vigilia quadam stare, luporum rabiem arcere, et sanctissimae fidei propugnationem suscipere; dabat operam, ut eius tribunalis auctoritatem ad*
 60 *fidem ipsam tuendam apprime necessariam, quam maxime posset per se et per suos conservaret. Quamobrem, quaecunque ipsi negotia sese offerebant ad Inquisitionis officium pertinentia, tametsi a summo pontifice ea impetrare minimo negotio poterat,*
 65 *semper tamen ad ipsos fidei quaesitores reiecit, per eosque confici voluit, quemadmodum multis exemplis explicare non esset difficile, quae brevitatis causa omitto*⁴³.

165. *Considerans varia, multiplicia et gravissima nostri instituti ministeria, et quam plena difficultatibus ac periculis sit*
 70 *cum hominibus omnis generis atque ordinis tractatio, illos sentiebat ad Societatem nostram minus habiles, qui non satis essent saeculi officiis et negotiis idonei; illos vero aptos et nostro instituto congruentes, qui industria et dexteritate quadam etiam in saeculo florere possent, aliisque ingenii muneribus antecellere.*
 75 *Haec enim illi sive adiumenta naturae, sive ornamenta, a saeculi vanitate ad Christi veritatem transferentes, utiliores religioni nostrae (quae multum in actione etiam sita est) atque accommodatiorum plerumque existunt. Idque ipsa experientia comper-*
 80 *tum est*⁴⁴.

166. *Ut nihil est quod tranquillum religionis statum magis labefactet atque evertat quam discordia, ita nihil est quod maiorem religiosis ipsis notam inurat, eosque vulgo magis despectos*

⁴³ Inquisitio romana ab Ignatio promota est. Vide l. III, c. VII, p. 398.

lo vemos, y lloramos el estrago grande que por nuestros pecados en tantas y tan excelentes provincias de la christianidad ha hecho el furor infernal de las heregías. Nuestro Señor, por su misericordia, se apiade de su Yglesia, y apague con el rozío y fuerça de su gracia este incendio del horno de Babilonia que vemos tan encumbrado. 25

164. De aquí creo que nacía el respeto grande que tenía nuestro B. P. al santo Oficio de la Inquisición, procurando en todas las cosas su autoridad, tan necessaria para la defensa y conservación de nuestra santa fe católica; y por esta causa, ninguna cosa que se le ofreciese tocante al santo Oficio, por más llana que fuese y de más caridad y más fácil de alcançar de los sumos pontífices, nunca quiso tratarla sino remitirla al mismo tribunal, intercediendo con él para que se despachasse por él lo que a la gloria de Dios nuestro Señor más convenía; como lo podría declarar con particulares exemplos, que dexo por guardar mi acostumbrada brevedad ³⁸. 30 35

165. Considerando la variedad e importancia de los ministerios de nuestro instituto y las dificultades y peligros que ay en tratar con tantas suertes de gentes, dezía que el que no era bueno para el mundo tampoco lo era para la Compañía, y que el que tenía talento para vivir y valerse en el siglo, esse era bueno para nuestra religión. Porque perficionada la industria y habilidad y otras buenas partes que semejantes personas tienen con el espíritu de la religión, pueden ser provechosas y eficazes para muchas cosas del servicio de nuestro Señor, como la experiencia nos lo enseña ⁴⁴. 40 45

166. También dezía que assí como no ay cosa más pestilencial para la Religión que la poca unión y concordia entre sí de los

28-38 Da aquí — brevedad del. N

⁴⁴ Cf. *Dichos y hechos*, V 82 (II 494); FN III 611 n° 3. Cf. *Const.* p. I, c. II; *MI Epp.* III 499-501.

reddat, quam si discordes inter se sint, atque esse intelligantur ⁴⁵.
 Num caritas si absit, quae vita est religionis, mortuae virtutes
 85 omnes religiosae ac sine vita sint, necesse est.

167. Coadiutorem quendam ex nostris, qui negligentior in
 re quapiam fuerat, me praesente interrogavit Ignatius: — Quid
 spectas? quid quaeris in religione? quem ad finem actiones tuae
 referuntur? — Ille Deum se spectare respondit, Deum se habere
 90 finem, cuius causa omnia faceret. Tum Ignatius: — Si Deus,
 inquit, propositus tibi finis est, graviter certe mulctaberis. Nam
 mundo servire ac vanitati indiligenter, haud magnum sane cri-
 men est; Deum vero spectantem oscitanter aliquid facere atque
 ignave, intolerabile est — ⁴⁶. « Maledictus, inquit, qui opus Dei
 95 facit negligenter » ⁴⁷.

168. Perpaucos, ac fortasse vix ullum esse dicebat, qui per-
 fecte intelligat, quantum Deo volenti in eo operari, ipse impe-
 dimento sit, quantumque Deus in nobis efficeret, nisi a nobis
 ipsis impediretur ⁴⁸.

0 169. Inter commoditates, quas multas ac peregregias devo-
 tus augustissimum corpus Domini Iesu percipiendi ac frequens
 usus secum affert, illam esse eximiam, quod digne communican-
 tem ita virtute Sacramenti confirmat ut ne in peccatum grave
 labatur, aut si humana imbecillitate victus cadat, brevi certe a
 5 peccato resipiscat ⁴⁹.

170. Tanti aestimabat persecutiones ac vincula, quibus pro
 Christo fuerat vexatus atque constrictus, et eo numero ponebat,
 ut aperte diceret, si quae a Deo creata sunt omnia, altera in
 parte staterae collocarentur, in altera carcer, catenae, probra,
 10 vix illa omnia prae istis momentum ullum apud se habitura. Ne-
 que vero creatam ullam naturam posse laetitiam talem in anima
 procreare, quae aequare possit gaudium illud Spiritus Sancti et
 purissimam alacritatem, quam eorum mentibus infundit Domi-
 nus, qui multa magnaue pro eius amore pertulerunt ⁵⁰. Ex quo
 15 interrogatus a patre quodam ⁵¹, quaenam esset compendiosissima

⁴⁵ FN III 634.

⁴⁶ Dichos y hechos, II n° 3 (II 480), ubi refert aliqua adiuncta. Cf.
 FN III 635 n° 2.

⁴⁷ Jer. 48, 10, ubi dicitur « fraudulenter ».

⁴⁸ Dichos y hechos, II 5 (II 481) ubi dicitur hoc desumptum esse ex
 Ignatii epistula ad S. Franciscum de Borja: MI Epp. I 340.

que en ella viven, assí tampoco no ay cosa alguna que haga a los religiosos ser tenidos en menos y más despreciados de los hombres que el verlos entre sí partidos con parcialidades y vandos ⁴⁵. Y que faltando la caridad, que es la vida de la Religión, no puede aver virtud religiosa que tenga vida. 65

167. A un hermano coadjutor que avía sido descuydado en cierta cosa que le avía ordenado, el padre, delante de mí, le dixo: — Hermano ¿qué buscáis en la religión? ¿Qué blanco tenéis en ella? Lo que hazéis ¿ por quién lo hazéis? — Y como él respondisse que lo hazía por amor de Dios nuestro Señor, díxole 60 entonces: — Por cierto, que si lo hazéis por amor de Dios, que avéis de hazer una buena penitencia; porque servir al mundo con descuido no va nada en ello, mas servir a nuestro Señor con negligencia, es cosa que no se puede sufrir ⁴⁶; pues Él mismo dize que es « maldito el hombre que haze la obra de Dios negligente- 65 mente » ⁴⁷.

168. Dezía que avía muy pocos, y por ventura ninguno en esta vida, que perfetamente entienda cuánto estorva de su parte lo mucho que Dios nuestro Señor quiere obrar en él, y lo que obraría en hecho de verdad, si de su parte no le estorvasse ⁴⁸. 70

169. Entre los otros muchos y grandes provechos que trae consigo el comulgar a menudo devotamente, dezía que era uno muy señalado el no caer (por la gracia que el santo Sacramento comunica) en pecado grave o, ya que el hombre, vencido de la flaqueza, caiga, el levantarse presto dél ⁴⁹. 75

170. También dezía que todas las cosas del mundo juntas no tendrían en su corazón ninguna estima ni serían de momento, puestas en una balança, si se pusiesse en otra las mercedes que entendía aver recebido de nuestro Señor en las persecuciones, prisiones y cadenas que avía padecido por su amor; y que no ay 80 cosa criada que pueda causar en el ánima tan grande alegría, que iguale con el gozo que ella recibe de aver padecido por Christo ⁵⁰. Y assí, preguntado una vez de un padre ⁵¹, cuál era el camino más corto y más cierto y seguro para alcanzar la perfección, respondió que el padecer muchas y muy grandes adversidades 85 por amor de Christo —. Pedid, dixo, a nuestro Señor esta gracia,

⁴⁹ *Dichos y hechos*, II n° 6 (II 481).

⁵⁰ De amore persecutionum apud S. Ignatium v. FN I 98 177 262 460; II 51; III 151 384 389 588 625.

⁵¹ A P. H. Nadal. Vide FN II 481; III 588 n° [7] et cf. p. 547 n° [289]. *Práticas de Coimbra* (ed. NICOLAU) p. 108-109; MI *Epp.* X 307.

ad perfectionem via? respondit: Si multa adversa magnaue pro Christi amore patiare. Pete hanc gratiam a Deo. Nam cui Dominus hoc tribuit, multum tribuit; hoc enim uno beneficio, multa magnaue eius continentur beneficia. Ipse vero pater hanc ean-
 20 *dem gratiam et postulasse a Domino videtur, et impetrasse. Nam cum reliqui socii separati ab Ignatio essent et quietissime saepe viverent, simul atque Ignatius ad eos veniebat et cum ipsis agebat, tempestas aliqua contra omnes, et persecutionis procella repente excitabatur. Quod pater Iacobus Laynez saepissime ob-*
 25 *servavit, et simul ex eo coniecturam se capere aiebat, quanta Ignatii vis animi atque constantia, quantum rursus et quam implacabile daemonis in Ignatium esset odium atque invidia. Sed quoniam spiritalis prudentia Ignatii, in Exercitiorum spiritualium et in Constitutionum libris (de quibus antea diximus)*
 30 *maxime cernitur, e quibus peti possunt quae ad hunc locum pertinent, hac ommissa, quanta fuerit in illo rerum gerendarum prudentia videamus.*

DE PRUDENTIA RERUM GERENDARUM

CAPUT XI

171. Magnitudo illius animi cum summa erat prudentia, constantia cum egregia quadam moderatione coniuncta. Nam etsi
 5 in rebus magnis et arduis aegre divelli poterat ab eo quod semel rectum iudicasset, eratque acer et efficax in agendo¹; non tamen propterea, aut nimias celeritates suscipiebat, aut tarditates, sed festinabat lente, opportunitateque temporum observata, res maturabat, in omnibus excellenti temperatione utens. Ex quo vix
 10 ullus eius labor irritus, vix ullum non perfectum opus, in magnis etiam atque operosis fuit. In rebus suscipiendis saepissime videbatur nulla humana prudentia uti, sed divina tantum niti providentia; in exequendis tamen et ad finem perducendis omnes vias tentabat, ut inchoata perficeret; ea tamen cautione, ut non
 15 in humanis subsidiis (quae tanquam efficiendi instrumenta sumuntur) sed in Deo, bonorum omnium effectore, spem efficiendi defigeret; et, ut res cederet, laetissimo semper tranquillissi-

¹ *Lain.* n° 60 (I 140); *Memoriale*, n° 16 (I 563); n° 282b (I 693); n° 364 (I 727).

porque a quien él la haze, le haze muchas juntas que en ella se encierran —. Y parece que el mismo padre avía pedido y alcançado esta gracia de nuestro Señor, de ser perseguido y maltratado por su amor. Porque muchas vezes, estando los demás padres 90 solos sin él en grande quietud y bonança, luego que venía y se juntava con ellos, se les levantavan grandes tempestades y persecuciones, en qualquier parte que estuviessen. Lo qual notó el padre Laynez hartas vezes, ponderando por una parte la fortaleza y virtud deste bienaventurado padre, y por otra el odio que el 95 demonio le tenía.

DE SU PRUDENCIA EN LAS OTRAS COSAS

CAPÍTULO XI

171. Era la grandeza de su ánimo acompañada con una suma prudencia, y la constancia con una grande moderación y templança. En las cosas arduas y grandes no tornava atrás de lo que una vez avía juzgado ser bueno. Y en la execución era diligente y eficaz ¹, pero no se apressurava ni se dexava llevar de fervores arrebatados, ni tampoco se detenía, como frío o tardo en el obrar, mas con prudente moderación sazónava todas las cosas, dándoles la oportunidad que pedían, no dexando perder la ocasión quando se ofrecía, ni trayéndola de los cabellos. De donde venía a acabar qualquiera empresa, por alta y dificultosa que fuesse, y a no quedar frustrado su trabajo y sin provecho. Quien le veía emprender cosas sobre sus fuerças juzgava que no se governava por prudencia humana, sino que estribava en sola la providencia divina, mas en ponerlas por obra y llevarlas adelante usava todos los medios posibles para acabarlas; pero esto hazía con tal recato, que la esperança de salir con ellas no la ponía en los medios humanos que tomava como instrumentos de la suave providencia 5 10 15

1 De la prudencia en las cosas agibles M

moque animo esset². Multa instituebat, quorum consilia (quod occulta essent) aut rationi parum consentanea nonnullis, aut ad
 20 mirabilia certe videbantur; sed tamen eorum exitus, exquisitum spiritum reconditamque prudentiam declarabant Ignatii; qui ante languorem adhibuisset medicinam, cuique futura tam solerter praevisa fuissent et praecauta³.

172. *Atque haec quidem admirabilis atque divina prudentia,*
 25 *qua omnibus in rebus utebatur Ignatius, ex copioso illo ac coelesti lumine derivabatur, quo eius anima illustrata, non solum praesentia cernere, sed etiam futura prospicere videbatur. Apparet enim illi Deum ab initio universae Societatis progressum cursumque divinitus ostendisse; et quam suaves ac uberes fructus ex arbore quam ipse Ignatius plantabat et rigabat, dante incrementum Domino⁴, sancta Ecclesia perceptura esset. Idque tum ex aliis multis, tum ex iis quae subiiciam coniectare licet. Anno Domini 1540, cum Petrus Mascarenas, Ioannis tertii, Lusitaniae regis, apud Pontificem Maximum legatus, Ignatium ur-*
 30 *geret, ut ex decem sociis, sex in Orientis solis Indiam, ad regis sui voluntatem mitti pateretur; Ignatius (ut supra scripsimus)⁵ oratori respondit: — Si ex decem sex auferas, quotam obsecro partem reliquo orbi terrarum relinques? — Quasi pro certo haberet, exiguum illud paucorum sociorum semen spargendum brevi et per universum terrarum orbem disseminandum. Anno item 1549 mecum de Societatis nostrae statu atque incremento loquens, haec eadem verba mihi dixit: — Si decem annos vivemus, Petre, mirabilem Societatis quasi cursum videbimus. Vivemus dico? immo vero si tu vives, videbis; ego enim me tandiu victurum non puto —. Quod ut dixit ita certe factum est. Nam et ipse celerius vitae laboribus defunctus est, et septem tantum postea nondum integros vixit annos; et nos intra decem illos ab Ignatio definitos, mirificam Societatis augescentis propagationem, fructum, approbationem vidimus⁶.*
 40

50 173. *Accedit eodem, quod me audiente anno Domini 1555 dixit. Nam cum Collegium nostrum Romanum certas sedes non*

24-98 Atque haec — consecuta sunt om.

² Cf. sup. cap. IX, n. 126, annot. 27.

³ *Collectanea* n° [19], (II 418).

⁴ Cf. I Cor. 3, 6.

de Dios nuestro Señor, sino en solo el mismo Dios, que es autor 20
y obrador de todo lo bueno. Y con esto, como quiera que la cosa
le sucediese quedava él con suma paz y alegría espiritual².
Ordenava muchas cosas que, por ser las causas que le movían
ocultas, parecía a algunos que yvan fuera de camino, o a lo menos
que eran maravillosas y que ellos no las podían alcanzar, mas el 25
sucesso en estas cosas mostrava con cuánto espíritu y prudencia
se governava, pues avía aplicado la medicina antes que assomasse
la enfermedad, y avía prevenido y remediado con providencia el
daño que sin ella se pudiera seguir³.

172. Esta tan soberana prudencia que tenía en todas las 30
cosas le nacía de la abundante luz y resplandor del cielo con
que su ánima era ilustrada, por la qual parece que no solamente
veía lo presente, sino que nuestro Señor le dava a entender lo
por venir, y que le descubrió el dichoso successo que avía de tener
la Compañía y el fruto tan sabroso y copioso que del árbol que 35
él plantava y regava con el favor del mismo Señor se avía de
coger⁴, como de lo que aquí diré se puede sacar. Quando el año
de mil y quinientos y quarenta dixo a don Pedro Mascareñas,
embaxador del rey de Portugal, lo que arriba queda contado⁵;
— si de diez padres que somos van seis a la India ¿qué quedará 40
para el resto del mundo? — parece que sabía que aquella pequeña
semilla se avía de derramar por toda la redondez de la tierra.
Y el año de mil y quinientos y quarenta y nueve me dixo a mí, a
cierto propósito, estas palabras: — Si vivimos diez años, Pedro,
veremos grandes cosas en la Compañía. ¿Si vivimos? Si vivís vos 45
las veréis, que yo no pienso vivir tanto —. Y fue assí, porque él
no vivió los diez años, sino siete, aun no cumplidos, y en el dis-
curso de los diez años que él señaló fue maravilloso el progresso
y aumento y fruto que hizo la Compañía⁶.

173. También el año de mil y quinientos y cincuenta y 50
cinco, buscándose un sitio para el Colegio Romano, y diziéndole

43 me dixo a mí] dixo a un padre *corr.* N || 44 Pedro *del.* N

² Lib. II, cap. XVI, p. 300.

⁶ *De actis*, n° 48 (II 351).

*haberet, sed incertis, iisque conductitiis aedibus, vagaretur, et locus certus et ad collegium in Urbe constituendum idoneus quaereretur; monuit quidam eius familiaris*⁷ *Ignatium, ut aedes vicinorum professae domo proximas (quae multae erant atque amplae) coemendas curaret, in quibus collegium aedificaretur; multasque attulit commoditates, quas ea res habitura videbatur. Sed Ignatius totum illud spatium uni professae domui necessarium esse dixit. Cum ille instaret, et ingentem locum multarum domorum professorum capacem et collegiorum esse diceret; Ignatius: — Nunc quidem (ait) ita videtur, sed erit aliquando tempus cum haec una domus amplietur, et universum istum ambitum complexa, plus etiam soli requirat; citiusque dixerim duos passus ad necessarios usus adhuc defuturos, quam unum pedem superfuturum —. Neque tamen mirum est Ignatio Dominum praesignificasse felicem successum eius religionis, quam ipse, eodem Domino autore atque adiutore fundavit; quandoquidem multa alia ei praemonstrata videmus, quae longo post tempore futura erant.*

70 174. Anno Domini 1527, quo tempore Ignatius egenus, abiectus, ac contemptus vivebat, quidam adolescens apprime nobilis et copiosus, Ignatium intuens nudis pedibus et vili habitu incedentem, iuvenili quadam levitate commotus, procaciter ipsum irridens atque insultans: — *Ardeam, inquit, ego, et flammis incensus concidam, nisi hic qui flammis conflagret dignus est —. Quod audiens Ignatius, placido ad eum vultu: — Cave (inquit) ne hoc ipsum quod imprecaris, tibi eveniat —. Paucis post diebus in tormentarium pulverem, qui ad publicam laetitiam paratus erat in turri domus nobilis eiusdem adolescentis, ignis scintilla forte*

80 *illapsa, magnum repente excitavit incendium, quo miser adolescens ambustus ac semiustulatus est; ardoremque nimium restinguere cupiens, in aquam se coniecit, mortemque fugiens, in mortem incidit, brevique consumptus est*⁸.

85 175. Anno vero 1541, cum aegrotantis Stephani Baroeli, itali, ac tunc novitii nostri, salus esset a medicis omnibus desperata, pro illo in Divi Petri Montorii rem divinam Ignatius fecit; qua peracta, dum uterque domum redimus, mihi dixit: — *Non morietur nunc quidem Stephanus —. Qui quidem Stephanus et vivit adhuc, et vitam suam Ignatio plane acceptam fert*⁹. Et anno

90 1543 mihi secundo gravissime aegrotanti, in morbum me tertio

⁷ Petrus de Zárate. De hac re vide *Dichos y hechos*, I 50 (II 479).

⁸ Evenerunt haec Compluti. Vide sup., p. 187 in apparatu critico.

(estando yo presente) un cavallero amigo,⁷ que se tomasse una isla de casas que estaban junto a la casa professa, respondió que todo aquel sitio era menester para la casa, y que antes faltarían dos passos que sobrasse un pie. Y no es maravilla que Dios nuestro Señor le huviesse revelado lo que avía de suceder a la religión que él fundava, pues vemos que también le descubrió otras muchas cosas que estaban por venir. 55

174. En el tiempo que nuestro B. P. Ignacio estava en Alcalá y andava pobre, descalço y desconocido, un cavallero moço, haziendo burla dél dixo delante de otros muchos: — Quemado sea yo, si éste no merece ser quemado —; al qual él respondió con mucha modestia: — Pues mirad no os acontezca lo que dezís —; y fue assí, que dentro de pocos días murió aquel cavallero, quemado del fuego que se emprendió en un barril de pólvora que tenía en su casa para cierto regozijo⁸. 60 70

175. El año de mil y quinientos y quarenta y uno, estando un novicio nuestro que ha poco que murió y se llamava Estevan Baroelo (italiano de nación) deshauziado de los médicos, dixo nuestro padre missa por él en san Pedro Montorio, y acabada la missa me dixo a mi: — No morirá Estevan desta vez⁹ —. Y el 75

⁵² (estando yo presente) *del. N* || ⁵⁹ estava en Alcalá y *om. AC* || ⁶⁸ que ha poco que murió] que hoy vive y se llama AC

⁹ Stephanus Baroello defunctus est Ianuae, 9 oct. 1587. FN II 331. *De actis*, n° 17 (II 330-331); *Lain.* 57 (I 136); FN III 234; *Scripta*, II 157.

*relapsurum praedixit. Anno item 1555 mittens in Hispaniam Hieronymum Natalem et Ludovicum Gonzalem, summa hyeme navigaturos, navim Genuae statim conscendere iussit, ac commodam ipsos navigationem et secundum habituros cursum Natali praesignificavit*¹⁰. *Patri Iacobo Layni praenuntiavit, illum, se mortuo, futurum Societatis praepositum generalem*¹¹, *et alia iis similia praedixit, antequam evenirent, quae omnia, ita ut dixit, consecuta sunt.*

176. Cum pietatis opera, quae ad proximorum utilitatem pertinent, complecti omnia non posset, magno delectu publica privati; iis quae ad tempus fiunt, perpetua; certa semper incertis praetulit, et secura periculosis; neque tam spectabat, quantae res ipsae essent, quam quantum spei ad eas conficiendas ostenderetur¹².

177. In huiusmodi autem operibus beneficentiae ac pietatis, libenti animo operam suam studiumque ponebat, dum in ordinem redacta legibusque essent ac ratione constituta; postea vigilia sua aliis tradita, sensim subtrahebat se, et ad alia instituenda transferebat. Negabatque nostris, hisce finibus longius progrediendum, neque committendum ut se istiusmodi operum ordinaria administratione implicarent; quod a sodalitatibus fere iis collegiisque gubernentur, quibus satisfacere (quod multorum sint capitum) sit perdifficile.

178. Pulcherrimum arbitrabatur esse munus, nostraeque Societatis maxime proprium, versandi cum hominibus familiariter et agendi. Sed illud, quo plus habet utilitatis, si recte fiat, eo etiam plus periculi, si inepte. Nam ut moratus sermo, et modesti prudentisque hominis assiduus usus, alios ad Christum maxime allectat et invitat; ita praecipitis atque inconsiderati, a sancto plerumque proposito avertit; et offensio contrahitur, ex quo quaerebatur utilitas. Multas proinde cautiones censebat adhiben-

¹⁰ Roma egressi sunt die 23 octobris. FN I 629; de hac praedictione vide FN II 123.

¹¹ FN III 620.

año de mil y quinientos y quarenta y tres, aviendo yo recaído dos veces de una peligrosa enfermedad, me dixo que recaería la tercera. Y el año de mil y quinientos y cincuenta y cinco, embiando a los padres Gerónimo Nadal y Luis Gonçález a España 75 en el coraçón del invierno, les dixo que se embarcassen en Génova luego, porque sin duda tendrían segura y próspera navegación¹⁰. Y al padre maestro Laynez también dixo que le sucedería en el cargo de prepósito general¹¹. Y otras cosas semejantes a estas dixo mucho antes que fuessen, las quales todas se cumplieron 80 como él las dixo.

176. Como no pudiesse abraçar juntas todas las obras de misericordia que tocan al provecho del próximo para entender en ellas, con mucha consideración echava mano de lo que importava más, anteponiendo siempre las obras públicas y universales 85 a las particulares, y las perpetuas a las de poco tiempo, y las más seguras y ciertas a las menos ciertas y seguras; y no mirava tanto quán grandes e importantes obras eran las que quería emprender, quanto la esperança y probabilidad que tenía de acabarlas y salir con ellas¹². 90

177. En estas obras de piedad y misericordia ponía de buena gana su cuidado y trabajo hasta ponerlas en orden y assentarlas con sus ordenanças y leyes; y quando las tenía ya encaminadas, dando el cuydado dellas a otros, poco a poco se salía a fuera y començava otras. Y dezía que los Nuestros no avían de passar 95 estos límites, ni dexarse embaraçar con la ordinaria administración de semejantes obras. Lo uno, por estar más desocupados para las cosas espirituales. Lo otro, porque ordinariamente las suelen regir juntas y congregaciones, a las quales, por ser de muchas cabeças, con dificultad se puede satisfazer. 0

207. Pues ya ¿qué christiano (que sepamos por historia de los antiguos) entró dentro de aquella grande isla del Japón y la anduvo, primero que los de la Compañía? Ciertamente, los portugueses la descubrieron y los Nuestrs la rodearon y pasaron los primeros, para conversión de aquella gente tan discreta por una parte y tan ciega por otra y sin conocimiento de verdad. Y lo mismo digo de aquel latíssimo y poderosíssimo reyno de la China, que con la gracia de Dios nuestro Señor ha ya comenzado la Compañía a llevar la luz del evangelio a él, donde nunca antes (que sepamos) avía llegado. Más hazia el mediodía han llegado los Nuestrs a los reynos de Etiopía, llamados del Prestejuan, y a Congo y Angola y Manomotapa y otras remotísimas naciones y provincias de la Africa exterior. Y el día de oy andan nuestros padres y hermanos en muchas destas partes, peregrinando de tal manera, que no los espanta ni los aparta de la predicación del Evangelio la inmensidad del mar Océano, que cada día atraviessan, ni la aspereza de la tierra inculta, ni la falta de mantenimiento, que, quando se halla, es

24 Monomotops A

na; anno 1563 Austria separata a Germania Superiore; 1575 Polonia ab Austria; anno 1564 Germania Inferior dividitur in Rheni et Belgicam; eodem anno creatur provincia Aquitaniae ex Gallia et vicissim a. 1582 Lugdunensis ex Aquitania.

¹⁹ Anno 1586 tres erant Societatis Provinciae in America: Brasiliae, anno 1553 constituta; Peruviae, anno 1568; Novae Hispaniae (Mexici) anno 1572.

208. Nam ut de India primum loquar, certe, « quibus non est narratum de eo, viderunt; et qui non audierunt, contemplati sunt »²⁰. « Scissae sunt enim in deserto aquae, et torrentes in solitudine »²¹; et « quae erat arida, est in stagnum, et sitiens in
75 fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, ortus est viror calami et iunci »²². Et idolorum multitudine sublata, atque illudentium daemonum praestigiis extinctis, unius iam Dei cultus efflorescit, crucisque trophaeum in urbidus, in desertis etiam atque asperis locis collocatum, daemones aspectu
80 suo terret, homines recreat, pios consolatur, impios ad salutem invitat. Denique « habitantibus in regione umbrae mortis veritatis lumen *ortum est* »²³.

209. *Ac tot* miracula et tanta per Ignatii filios aedita sunt (quippe, ad plantandam, in novo atque inculto solo fidem, appri-
85 me necessaria) ut neque maiora, neque illustriora requiramus. Siquidem et daemonia multa, Christi tantum nomine invocato, ab humanis corporibus cieeta, illuminatos coecos, leprosos mundatos, omni propemodum morborum genere multos mortales liberatos; mortuos denique constat revocatos ad vitam; fontes divinitus

82 ortum est) elucet || 83 Ac tot om.

²⁰ Is. 52, 15.

²¹ Is. 35, 6.

silvestre y más propio de bestias que de hombres, ni la dificultad de entender y aprender tan bárbaras y hórridas lenguas, ni la cruel y fiera naturaleza de las gentes que tratan, ni los miedos que cada día les ponen de la muerte, ni la sangre de sus hermanos que han visto derramar ante sus ojos, ni otra cosa ninguna que con razón suele poner espanto a cualquiera, por más generoso que sea, los enflaqueze ni desmaya, para que no lleven adelante la empresa que han comenzado para tanta gloria del Señor. El qual se vee que es el que favorece en todas las partes del mundo esta pequeña planta, para que frutifique en su Yglesia, de manera que a la medida de los trabajos que se toman en el sembrar, venga a coger el fruto de colmada cosecha.

208. Porque hablando primeramente de la India, ciertamente que podemos con razón dezir que se cumple en nuestros días por los de la Compañía lo que profetizó Esaiás y trae el apóstol san Pablo, que aquellos a quien antes no se les avía dado noticia del evangelio, le vieron; los que no le avían oído, le tuvieron delante de los ojos²⁰; porque las aguas han manado en el desierto y los arroyos corren en la soledad²¹, y la tierra seca se convirtió en estanques y la sedienta en fuentes de agua, y en las cuevas donde primero habitavan dragones, se vee ya nacer la verdura del carrizo y el junco²². Y, quitada ya en muchas partes la muchedumbre de ídolos, y desarraygada la supersticiosa adoración de los demonios burladores, solo florece el culto y la religión de un solo Dios vivo y verdadero. Y el estandarte de la cruz triunfante, puesto por las ciudades y caminos y por los desiertos y ásperos lugares, con sola su vista espanta a los demonios que allí solían ser adorados, consuela a los nuevos fieles que se han convertido, y combida a la salud a los que aún se están ciegos, y finalmente a los que moravan en la región de sombra de muerte los ha alumbrado la lumbre de la verdad²³.

209. Ha hecho allí Dios nuestro Señor por mano de los hijos deste santo padre tantos milagros (por ser necesarios en la nueva predicación del evangelio) que no se pueden pedir mayores ni más esclarecidos. Porque con solo invocar el nombre de Jesuchristo, se han alañado muchos demonios de los cuerpos humanos, han cobrado la vista muchos ciegos, limpiádose los leprosos, librádose de todo género de enfermedades gran número de personas, los muertos han resucitado a vida, hanse hallado

²² Is. 35, 7.

²³ Is. 9, 2.

90 repertos ad Christianorum sitim sedandam; et contra, arefactos
 annes, ad infidelium damnandam perfidiam. Apud Maluccas vero
 insulas, cum ab ea fide veraque religione, quam semel suscepe-
 rant, ad superstitionem multi atque impietatem defecissent, coe-
 lum et terram omnemque creaturam armatam scimus contra
 95 insensatos; et ignitis lapidibus, fulgure, fulmine, tonitru, turbine
 et fragore ingenti perterrefactos infidelium animos; arbores radi-
 citus revulsas, disturbatas domos, animalia passim extincta²⁴,
 « posita flumina in desertum, et exitus aquarum in sitim, terram
 fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea »²⁵.
 0 Et quod omnium maximum ac praestantissimum, multa (ut mo-
 destissime dicam) hominum millia, qui in summa barbaria et feri-
 tate nati atque educati sunt, importuna illa morum feritate depo-
 sita, iugum suave Christi subierunt; et christianae disciplinae
 legibus eruditi, ad mansuetudinem se ac humanitati propiorem
 5 cultum revocarunt.

210. *Ut autem nemini dubium esse possit, hoc Dei opus esse, in memoriam revocemus illa verbera, ignominiosum illud supplicium quod in collegio D. Barbarae a Goveano doctore in Ignatium fuit constitutum*²⁶; et intelligamus ex servili probrosaque
 10 *illa ignominia, Ignatio magno eius desiderio flagranti parata, summam Dei Opt. Max. gloriam, cum incredibili innumerabilium populorum salute coniunctam divinitus effloruisse. Sed quid mirum, si Deus se in omnibus Deum ostendit? cuius etiam proprium infinitae bonitatis est, quo se quisque propter ipsius amorem*
 15 *magis summittit atque abiicit, eo magis illum extollere atque ornare.*

211. *Quamobrem Deo Optimo Maximo, maximas gratias agere omnes et habere in commune debemus, qui praesentes Ecclesiae Catholicae ruinas sua benignitate resarcit; et nostrum, ex*

6-17 Ut autem — Quamobrem om. | 17 Deo] ut Deo || 18 debeamus

²⁴ Significatur hoc loco sic dictum « miraculum de Tolo ». Tolo est locus insulae Halmahera, una e Molucis. Ibi christiani, cedentes persecutioni sultani Gilolo, fidem deseruerunt. Anno 1550 habita est eruptio vulcani, quae totam terram desolavit; quod tamquam signum punitionis divinae iudicatum est. P. Beira apostatas illos ad veram fidem reduxit. Tres illius servantur

fuentes milagrosamente en extrema necessidad de agua, para 70
 apagar la sed de los christianos. Y, por el contrario, se han
 visto secar los ríos para condenar la perfidia de los paganos, y
 en las islas Malucas, por aver la gente dellas apartádose de la
 verdadera religión que avían tomado, y buelto a su superstición
 diabólica e infidelidad, sabemos que contra hombres tan insen- 75
 satos quiso Dios que se armasse el cielo y la tierra y todas las
 criaturas, y quedaron los ánimos de aquellos infieles assombra-
 dos, viendo caer sobre sí piedras de fuego, relámpagos, rayos
 y truenos y con grandes torvellinos y estruendos arrancarse de
 raíz los árboles, derribarse las casas y quedar muertos a cada 80
 passo los animales²⁴. Y, como dize el Profeta, los ríos, conver-
 tidos en secos desiertos, los arroyos de las aguas en pura sed,
 y la tierra frutífera en salitrales, por la malicia de los que mo-
 ravan en ella²⁵. Y el mayor y más excelente milagro de todos
 es que se ayan convertido muchos millares de ánimas al cono- 85
 cimiento de su Criador y ayan baxado sus cabeças al suavíssimo
 yugo de Jesuchristo y que, siendo nacidos en tanta barbariedad
 y fiereza, se ayan amansado y domesticado, y dexado sus crueles
 y bestiales costumbres y abraçado las leyes tan humanas y blan-
 das del santo evangelio. 90

210. Y para que mejor se entienda esto y no pueda aver
 duda que es obra de la diestra del muy Alto, acordémonos de
 la ocasión que tomó el Señor para obrar semejantes maravillas,
 que fueron los açotes que se quisieron dar a nuestro Padre en 95
 el colegio de Santa Bárbara en París, como arriba queda con-
 tado²⁶, de manera que de la mayor afrenta y más baxa y vil
 que estuvo para hazérsele y él aparejado para recibirla sacó
 Dios uno de los mayores bienes que en la Compañía se han hecho,
 que es la conversión de tan ciega e innumerable gentilidad. Pero,
 no es maravilla que Dios obre como Dios y que ensalce más a 0
 los que más se humillan por su amor, pues esto es propio de
 su infinita misericordia y clemencia.

211. Por lo qual avíamos de dar todos los christianos mu-
 chas y muy grandes gracias a Dios nuestro Señor, que por su
 bondad repara las ruinas y pérdidas que por acá vemos de su 5

²⁴ y como dice el Profeta *autogr. in marg. M* || 87 barbariedad] barbarie A ||
 91-2 Y para que mejor — y clemencia om. AB

narrationes. Vide *Quellen* nn. 6002 6005 6007. Vide etiam FX II/1 747 751
 777 802.

²⁵ Ps. 106, 33-34.

²⁶ Cf. L. II, cap. III, p. 220.

continuis illius calamitatibus dolorem et luctum magna hac consolatione levat; quod exeuntium haereticorum iacturam, intrantium in Ecclesiam gentium reparat multitudine, estque hoc in tanto moerore solatii, quod plus nobis Dei bonitas adiecit, quam diaboli ademit invidia.

212. Sed ut ad ea veniamus, quae collocata in omnium oculis sunt, videmus certe, et apud haereticos non parum per huius Societatis homines, in fide veraque doctrina profectum esse; et apud catholicos multum in religione ac pietate. Nam et in Germania et in Gallia et in reliquis provinciis, quibus haeresis, certissima pestis animorum, liberius grassatur, multi, nocte falsitatis depulsa, se ad veritatis lumen ab errore revocarunt; multos nostrorum praedicatio et doctrina nutantes in fide confirmavit, labantes sustinuit, iacentes erexit, devios atque praecipites reduxit in viam, et a diluvii (quibus suffocabantur) aquis, in Sacrosanctae Romanae Ecclesiae (qua una salus continetur) arcam, fidemque traduxit. Et optimorum adolescentium, qui errorem cum ipso nutricis lacte suxerunt, in nostris collegiis institutio et ad pietatem informatio, maiora nos etiam sperare in posterum iubet; et quotidiana catholicorum cum haereticis altercatio satis ostendit, multis locis, illorum vel languere animos, vel debilitatos esse impetus atque compressos. Nec mirum sane. Nam cum aliquorum ecclesiasticorum vel ignorantia, vel perversitate, vel negligentia (cum enim dormirent homines, inimicus homo superseminavit zizania)²⁷ non suis lacertis et viribus fortes illi hactenus fuerint; et dum quorundam hominum vitam nobis obiiciunt, dum inscientiam exprobrant, dum funestas sacrilegasque faces veris interdum criminationibus contactas in nos contorquent, incautos simplicium animos, nescientes discernere doctrinam a vita, fidem a persona, potestatem a moribus, venenis suis infecerint; quid mirum est, si hoc tempore veritas inculpatae vitae exquisitaeque doctrinae stipata studiis, in falsitatis castra invadere et perumpere importunam eius audaciam atque temeritatem valeat, quae

45 fascies

²⁷ Mt. 13, 25.

esposa la Yglesia católica y con tan grande consuelo como este alivia el dolor tan justo que de sus continuos trabajos y calamidades tenemos. Viendo que lo que por una parte se pierde por los hereges que salen, por otra se restaura con la muchedumbre de gentiles que cada día en la Yglesia entran. Y el consuelo en medio de tanta tristeza es que más nos añade Dios por su misericordia desta parte, que la malicia del demonio nos quita por la otra, pues sin comparación son más los pueblos y reynos que van abraçando el evangelio en aquellas partes, que no son los que por acá se apartan de la obediencia de la Yglesia, obstinados con las heregías.

212. Mas vengamos a las cosas que se han hecho y cada días se hazen a vista de todos y que están presentes y delante de nuestros ojos. ¿Quién no sabe la perseverancia con que entre los hereges y entre los católicos trabajan los de la Compañía, con fruto espiritual de las almas, favoreciéndolos para esto Dios nuestro Señor en Alemania, Austria, Bohemia, Polonia, Francia, Flandes, Inglaterra y Escocia y en las otras provincias adonde las heregías (que son la pestilencia y veneno de las almas) tanto se estienden y cunden? ¿Quántos, dexadas las tinieblas de sus errores, recibieron la lumbre de la verdad? ¿Quántos que titubeavan en la fe se han confirmado en ella por la doctrina y predicación de los Nuestrs? ¿Quántos se han sustentado que se yvan a caer? ¿Quántos se han levantado que estaban ya caídos? y ¿quántos han buuelto al camino, que yvan descaminados y perdidos? y los que en las aguas de aquel diluvio se ahogavan han salido a seguro puerto de la Yglesia Romana, que es el arca del verdadero Noé, fuera de la qual no se halla la salud? Los que no saben más de lo que por acá passa, ni estienden los ojos a más de lo que en España veen, no pueden fácilmente entender cuánto se sirve nuestro Señor en aquellas provincias de los de la Compañía, que están siempre con las armas en las manos peleando con los hereges y haciendo rostro, como soldados valerosos, al ímpetu infernal de su atrevida osadía. Mas los que avemos visto lo que passa por allá, bien sabemos la grandíssima necesidad que ay de quien resista y defienda lo poco que queda, y lo que hazerlo cuesta, y el provecho con que ello se haze. Basta dezir que la institución de la juventud y nobleza (en que se exercitan en aquellas partes nuestros colegios para instruir y enseñar en la fe a los que en la leche mamaron los errores de

23 Inglaterra y Escocia om. AB || 44 intruir] instituir A

vel sola et nuda, tantam semper vim et potestatem habet, ut facile se per seipsam defendat et gloriosam reportet de hoste victoriam? Cum praesertim, et qui dormiebant sint excitati; et qui vigilabant facti sint etiam acriores. Itaque hoc unum Ecclesiae
 55 hostes propositum habent, ut iidem IESUITARUM hostes sint, et bellum a se Catholicae Ecclesiae indictum, non ignave propulsare animadvertunt. Quorum inflammatum in nos odium, non obscurum arbitramur divinae in nos benevolentiae signum; vituperationem, laudem; insectationem, gloriam et triumphum nostrum du-
 60 cimus. Quos tamen diligimus, ut proximos; amamus ut nostros aliquando fratres; ut pretioso sanguine quasi agni immaculati et incontaminati Iesu Christi ²⁸ conspersos benevolentia prosequimur.

213. Praetermitto eas utilitates quas catholici integrique populi, filiorum Ignatii opera et industria perceperunt; tum quod
 65 sint in promptu et magis sit animadversione opus quam explicatione; tum vero quod a me sine pudore commemorari non possint, quae in hoc genere divina bonitas per minimam hanc Societatem effecit. Ipsi soli (cuius sunt) honor et gloria ²⁹.

70 214. Et haec quidem ad alienos. Quid illa quae ad domesticos, hoc est, ad nos pertinent, et interiora quidem magis sunt, non minus tamen certa divinae virtutis sunt signa? Primum (vobis, fratres, quibus haec nota sunt, loquor) quam multae, quam
 75 variae, quam eximiae vocationes, ex omni pene natione in nostra Societate sunt eorum qui singulari quodam divinoque afflatu excitati, omnium externarum rerum amputata vanitate, ad Christi crucem in hac Societate complectendam adducti sunt? Quod item de reliquis sanctissimis religionibus credo. Deinde, quam praeclara est illa, quae apud nos floret, dissimilium rerum similitudo? Quam
 80 eximia hominum disparium, et vel natura, vel fortuna, vel industria et consuetudine inaequalium aequalitas? Quam conspirans

²⁸ 1 Petr. 1, 19.

la heregía) nos haze esperar aún mejor suceso para adelante, y no menos el ver por las disputas que los Nuestros y otros católicos continuamente tienen con los hereges, que van ya perdiendo los bríos y tienen los ímpetus de hasta aquí muy debilitados y caídos. Y que muchos de los engañados van ya conociendo la verdad, y muchos de los católicos que dormían están ya despiertos, y los que velavan más animados. Y no menos que los enemigos de Jesuchristo y de su cruz tienen por enemigos a los JESUÍTAS (que así llaman ellos a los Padres de la Compañía) porque la defienden, y porque no pueden con obras, los persiguen con palabras. Pero el odio tan cruel que tienen a la Compañía no es pequeña señal de lo mucho que Dios nuestro Señor la quiere y la favorece. Sus baldones son nuestros loores, y sus persecuciones nuestra honra y gloria. Aunque no por esso los dexamos de amar como a nuestros próximos, y querer como a los que fueron en un tiempo nuestros hermanos, y procurar su bien, como a hombres que con la sangre del purísimo cordero y sin manzilla Jesuchristo fueron redimidos²⁸.

213. Pues el fruto que la Compañía ha hecho hasta aora en las tierras y provincias de los católicos mejor es dexarlo, para que cada uno lo considere, que no quererlo explicar con palabras; así porque es cosa notoria y que no tiene necesidad de declararse, sino de quererse advertir y considerar, como porque yo no podría contar sin vergüenza y confusión nuestra lo mucho que, por su sola bondad y misericordia, Dios nuestro Señor ha sido servido obrar por este mínimo instrumento de la Compañía. A su divina Magestad (como a cuyo es) se dé la gloria y honra de todo. Amen²⁹.

214. Esto es pues lo que toca a los de fuera. Mas vengamos a las cosas que pertenecen a los Nuestros y son más interiores y domésticas, y por esso más ciertas prendas de la celestial virtud de donde ellas proceden. Primeramente (hablo con vosotros hermanos carísimos que sabéis que digo verdad) por cuántas y cuán diversas y admirables vocaciones ha traído Dios a la Compañía muchos que en ella están, casi de todas las naciones del mundo, los cuales, oyendo la voz de Christo que los llamava, han dado al traste con todas las esperanças y vanidades deste engañoso y miserable mundo, y despojados de sí y de lo demás, se han abraçado desnudos con Christo desnudo, y crucificádose con

²⁸ casi de todas] de casi todas A

²⁹ 1 Tim. 1, 17.

et plane conflatus inter se diversarum nationum consensus? Quam copulata omnium inter ipsos caritatis benevolentia? Quid mirifica illa scientiæ et humilitatis, prudentiæ et obedientiæ, adolescentiæ coniunctio et castitatis? gravitatis in superioribus, comitatistis que societas? Quanta alienæ salutis cura? Quantum publicæ utilitatis studium? Quanta sollicitudo ac procuratio? Quam læti peregre venientium nostrorum fratrum congressus? Quam iocundi eorumdem digressus abeuntium? ut sive manendum in aliquo sit loco diutius, sive longe gentium abeundum, lætissimo semper animo sint, et terrarum affectu locorumque posito, eorumque, quibuscum vivunt, intemperato amore reiecto, Dei tantum gloriam et salutem proximorum spectare videantur. Agnoscamus Dei gratiam, fratres, et grati simus; atque hosce mores in Societate hactenus fuisse gaudeamus, et futuros semper speremus; et ut sint, quantum possumus animo connitamur.

215. Haec mihi magna miracula et certissima sunt, quæ cum attentius considero, neque plura, neque maiora ad virtutem Ignatii declarandam requiro. Nam si ex fructu arbor agnoscitur³⁰, ut ait Dominus, si neque de spinis colligi uvæ possunt, neque de tribulis ficus³¹: si fons de eodem foramine dulcem simul et amaram aquam manare nequit³²; certe fateamur necesse est, et truncum, ex quo tam suaves tantique fructus percipiuntur, optimum ac suavissimum esse, et fontem nobilissimum, ex quo, comoda in Christi Ecclesiam tam multa redundarunt. Praesertim si attendamus quibus temporibus haec et locis gesta, et a quibus

78 iocundi

³⁰ Mt. 12, 33.

³¹ Mt. 7, 16.

Christo crucificado en la cruz de la santa religión? Lo qual también creo que se experimenta en las demás religiones sagradas. 85
 Pues ¡aquella hermosura que en la Compañía haze la semejança de cosas tan dessemejantes! ¡Quán maravillosa es la igualdad que aquí vemos de hombres tan desiguales en naturaleza, en fortuna e industria y costumbres! ¡Quán suave armonía haze la unión y concordia tan entrañable entre sí de naciones tan diversas y discordes, y la caridad y benevolencia tan estrecha con que se aman unos a otros! Pues ¿qué diré de aquella milagrosa junta que vemos de letras con humildad, de prudencia con obediencia, de tanta juventud con tanta castidad, y en los superiores, de gravedad con afabilidad y mansedumbre? Pues ¿qué del cuydado 95
 que tiene cada uno de la salud del otro, y la sollicitud y cuenta con el bien público? ¡Qué alegramente se reciben nuestros hermanos quando vienen y qué regozijadamente se despiden quando se van! De manera que si quiera se ayan de quedar en un mismo lugar por mucho tiempo, si quiera se ayan de apartar a muy 0
 lezas tierras, siempre se veen estar con ánimo muy alegre, despegando su afecto de los lugares de donde residen y de sus amigos y devotos, como hombres que no se buscan a sí, ni tienen puestos los ojos en otros fines sino en la gloria de su Criador y Señor y en la salvación de sus próximos. Conozcamos, pues, her- 5
 manos carísimos, esta gracia divina y seamos agradecidos por ella al Señor, y gozémonos que hasta aora aya Él plantado tales costumbres en nuestra Compañía, y esperemos que siempre con su favor será assí, y procuremos con todas nuestras fuerças que no falte por nosotros este tesoro y bien celestial que por medio 10
 de nuestros padres nos ha sido comunicado.

215. Éstos que he dicho tengo yo por grandes y certísimos milagros, y quando atentamente los considero, no desseo otros mayores ni más, para entender la santidad de nuestro B. P. Ignacio. Porque, si del fruto se conoce el árbol (como dize el Señor)¹⁹, y si no se cogen uvas de los espinos ni de las çarças higos²¹, si la fuente por un mismo caño no puede dar agua dulce y amarga (como dize el apóstol Santiago)²² no podemos negar sino que es boníssimo y generosíssimo el árbol de donde tantos y tan suaves frutos se han cogido, y caudalosa la fuente 20
 de donde tantos provechos han manado a la Yglesia de Dios. Mayormente, si miramos en qué tiempos y lugares y por qué

¹⁹ el árbol corr. ex la planta M || 20-21 tantos — de donde *autogr.* in M

²² Iac. 3, 11.

personis sint, quam acerbe praeterea et graviter impugnata. Gesta sunt enim nostris temporibus, hoc est, haereseon numero errorumque novitate, calamitosis; morum levitate perditis; ecclesiasticae disciplinae perturbatione infelicissimis. Ex quo haec Societas, odiosa haereticis semper visa est; catholicis quibusdam minus interdum necessaria; nonnullis forte et suspecta etiam et invisae. Gesta sunt autem non in angulis, non in deserto loco, sed in omnium gentium oculis, in celeberrimis urbibus, clarissimis academiis, in ore atque luce hominum, vel potentia, et autoritate, vel prudentia et consilio, vel doctrina vitaeque integritate sine controversia principum.

216. Effecta sunt autem ab Ignatio primisque sociis illius ac filiis. In quos si animum paulum intendas, magna te admiratio capiet perspicientem, nihil illos ex se attulisse, quod intuentium posset in se oculos, sua specie convertere. Neque enim illi aut stirpis ac generis opinione commendati, aut amicorum copia fulti, aut excellentis doctrinae praesidio subnixi, primum ad nos venerunt; sed abiecti, pannosi, obscuro, et ad speciem contemnendi, et ad sensum cogitationemque viles.

217. Quid de persecutionibus dicam gravissimisque tempestatibus, quas haec Societas nondum nata in parente suo pertulit? Ut vero exiit in lucem ac primum emersit, ab omni pene hominum genere, ad hunc usque diem passa est? Quibus iactata procellis non haecenus est? quibus non telis appetita? Ut mihi quidem (quod Divus Hieronymus de Catholica Ecclesia scribit) persecutionibus etiam crevisse videatur³³. Ex quibus omnibus eam Deus eripuit, et victoriam dedit per Dominum nostrum Iesum

³³ Epist. 82, PI., 22, 742.

personas se han hecho estas cosas, y con cuánta y cuán porfiada contradicción. Porque, primeramente, se han hecho en estos nuestros tiempos que sin duda son por una parte miserables por las 25 muchas y tan desatinadas heregías que en ellos se han levantado, y perdidos por el estrago y dissolución de las costumbres, y desdichados por la falta del rigor y severidad con que ellos se avían de emendar y corregir; y por otra parte son tiempos llenos de tantas y tan antiguas religiones quantas oy día vemos en la 30 Yglesia de Dios. Por lo qual, esta nuestra Compañía siempre ha sido a los hereges tan odiosa como espantosa, y a algunos de los católicos ha parecido poco necessaria y aun a otros sospechosa. Pues, si miramos los lugares donde se han hecho, hallaremos que no fueron hechas en rincones, ni en despoblados y desiertos, sino en los ojos de todo el mundo, en las más principales 35 ciudades y en las más insignes universidades de toda la christiandad, a vista de los papas, reyes y príncipes de la tierra, pasando por el crisol y examen de los hombres de mayor prudencia virtud y dotrina que ay en Europa. 40

216. Los que las han hecho son nuestro santo padre Ignacio y sus primeros compañeros y hijos, los quales, quando se descubrieron al mundo, no eran tenidos por hombres de sangre, ni de amigos poderosos; ni de grande caudal de eloqüencia y dotrina, antes parecían unos pobres y abietos hombres y despreciados, y en la apariencia de fuera muy baxos y viles. Para 45 que se viesse que no eran ellos los que obraban, sino Dios el que obrava por ellos. El qual, assí como tomó doze pescadores para conquistar el mundo y derribar la supersticiosa falsedad de la idolatría y desarraygar de los coraçones de los hombres 50 la vanidad del siglo y regalo de la carne, y plantar en ellos la verdad de su fe y su divino amor, también tomó diez hombres de la calidad que avemos dicho para fundar esta Compañía y mostrar tan conocidamente que es obra suya.

217. Pues ¿qué diré de las persecuciones y tempestades que 55 esta Compañía, antes perseguida que nacida, en su fundador y cabeça sufrió? Y ¿qué de lo que luego como salió a luz, de todo género de hombres hasta este día ha padecido? ¿Qué olas, qué turbiones no han passado por ella? ¿Qué tiros no la han batido, con qué armas, ardides y embustes no ha sido del demonio combatida y aossada? Paréceme a mí, cierto, della lo que san Gerónimo dize de la Yglesia católica, que con las persecuciones ha 60 crecido³³, de todas las quales la ha librado el Señor y dado

Christum ³⁴. Accidit enim illi, quod reliquis fere sanctissimis re-
 35 ligionibus usu venit, quibus donatum est, ut in mundo pressuram
 habeant ³⁵, et non solum in Christum credant, sed etiam ut pro
 illo patiantur ³⁶.

218. Sed ut modum huic meae narrationi ponam, iis miracu-
 lis, magnis, conspicuis, utilissimis, nulla alia Ignatii (meo qui-
 40 dem iudicio) sunt comparanda. Itaque, quae narrata supra a
 nobis sunt, quanquam sine miraculo fieri multa non potuerunt,
 et tot dierum ieiunatio, viribus nihil omnino debilitatis, octo
 dierum raptus et a sensibus destitutio, tot tantaeque divinarum
 rerum illustrationes, P. Simonis periculose laborantis sanatio et
 45 sanitatis futurae praedictio, daemonis expulsio *et alia quaedam*
vim naturae modumque exuperant; et illa etiam quae addi pos-
sunt, quorundam, qui vel magnis periculis, vel morbis gravis-
simis expediti ac liberati sunt, ad vestium illius aliquando con-
tactum; omnia haec tamen quanquam magna, certa atque admi-
 50 *rabilia sunt, superioribus illis cum proximorum utilitate et cum*
purissima atque sanctissima Ignatii vita coniunctis, inferiora
multis partibus iudico, et minora miracula ad sanctitatem Ignatii
declarandam.

45 et alia quaedam om. || 46 naturae vim || 46-49 et illa etiam — contactam om. || 49-50 quamquam magna — admirabilia sunt om. || 50-51 et cum purissima — vita om. || 52-27 et minora miracula — Beatus Eulogius om. || 52 post partibus indico sic sequitur: Scimus quidem P. Claudium Iaium iter pedibus facientem, subito stomachi defectu oppressum; et Dei auxilio implorato, ad Ignatii adhuc viventis nomen sanitati continuo restitutum; et P. Nicolaum Bobadillam anno 1556 febr. qua lactabatur, gravissima, et P. Baptistam Tavonem patavini collegii nostri rectorem, anno 1557 ad illius solam memoriam, urgentis pestis terrore liberatos; et alios proferre possemus in medium, vel magnis periculis expeditos vel morbis, ad vestium illius aliquando contactum. Quibus etiam addi possent, quae divinitus ille, multo ante quam fierent, denunciavit futura. Etenim anno 1548 mihi gravissime secundo aegrotanti, in morbum me tertio relapsurum praedixit, et (ut ab ipsismet patribus, quibus haec dixit, accepi) anno 1555 cum P. Hieronymum Natslem, et P. Ludovicum Gonzalezem in Hispaniam summa hyeme navigaturos mitteret, commodam ipso navigationem et secundum habituros cursum, Natali praesignificavit, et anno 1556 P. Mag. Iacobo Laini praenuntiavit futurum illum, se mortuo, Societatis praepositum generalem; quae omnia ita, ut dixit, sunt consecuta. Anno vero 1541, cum aegrotantis Stephani Baroeli, tunc novitii nostri, salus a medicis esset omnibus desperata, pro illo in divi Petri Montorii rem divinam Ignatius fecit; qua peracta, dum uterque domum redimus, mihi dixit: — Non morietur nunc quidem Stephanus —. Qui quidem Stephanus et vivit adhuc, et vitam suam Ignatio plane acceptam fert. Sed haec ego, quae breviter perstrinxi, quaeque generis sunt eiusdem, missa facio; quod, quamquam sunt certissima, ipsis tamen superiora illa, quae dixi, et maiora iudico, et longe antepono.

³⁴ 2 Tim. 3, 11.

³⁵ Cf. Io. 16, 33.

vitoria por Jesuchristo ⁸⁴. Porque le ha acaecido lo que casi a todas las demás religiones acaeció en sus principios, a las cuales haze Dios esta merced que sean en este mundo pisadas como en lagar, para que den el suave y oloroso vino con su paciencia y caridad que, como dize san Pablo ⁸⁵, es gracia singular que no solo crean en Christo sino que también padezcan por su santo nombre. 70

218. Para poner, pues, fin a esta mi historia digo que a mi juyzio ningunos otros milagros de nuestro B. P. Ignacio se pueden ni deven comparar con estos que avemos dicho, pues son tan grandes, tan claros y tan provechosos. Por manera que, aunque muchas cosas de las que en la vida de nuestro padre hemos contado no se pudieron hazer sin milagro ni sin virtud sobrenatural, como eran el estar una semana entera sin gustar cosa alguna haziendo tanta oración y penitencia, no sintiendo flaqueza ni faltándole las fuerças, aquella éxtasis y enagenación de sentidos por espacio de ocho días, tantas y tan grandes ilustraciones divinas, aver sanado al padre Simón de su peligrosa enfermedad y dicho antes con tanta certidumbre que sanaría y otras cosas que son sobre la fuerça y orden de naturaleza, y las que podríamos añadir de algunas personas que con solo tocar a sus vestiduras se libraron de graves enfermedades, aunque son ciertas, grandes y maravillosas, todavía (como he dicho) las otras de que arriba he hablado (juntándolas con la vida puríssima y santíssima que hizo y con los exemplos admirables de virtudes heroycas que en él vimos), sin duda son mucho mayores y más excelentes milagros y testimonios de su santidad, conforme a la doctrina de san Agustín y san Gregorio. 85

⁸⁵ Phil. 1, 29.

219. *Idque sanctissimis Augustino atque Gregorio Magno au-*
 55 *toribus, ex quibus D. Augustinus sic ait: « Domini nostri et*
salvatoris Christi Iesu miracula omnes quidem audientes et cre-
dentis movent, sed alios atque alios, aliter et aliter. Quidam
enim corporalia eius miracula stupentes, maiora intueri non no-
 60 *rant. Quidam vero ea quae gesta audiunt in corporibus, nunc*
amplius in animis mirantur. Nemo ergo dubitet, qui christianus
est, etiam nunc mortuos suscitari; sed omnis homo habet oculos,
quibus videre potest mortuos resurgere, ita ut resurrexit filius
huius viduae, qui modo ex Evangelio recitatus est. Unde autem
 65 *videant homines resurgere mortuos in corde, non omnes habent,*
nisi qui iam resurrexerunt in corde. Amplius est resuscitare sem-
per victurum, quam resuscitare iterum moriturum ». Haec Au-
*gustinus*³⁷.

220. *Gregorius vero, Augustinum secutus, in lib. dialog. Cum*
Petrus Diaconus dixisset: Quid alii sentiant ignoro. Ego autem,
 70 *prae cunctis miraculis hoc potius existimo esse miraculum, quod*
ad vitam mortui redcunt, eorumque animae ad carnem ex oc-
culto revocantur. Respondet Gregorius: « Si visibilia attendimus,
ita necesse est, ut credamus; si vero invisibilia pensamus, nimi-
 75 *rum constat, quia maius est miraculum praedicationis verbo at-*
que orationis solatio peccatorem convertere, quam carne mor-
tuum resuscitare. In isto enim resuscitatur caro iterum mori-
tura, in illo vero anima in aeternum victura. Cum enim propono
duos, in quo horum existimas maiori factum virtute miraculum?
 80 *Lazarum quippe quem iam fidelem credimus fuisse, carne Do-*
minus suscitavit. Saulum vero resuscitavit in mente. Minus est
ergo quempiam in carne suscitare; nisi forte per vivificationem
carnis, ad vitam reducatur mentis, ut ei hoc agatur per exterius
*miraculum quatenus conversus interius vivificetur »*³⁸.

³⁷ Sermo 44 de verbis Domini, PL, 38, 591.

219. De los quales san Agustín dize estas palabras: « Los milagros de nuestro Señor y Salvador Jesuchristo a todos los que los oyen y creen mueven, pero no a todos de una misma manera, sino a unos de una y a otros de otra. Porque algunos, maravillándose de los milagros corporales, no echan de ver los otros mayores que en ellos se encierran. Pero otros ay que lo que oyen aver hecho el Señor en los cuerpos, entienden que agora lo obra en las almas, y dello se maravillan más. Ningún christiano, pues, dude que oy día en la Yglesia de Dios se resucitan muertos, mas todos los hombres tienen ojos para ver resucitar los muertos que resucitan de la manera que resucitó el hijo de la viuda, del qual al presente tratamos, mas no todos tienen ojos para ver resucitar a los que están muertos en el corazón, sino solos aquellos que en el corazón han ya resucitado. Mayor milagro es resucitar el alma, que ha de vivir para siempre, que no resucitar el cuerpo que ha de tornar a morir ». Hasta aquí son palabras de san Agustín ³⁷.

220. El glorioso san Gregorio, tratando esta cuestión con Pedro Diácono, su discípulo, el qual avía dicho que le parecía el mayor milagro de todos estos corporales el resucitar los muertos y darles otra vez vida, responde con estas palabras: « Si miramos solamente a las cosas visibles, assí es como dezís, Pedro; pero si abrimos los ojos interiores del alma y consideramos atentamente lo que no se vee, hallaremos que es mayor milagro sin duda convertir a un pecador con la palabra de la predicación y con la fuerza de la oración, que no dar vida al cuerpo muerto. En el uno recibe vida la carne que ha de tornar a morir, en el otro el ánima que ha de vivir para siempre. Porque ¿quál piensas que fue mayor milagro del Señor, o resucitar a Lázaro quatrídano y dar vida al cuerpo, que olía ya mal en la sepultura, o resucitar al alma de Saulo que le perseguía, y trocarle en Paulo y hazerle vaso de elección? Sin duda que fue mucho mayor milagro y de mayor provecho para la Yglesia de Dios el convertir a Paulo que el resucitar a Lázaro; y assí es menos resucitar el cuerpo muerto que no el alma, si ya no se juntasse con la vivificación del cuerpo la vida del alma, y con la obra de fuera se acompañasse la de dentro, dando nuestro Señor su lumbre y amor al alma, a cuyo cuerpo da también vida » ³⁸.

³⁸ Lib. III dial., cap. XVII. PL, 77, 265.

221. *Et homilia 29, tractans illa Domini verba: « Signa
 85 autem eos qui crediderint, haec sequuntur »³⁹, etc., docensque
 sanctam Ecclesiam quotidie spiritualiter facere, quod tunc per
 Apostolos corporaliter faciebat, subdit: « Quae nimirum mira-
 cula tanto maiora sunt, quanto spiritualia; tanto maiora sunt,
 quanto per haec non corpora, sed animae suscitantur. Nam cor-
 90 poralia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem
 faciunt. Haec vero spiritualia, quae aguntur in mente, virtutem
 vitae non ostendunt, sed faciunt. Illa habere et mali possunt;
 istis autem perfrui, nisi boni non possunt. Nolite ergo fratres
 carissimi amare signa quae sunt cum reprobis hominibus com-
 95 munita; sed haec quae modo diximus caritatis atque pietatis mi-
 racula amate, quae tanto securiora sunt, quanto et occulta, et
 de quibus apud Dominum eo maior fiet retributio, quo apud
 homines minor est gloria ». Hactenus Gregorius⁴⁰.*

222. *Divus Eulogius, martyr Cordubensis, libro primo Me-
 0 moralis sanctorum, late prosequitur hanc quaestionem, et re-
 spondens nonnullis tepidis ac mollibus christianis, qui martyres
 non putabant eos qui a sarracenis pro Christi fide eo tempore
 interfecti sunt propterea quod nulla edebant miracula, post mul-
 ta sic ait: « Miracula denique dum aut propter fidem creden-
 5 tium, aut propter futuram credulitatem astantium Dei provi-
 dentia operatur, non tam nos in eorum admiratione debemus
 stupere, quam provida compensatione intueri, si eorundem ef-
 fectores signorum, expulsis vitiis, morum honestate praecellant;
 si seculo mortui, Deo vivant; si propter illam veram caritatem
 10 quae cuncta charismatum dona exuperat, omnes affectiones mun-
 di pro nihilo pensant, si acceptam virtutem non ad suam glo-
 riam, sed ad beneficium referunt collatoris, si attentis auribus
 cordis, veri magistri admonitione percepta, non quia daemonia
 eis subiiciantur tripudiant, sed quia nomina sua scripta sunt
 15 in caelis exultant. Et idcirco haec dinumeratio virtutum in illis
 prodigiorum autoribus, potius quam ipse signorum effectus est
 admirandus, et quod sit magis praeivium specimen eundi ad re-
 gnum quaerendum, non vero quod signiferos ac notabiles nos
 ostendet. Quia sanctitas et timor Domini cultusque regni cae-
 20 lestis non nisi ab idoneis et perfectis procedunt. Signa vero
 atque prodigia et sancti et reprobi faciunt. Quae nihil aliud
 quam notitiam vanam etiam aliquando hominum conferunt. Hinc
 provenit, ut qui fuerit hominibus notus, nisi fuerit iustus, ad*

³⁹ Mc. 16, 17.

221. Y en otra parte, enseñando que la santa Yglesia cada 30
 día obra espiritualmente lo que en sus principios corporalmente
 obrava dize: « Estos milagros presentes ciertamente que son tan-
 to mayores que los otros corporales, quanto en sí son más espi-
 rituales; tanto son mayores, quanto es mayor su efeto, pues por
 ellos no se resucitan cuerpos sino almas. Porque los otros mila- 35
 gros corporales, aunque es verdad que alguna vez muestran que
 el hombre es santo, pero nunca le hazen santo, mas estotros mi-
 lagros espirituales que se obran en el alma, no son señales de
 la virtud que está en ella, sino obradores de la misma virtud.
 Los milagros corporales puédenlos tener los hombre malos y 40
 pecadores, mas de los espirituales no pueden gozar sino los jus-
 tos y santos ». Todo esto es de san Gregorio ⁴⁰.

222. San Eulogio, mártir glorioso de Córdoba, respondiend
 a los moros y a los tibios christianos que en su tiempo no tenían 45
 por verdaderos mártires de Jesuchristo a los que morían por
 su fe, porque no hazían los milagros que otros mártires antes
 avían hecho, concluye con estas palabras: « Finalmente, quando
 la divina Providencia obra los milagros, o por la fe de los que
 creen, o por la incredulidad y mayor castigo de los presentes,
 no devemos nosotros maravillarnos tanto de los milagros que se 50
 hazen, quanto considerar atentamente si los obradores destos mi-
 lagros han desechado de sí los vicios y son esclarecidos en vir-
 tudes. Si son muertos al mundo y viven a Dios, si por aquella
 caridad, que sobrepuja a todos los otros dones de Dios, huellan
 y ponen debaxo de sus pies todos los apetitos y regalos y blan- 55
 duras del siglo, si usan del don de hazer milagros no para su
 honra sino para gloria del Señor que se le dio, si siguiendo de
 todo corazón la dotrina del verdadero Maestro, no se gozan por-
 que los enemigos los obedecen, sino porque sus nombres están
 escritos en el cielo. Estas virtudes son más admirables en los 60
 que obran milagros que los mismos milagros que obran. Porque
 avemos de buscar y estimar más lo que nos lleva por más de-
 recho camino al cielo, que no lo que nos haze maravillosos en
 los ojos del mundo, y la santidad verdadera y el temor santo del 65
 Señor no pueden caber ni hallarse sino en el corazón de los va-
 rones justos y perfetos; pero los milagros puédenlos hazer assí

59 enemigos] demonios AC

⁴⁰ Homilia 29 in die Ascensionis, PL, 76, 1216.

aeterna supplicia perveniat condemnandus. Ille autem qui cae-
 35 *lesti gratia illustratus, sub notitia sui Creatoris vixerit sanctus,*
etsi mortalibus sit ignotus, in futuris tamen sanctorum gaudiis
erit annumerandus ». Huc usque beatus Eulogius ⁴¹.

223. Haec habui maxime, quae de Ignatii vita moribusque
 conscriberem; tum ne parentis nostri (quod in omnibus humanis
 30 rebus fere fit) paulatim memoria consenesceret, tum etiam ut
 in perpetuum haberent nostri homines, unde omnium domestica
 peterent documenta virtutum. Quod ego si assecutus fuero, erit
 cur Deo gratulemur auctori bonorum omnium; sin minus, nostros
 certe qualescunque labores, vobis, fratres carissimi, quorum prae-
 35 cipue gratia suscepti sunt, non ingratos fore confido.

FINIS

⁴¹ Eulogii Cordubensis († 859) *Memoriale Sanctorum*, PL, 115, 750.

los varones santos como los malos ». Esto dize san Eulogio, nuestro español ⁴¹.

Y por los dichos destos santísimos y sapientísimos doctores devemos regular la santidad, y estimar en lo que se deve los milagros; aunque después que nosotros escribimos esta vida de nuestro B. P. Ignacio y la imprimimos la primera vez en castellano, ha sido nuestro Señor servido de ilustrar y magnificar a este gran siervo suyo con tantos y tan esclarecidos y notorios milagros, que nos avemos tenido por obligados a escribir más brevemente y como epilogar esta misma vida suya y añadir algunos de los muchos milagros que el Señor se ha dignado obrar por su intercessión. La qual vida hallará el piadoso lector en el fin de nuestro *Flos Sanctorum* ⁴². Y cada día se van multiplicando estos milagros, tantos y en tantas y tan diferentes partes del mundo, que si los quisiésemos referir todos, sería menester hazer un libro por sí.

223. Esto es lo que principalmente me ha parecido dezir de la vida y costumbres de nuestro santo padre Ignacio, para que su memoria (como suele acontecer en las cosas humanas) no se nos fuesse envegeciendo y perdiendo poco a poco, y para que los Nuestros tengan siempre delante un dechado perfetísimo, de donde puedan sacar las muestras de todas las virtudes. Lo qual si yo alcançare, tendremos todos de qué dar muchas gracias al autor de todos los bienes, y si no lo mereciere alcançar, a lo menos espero que a vosotros, carísimos hermanos (por quien principalmente yo le he tomado), no dexará de ser acepto y agradable este mi pequeño trabajo.

FIN DEL QUINTO Y ÚLTIMO LIBRO
DE LA VIDA DE NUESTRO B. P. IGNACIO

69-82 Y por los dichos — un libro por sí *om.* ACDE

⁴² Commemorat hoc loco Rib. Vitam suam breviorē S. Ignatii, additam operi *Flos Sanctorum*, cuius prima editio facta est a. 1601. De ea vide *Prolegomena*, supra, p. 43.

CENSURAE IN VITAM IGNATII LOYOLÆ

I

P. ANTONIUS RAMIRO

PATRI ANTONIO DE ARAOZ, MATRITUM

Neapoli, 5 maii 1572

I. - EDITIO: *Scripta*, I 712-713.

II. - TEXTUS: *Fondo Gesuitico*, ms. 652 cod. *Censurae*, t. I, 16¹. Est textus autographus ab auctore subscriptus. Adest sigilli vestigium. In pag. 4^a nominis inscriptio.

III. - AUCTOR: P. Antonius Ramiro, natus Bilbili (Calatayud, in Aragonia) 1540, ingr. Compluti 7 maii 1555, sacerdos ca. 1564 (*Arag.* 15, f. 15). An. 1567 mense februario erat confessarius Barcinone (ibid.), eodem anno, mense septembri, Romae factus est theologiae doctor (*Pol. Compl.* II, 679, n. 50), paulo post Neapolim missus (« venido de España estos días »: litterae datae die 8 novembris 1567, EN, III, 542), ubi fuit theologiae professor (ibid. 531, 546), et casuum conscientiae (*Sic.* 59, f. 28). Professus 4 votorum Neapoli anno 1568. Rector eiusdem collegii ab an. 1571. Fuit etiam rector Valentiae et Oropesae in Hispania, praepositus domus professorum Toletanae. Ibi versabatur a. 1590 (*Tolet.* 21, f. 68). Mortuus ibidem a. 1609. Necrologium eius a P. Hieronymo de la Cerda missum ad P. Almazán die 9 februarii 1609: Madrid, Archivo Histórico Nacional, ms. 898, pp. 27-30. De eo vide etiam, praeter fontes supra citatos, eius *Responsa ad interrogationes P. Nadal*, I, p. 129; CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*, I, f. 152.

¹ Codex descriptus in MI *Scripta* I 26, sub titulo *Cod. Censurae*. Post illam descriptionem denuo ligatus est. Magnitudinis 210 × 295 mm. Constat 1-294 foliis antiqua et unica numeratione signatis, quibus praemittitur, non numeratum, folium ubi inest « Index auctorum quorum opera censa sunt in hoc primo tomo ». Initio codicis assutus est fasciculus 12 foliorum dimidiatorum oblongorum et non signatorum, cui titulus: « Catalogus auctorum quorum censurae servantur in Archivo; quibus vero additum est signum + habentur eorum manuscripta ». Titulus a tergo recens est *Censurae librorum T. I. 1578-1604 / Sign. 652*. Continet censuras operum a patribus Societatis scriptorum aliaque documenta, praesertim epistolae, occasione librorum scriptae. Documenta sunt plerumque autographa. Auctores qui indicantur sunt: PP. Ribadeneyra, Benedictus Perera, Henricus Henriquez, Antonius Possevino, Gregorius de Valentia, Gabriel Vázquez, Bernardinus Rossignoli, Robertus Bellarmino, Ludovicus de Molina,

†
Jhs.

Muy Rdo. en Christo Padre.

Gratia et pax Christi, etc.

Los días passados escreví largo a V. R. con un cavallero que
 5 de aquí se partió para la corte, amigo nuestro, el qual se llama
 Francisco de Aro, y assí agora no se me offresce otra cosa sino
 que, habiéndose aquí acabado de estampar el libro de la vida de
 nuestro Padre Ignatio y principios de la Compañía, porque V. R.
 le deve dessear, lo embío por vía del Sr. Hernando de Ávalos,
 10 lugartiniente de la Summaria y gran devoto de V. R., el qual
 lo encaminará por la posta a un su amigo. Creo V. R. gustará
 dél, por tratar de la materia que he dicho. De lo demás no
 sabré dar nuevas a V. R., porque estoy tan negro de ocupado
 aquí en Nápoles, que aún no he tenido tiempo para leer dél
 15 quatro o cinco hojillas. Ay un orden de nuestro Padre que, a
 qualquier parte que se embiare, se avise que no se muestre a
 ninguno de fuera de la Compañía hasta que Su Paternidad dé
 otro orden; quicá querrá que primero, visto por toda la Com-
 pañía, se avise lo que le falta o sobra, para que se pueda re-
 20 mediar antes que se publique ¹. Si por acá se offresciere alguna
 cosa, en la qual pueda dar algún gusto a V. R., me la podrá
 mandar tan llanamente como quien manda a un hijo muy obe-
 diente que siempre he sido y seré a V. R., en cuyos sanctos
 sacrificios y oraciones mucho me encomiendo.

25 El P. Salmerón y P. Dionisio ² se encomiendan mucho a V. R.
 De Nápoles, 5 de mayo 1572.
 De V. R. siervo indigníssimo en X^o,

Antonio Ramiro.

A tergo. Al muy Rdo. en Christo Padre el Padre doctor Antonio
 de Araoz de la Compañía de Jesús en Madrid.

Manet sigilli vestigium.

Franciscus de Toledo, Franciscus Suárez, Thomas Sánchez, Iulius Fazio,
 Ioannes Dominici, Ioannes Mariana, Hieronymus Prado, Ioannes Bapt. Villal-
 pando, Christophorus Clavius et Ioannes Petrus Maffei. Codex continet ini-
 tio Censuras in *Vitam* patris Iacobi Láinez, ff. 1-14, et in *Vitam* Sancti
 Ignatii, ff. 16-32.

¹ Vide supra, p. 16.

² P. Salmerón erat praepositus provinciae neapolitanae. P. Dionysius
 Vázquez curam habuit de *Vitae* impressione. Vide supra, p. 14 ss.

2

CENSURA PATRIS ANTONII DE ARAOZ

1572

I. - EDITIO: *Scripta*, I 727-730.

II. - TEXTUS: *Fondo gesuitico*, ms. 658 (*Censurae* to. I), ff. 16v17v, partim autographus, partim a librario exaratus. Notandum est Araozium eiusque librarium annotationes scripsisse in ipso folio epistolae patris Antonii Ramiro, editae supra, *Censurae* n° 1, sequentes plicaturas ipsius epistolae. Inde nonnulla difficultas relate ad ordinem quo annotationes disponendae sunt in nostra editione. Linea quadam / indicamus separationem inter varias columnas manuscripti. Nobis videtur in priore editione apud *Scripta* ordinem praeposterum fuisse, ideo eum in hac nostra immutavimus; praecipue vero distinguendum duximus quid sit manu Araozii, quid manu librarii scriptum. Scriptura Araozii est perdifficilis in his punctis, currenti calamo exaratis, unde nonnulla verba legere non valuimus, alia incerta remanent; in quibusdam a praecedenti editione discessimus.

Ex intima connexionione huius scripti cum epistula patris Ramiro clare eruitur hanc esse antiquissimam censuram in *Vitam* S. Ignatii quam servamus.

In fol. 17v, ubi adest inscriptio epistolae patris Ramiro, manus quaedam, quae nec Araozii nec librarii eius est, hunc scripsit titulum: *Censura in vitam P. Ignatii. El memorial de los apuntamientos que hizo el P. Doctor Araoz sobre un capítulo de un libro donde está scripta la vida de nuestro P. Ygnacio*. Maxima quidam pars annotationum respiciunt caput V libri II, ubi agitur de adventu Sancti Ignatii in patriam suam. Araozius praecipue sollicitus erat de iis quae de Ignatii familia vel de communi patria agebant. Quae in hac censura ab Araoz dicuntur, conferantur cum scripto: *Quaedam de P. Ignatio quae non sunt impressa*, ed. in FN III Mon. 9, pp. 203-208. Vide etiam Araozii sequentem censuram, n. 3.

Autographum P.^{us} Araoz

LO QUE FALTA EN ESTE LIBRO

DE LA VIDA DE N. P. DE SANTA MEMORIA

Hijo del señor de Oñaz, la más antigua casa de España, y sola de su nombre; y está dividida España en vandos de Oñaz y Gamboa, o se reduzen a ellos¹.

¹ Textus *Vitae* sic se habet (supra, p. 78): « Patrem habuit Beltrannum, Loioleae dominum, Loioleae familiae perantiquae atque illustris caput. Matrem vero ... » Nihil mutavit Bib. in edit. anni 1586.

Echos militares de sus pasados están scriptos muy hazafiosos ².

De tantos mill açotes por algunas ojas que se quemaron de las horas en que rezaba.

10 Compró en Lérida el saco y la alpargata ³.

La mula duró muchos años en Montserrat ⁴. Lo de m.^{ro} Pruvera [?] ⁵.

Lo del arçobispo de Lieja ⁶.

Lo de Ysabel Roser en el sermón ⁷, y el undirse aquel navío ⁷.

16 Lo que aseguró a Araoz el pasage a Spaña, estando la armada del turco en Tolón.

† Lo de los lagartos en los Pirineos, rezando a una cruz ⁸.

Estando enfermo se lebantaba a oración, y dezía con gemidos a menudo: — O Señor! quán çiego está el mundo! — ⁹.

20 A Y[sabel] de Josa ¹⁰, que con cuchara de plata no podían abrirle los dientes para echarle alguna sustancia.

Huyó de Montserrat y de Manresa, porque le miraban como a santo. /

26 y el duque la entregó al patrón para que se la volviese.

Lo que pasó en Alcalá quando le soltó Figueroa la noche que llegó la nueva del nascimiento del rei, del que dixo: — Mal fuego me queme — ¹¹, etc.

Que ablando puro español, le entendían algunos estrangeros.

30 Que le vino uno a vuscar de lexos a Roma, y la primera casa que entró fue la suya.

16 del turco *sup. lin.* || 22 *post* Montserrat *del.* por

² V. LETURIA, *El gentilhombre*, pp. 57-63.

³ *Supra*, p. 102.

⁴ Cf. *Acta*, n. 17 (I 386-387); FN III 204.

⁵ *Legi etiam potest Prurera, vel Prurora, vel quid simile. Nescimus de quodam agatur.*

⁶ *Agi putamus de archiepiscopo Georgio ab Austria, socio Ignatii in itinere Barcinone Venetias versus, de quo agit ipse Araoz in sua narratione edita in FN, III, 206. Fuit ille episcopus Brixinensis, deinde archiepiscopus Valentinus, tandem coadiutor Leodiensis. Ib. annot. 8.*

⁷ *Supra*, p. 146^s.

⁷ *Supra*, p. 144.

⁸ *Factum hoc uberius declaratur in Araozii narratione, de qua in annot. 6, FN III 205, n° [3], ubi loco « lagartos » dicit « serpientes y escorpiones ». Pro Pyrenaeis, intellige Montemserratum, ubi haec evenisse dicuntur.*

⁹ Cf. FN III 149 n° [4].

¹⁰ *Supra*, p. 436.

¹¹ *Supra*, p. 187, in apparatu critico.

No avía que çenar, estando yo malo, y vino Xavier, y era tan noche, y le dixo que mirase a la puerta, y alló tanta cena que ynbiaban.

En su tierra mendicó y no fue conocido. Sola aquella vez estuvo allí ¹². 36

Lo que dezía Juan Bele^a [vel Hele^a ?] /
Los echos que hizo antes.

Quando se desafiaba, componía oración ante nuestra Señora ¹³. 40

Músico, ni en viernes ni sábadó tanió ¹⁴.

El parlamento que hizo al capitán general, y cómo volvió a encerrarse en el castillo, persuadiéndole el capitán general que no lo hiziese ¹⁵.

Lo que me dixo el obispo de Sigüença, don Francisco Manrique ¹⁶. 45

Cómo se detuvo en París asta que se acavasen de artar de reyr dél los dançantes, y lo que respondió a quien le reprehendió de averse detenydo, viendo que le burlaban.

Que de Londres, sin entrar en casa, sabiendo por una carta que le dieron en la calle, se vino a París, y amanesçió en la puerta de la Inquisición. / ¹⁷ 50

Lo de los médicos y venir por su dicho ¹⁸, lo tomaría por color y cubierta para no dezir la causa intrínseca. Mas, quando fuera asý, no se avía de scribir. 55

Lo que dixo a F. Antonio [?] de Aranda [?] diziéndole que se metiese frayle: « Manus Domini non est abbreviata »; y diz que entendió que quería hazer nueva religión, y le reprehendió de soberbio; y al fin diz que, quando después vio gente de la Compañía en Alcalá, lo refería como cosa cumplida de lo que entonçes significó. 60

45-46 Lo que — Manrique *alia manu*

¹² Cf. *Acta*, n° 87 (I 482) ubi tamen dicitur Ignatium Baionae in Gallia agnitum fuisse.

¹³ Cf. LETURIA, *El gentilhombre*, p. 78-79.

¹⁴ Ibid.

¹⁵ Sup. p. 80; *Sum. hisp.* FN I 155; *El gentilhombre*, p. 130.

¹⁶ Franciscus Manrique de Lara, frater ducis de Nájera, qui fuit primum episcopus auriensis (Orense) 29-III-1542 (EUBEL III 138); postea salmanticensis, 24-IV-1556 (ibid. p. 307), tandem siguntinus, 30-IV-1560 (ibid. p. 315). Obiit 11-XI-1560. Probabiliter Araozius hoc loco significare intendit factum a Francisco Manrique narratum, de quo FN III 332. Cf. LETURIA, *El gentilhombre*, p. 110-111. Colloquium eius cum Fabro habitum Ratisbonae narrat Faber in *Fabri Mon.* p. 111.

¹⁷ Vide supra, pp. 218-220; n° 13; FN III 208. Haec evenerunt cum Ignatius Rothomago (non Londino) Lutetiam venit.

¹⁸ Scil. Ignatium in Hispaniam iter fecisse medicorum consilio. Sup. 234.

En la epístola dize, fol. 3: « res mihi notas » et « certas » ¹⁹.
No fue esto así.

En el 4 dize: « ex ipso saepe cognovimus » ²⁰. Contradize
65 a lo que después dize de su secreto.

Eodem folio: que Laynez era el más amado ²¹. /

Que hizo temblar con el aposento a un tentado, dándole
reprehensión. Era seglar y de mal vivir, que algún tiempo trató
de virtud. Tal Castro se llamaba.

Manus amanuensis.

70 En el capítulo 5º del libro segundo ay mucho que emendar,
especialmente [cinco] cosas: La primera, la causa de la venida
de nuestro Padre a España ²². La segunda, el salir a rescibir los
clérigos ²³, que ambas derogan en cierta [?] manera a la sancti-
dad de aquel varón, pues no avía de venir por el dolor d'estó-
75 mago a su natural, y aviendo tantos años que le tenía, tenyén-
dole casi por incurable, como fue, pues le tuvo toda la vida.
Y aviendo tantos años que salió de su tierra, poco provecho podía
esperarse en el provecho de los ayres. Ny por el exemplo de los
suçesores era cosa muy combenyente ponerla por scripto, quando
80 fuera verdad, cuánto más no lo siendo; lo qual también desdize
mucho de lo que con tanta razón se encaresçe en el libro, del
ánimo valeroso y paçiente con que solía sufrir las enfermedades.
Asímismo paresçe dezir que los clérigos le salieron a resçibir,
pues eso argüie alguna prevención de su parte.

85 La 3ª, la causa de venir por negoçio de sus compañeros ²⁴,
los quales, siendo studiantes y, si no era el P. Xabier, los demás
muy pobres, no podían tener negoçios condignos de tal solçitador.

La 4ª, lo que dize que corrigió en aquella tierra muchos
errores, que argüie errores ²⁵ acerca de la fee, o suprestijiones,
90 lo que no ay en ella; mejor dixiera que / compuso vandos y
pasiones, y corrigió viçios; mas dezir errores puede ofender a

69 post se llamaba línea ducitur et incipit scribere alia manus || 70 In marg.
alia manu: Ojo || 71 [cinco] in textu adest spatium vacuum

¹⁹ Epistula seu Prologus cui titulus: « Charissimis in Christo fratribus
Societatis Iesu Petrus Ribadeneira salutem ». Supra, p. 68.

²⁰ Ibid.

²¹ Supra, p. 72.

²² Sup. p. 234. Causae itineris Ignatii in Hispaniam a Ribadeneyra
adductae, videlicet: infirma valetudo et negotia sociorum expedienda, affe-
runtur etiam ab ipso Ignatio in *Actis*, nn. 84-85, unde difficulter ab Araozio
confutari possunt.

²³ Supra, p. 236.

²⁴ Sup. p. 234.

²⁵ « ut errores multos corrigeret »: supra, p. 240.

los de aquella tierra, pues vasta al día su malicia²⁶, de que nadie suele ser propheta azepto en la suya²⁷. Por lo qual se devieran poner los térmynos que con verdad pudieran consolar y no yrritar, y edificar y no scandalizar; pues pensarán que quien lo scrive lo supo dél; y aun en la tierra estranya, donde no ay los bandos y parçialidades, pudiera dar buen gusto ny açepción del libro el dezir semejantes términos. 95

La 5ª, lo que dize que se ponen los tocados las moças que an errado, y aun a los clérigos « praestant fiden [sic] quasy maritis »²⁸; cosa no menos absurda de dezir que de hazerse, sin saberlo bien primero. No es buen guisado para que los clérigos gusten del libro, ny se edifiquen del autor ny del fundador; pues an de pensar que él lo dixo como los seglares de los [s]eñores. De manera que á sido scandalizar a seglares y sacerdotés. Donde quiera, por la miseria humana, ay viçios y scándalos; mas esa costumbre, entendida su intençión, no es réproba y espeçialmente con términos tan fuertes, antes bien se pudiera loar la causa originaria, aunque alguna vez se suele torçer la que mo/vió a los antiguos y mueve a los presentes a que aya esa costumbre, de que las moças, que suelen andar en cabello, pongan tocas; antes fue en pena y en buen gobierno que en jactancia de la culpa, gloriándose de ella; y aun algunas vezes, a las que no se quieren tocar, las compele la justicia; porque, como ay muchos engaños en otras partes, donde se venden por las que no son, allí está ordenado que, en allándose alguna de aquellas moças en tal culpa, se ponga tocas, para que entiendan todos su falta y no pueda engañar a nadie. De manera que va esta costumbre tan lexos de rito prophano y desonesto, quanto va lexos de la verdad dezir que « prestant fidem quasy maritis ». Y donde quiera que en aquellas partes y provinçias esto se leyese, causaría grave scándalo, y procurarían su defensa y onor, screbiendo contra ello, y aun haziendo recurso al sumo pontífice, sin otras molestias que podrían dar a los de la Compañía. Y el mismo scándalo sería en las tierras, donde se sabe el fin de aquella costumbre ser tan loable. Y como viesen que en cosa que es infamia de / una naçión, notándola de errores y supresticiones, que, si fuesen verdad, sería cosa nefaria y sacrílega, han tenydo tan poca consideraçión de screbirlo sin bien informarse, y que afirman por verdad lo que no lo es, fácilmente podrán juzgar que todo lo que se dize en el libro es de la misma masa y falsedad. 30

²⁶ Mt. 6, 24.

²⁷ Mt. 13, 57.

²⁸ Supra, p. 240. Cf. FN I 187, 484.

²⁹ Mt. 5, 15.

Resta, pues, dezir la verdad de la venida de nuestro padre
 a España y de la causa que a ello le movió, que es de bien
 35 diferente espíritu y exemplo que lo que está scripto; y es que,
 como el varón bendito vía que se avía de engolfar en l'alta mar
 de cosas que después se an visto, pues no se á de creer que de
 un edificio tan grande como el Señor á obrado por él, no tuviese
 él muchos años antes, no solo vislumbre, mas luz; aunque el
 40 cuidado humilde que siempre tuvo de poner su candela «sub
 modio»²⁹; y entendiendo, como muy probablemente pudo enten-
 der, que no ternía ocasión para volver a España, aviendo ya
 comenzado a coger piedras y materiales spirituales para el edi-
 ficio que el Señor avía de hazer por él, que son los compañeros
 45 que en París recogió: viendo, pues, esto, y siendo tan prudente
 y providente, le pareció que combenía a la gloria del Señor / y
 al buen nombre de la Compañía que confiaba se avía de fundar,
 pues la humildad no quita el tener confiança, sino el mostrarla;
 y agora tuviese luz, agora no, lo que yo no creo, fue necesario
 50 lo que hizo, que era volver a España públicamente; porque,
 aviendo sido preso en ella y dado por libre, aviendo algunos
 años fuera del reyno y en Francia, y aviendo ya comenzado
 en España el error de los alunbrados y en Alemania la eregia
 de Martín Lutero, quiso, como quien da razón de sí, dar una
 55 buelta por lo principal de España, aparejado a dar cuenta de
 sí, porque no dixiesen que no osaba volver a España; pues aun
 con averle dado por libre por sentençias públicas, no faltaron
 malébolos que en París dixiesen que avía ydo fugitivo de España,
 como también después lo dixieron en Roma y Venecia, quando
 60 se averiguó por justicias ser maldad³⁰. Y porque de París para
 venyr a Castilla era el camino por su naturaleza, quiso pasar /
 por ella por satisfacer en parte a las ignorançias de la juventud.
 Y con todo eso entró al lugar donde su hermano era patrón³¹,
 y se fue al ospital y estuvo allí algunos días mendicando por
 65 la villa, que es de más de mill vezinos; y esto sin que nadie le
 conociese, ny él se diese a conosçer, asta que pasó por allí acaso
 un clérigo navarro, que le avía visto en París, y le reconoció,
 lo descubrió y dixo quién era. Y porque la casa de Loyola está
 fuera de la villa como un quarto de legua, acudieron luego los
 70 clérigos y la gente principal del pueblo, como su hermano provee
 los beneficios de allí, los unos a Loyola a dar la nueba a su
 hermano, y otros al ospital a visitarle, que fue cosa que puso

²⁹ 46 y al buen nombre de la Compañía. *Hoc loco incipit pagina et velut titulus
 adest*: La forma que tuvo quando descubrió a sus compañeros el fundar religión

³⁰ POLANCO, *Summarium*, n. 84 (I 201).

³¹ Martinus García de Oñaz y Loyola, Ignatii frater natu maior, erat
 patronus ecclesiae paroecialis Sancti Sebastiani, in oppido Azpeitia.

grande admiración y edificación en aquella tierra; y así comenzó a predicar con el concurso y fructo que dize el libro. Y de allí se fue para Castilla, conforme al desinio que traía, y visitó los padres y parientes de algunos de sus compañeros. 75

De manera que la causa de su benyda fue la que aquí se dize; y fue echo con grande espíritu y acuerdo prudente, para que los fundamentos de la Compañía fuesen en toda verdad y puridad. / 80

[*Sequitur in margine, manu, ut videtur eiusdem librarii*]

De manera que la persona dio corona a Azpeitia, por ser natural de allí; y el libro les pone coroça ⁸².

Yten. ¿Qué dixieran los de Asís, si en vida de los que oyeron a S. Francisco dixieron [*sic*] dellos tal cosa?

Yten. No [habiendo] estado en Roma ny en la Compañía ninguno de los que le oyeron predicar en Azpeitia para poder dezir tal; luego se á de presumir que lo dixo él mismo, quod absit; porque, siendo verdad, no lo dixiera, cuánto más no lo siendo. / 85

3

CENSURA ALTERA PATRIS ARAOZ

I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS agraphus in *Fondo Gesuitico*, ms. 658 (*Censurae* t. I), f. 18. Librarius idem est qui priorem censuram Araozii (nº 2) conscripsit.

III. - AUCTOR dicendus est P. Araoz, etsi eius nomen non indicatur; nam 1º eius animadversiones pertinent ad iter S. Ignatii in patriam communem, cuius itineris causam pervestigare intendit; 2º sermonem facit de itinere suo in Hispaniam et de visitatione facta quibusdam propinquis sociorum Ignatii, id quod nulli congruere potest nisi Araozio, qui certe tale iter anno 1539 confecit. Loquitur auctor de iis quae *Vitae* addere oportuerit, significans, ut videtur, documentum a nobis editum (FN III MON. 9). Cuiam patri haec censura destinata fuerit non apparet e manuscripto, quod caret inscriptione. Certe e documento apparet eum esse alium a P. Generali, cui aliae annotationes missae dicuntur. Fortasse agitur de transcriptione incompleta epistolae cuiusdam originalis. Quae censor dicit caute accipienda sunt, negat enim sicut in praecedenti censura, veras fuisse rationes itineris S. Ignatii quas ipse Ignatius in *Actis* et antiquissimi biographi in suis narrationibus adducunt. De quibus, v. supra, pp. 234-236.

⁸² Coroza: «Capirote de papel engrudado y de figura cónica, de menos de un metro, que como señal afrentosa se ponía por castigo en la cabeza de ciertos delincuentes, y llevaba diversas pinturas alusivas al delito». *Diccionario de la Real Academia española*.

Textus

i
Jhs

Muy Reverendo Padre en Christo.
Pax Christi.

Ya V. R. avrá visto el libro de la Vida de nuestro padre
 5 Ignacio de sancta memorya y el buen espíritu y estilo del P. Ri-
 badeneyra; y aunque á dexado de scribir muchas cosas de gran
 momento y muy raras, y a mi paresçer de más admiración
 muchas dellas que ninguna de las que están scriptas, y esto sin
 10 aviso y advierto a nuestro padre general¹, no trataré dellas en
 ésta. Sólo me á parescido no sperar a que Su Paternidad lo
 imbie a remediar, aunque se lo scribo, y advertir luego a V. R.
 para que aga lo mismo con los que tuvieren este libro y con los
 que entendiere que le an leýdo, porque no resçiban menos edi-
 15 ficación ny reparen en ello como algunos.

Y es que en el capítulo 5° del libro 2° se dizen 3 cosas que
 piden no sólo advertencia, pero emienda. La primera y segunda
 son la causa de la venyda de nuestro padre a su patria, que
 era por su salud y por algunos negocios de sus compañeros, cosa
 20 que yo sé bien que no creo le pasó jamás por pensamiento²,
 ny ella misma en sí es berisímil y, quando lo fuera, era imper-
 tinente para scribirse. Porque los tres por cuyas tierras pasó,
 que era el P.° bendito M° Francisco Xabier y de nuestro P.°
 M° Laynez y del P.° M° Salmerón, que el primero era de Nabarra,
 25 el 2° de Almacán, el 3° tenya a su madre o a lo menos hermana
 en Çigüença, la razón misma dize qué negocios podían tener 3
 estudiantes que estaban en París, para que la grabedad y autho-
 ridad y aun la poca salud de nuestro padre uviese de venir a
 tratar dellos. Y allende que esto es así más que verisímil, yo
 30 visité pocos años después al hermano del P.° M° Francisco Xabier
 y a los padres de nuestro P.° Laynez y a la madre y hermanas
 del P.° M° Salmerón la primera vez que de Ytalia vine a Spaña
 con cartas dellos³, y ny tenyan entonces ny tuvieron antes

¹ P. Araoz aliam censuram conscripsit quam nos edidimus supra, n° 2.
 Attamen non illa, saltem prout ad nos pervenit, hoc loco indicatur, quia
 tali modo scripta est ut potius annotationes ad privatum usum quam vera
 censura ad P. Generalem destinata dicendae sint. Fortasse significatur aliud
 scriptum: *Quaedam de P. Ignatio quae non sunt impressa*: FN III Mon. 9.

² Vide supra *Censuram* n° 2 et cf. supra, pp. 234-236; FN I 100-101
 185-187; II 568.

³ P. Araoz primo venit in Hispaniam anno 1539. Iter suum et res

rastró de negocio alguno, mas de olgarse de saber dellos. De
manera que esta causa pide emyenda. 35

Mucho mayor y con más razón la pide la primera que es
aver venydo nuestro P.º a combalescer a los ayres de la tierra,
cosa tan agena de su ánymo, cuánto más de su perfectión; y
bien se pareció que no venía con esa intención, así por los
pocos días que allí estubo ⁴, como por lo mucho que trabajó en 40
predicar los más dellos y porque la misma cosa se lo dize. Solo
diré yo, como quien lo sabe sin nynguna duda, que la causa de
la venyda a Spaña de nuestro padre fue hordenada con la pru-
dençia y consideraçión que el Señor le avía dado en todas sus 45
cosas y determinaçiones. Porque, como tenía concertado con sus
compañeros que fuesen a Venecia para pasar a Gerusalén, donde
él antes avía estado, y entendía probablemente que no podría
más bolver a Spaña, y como después que fue a París nunca
bolvyó a ella, quiso venyr a estos reynos para compareçer pú-
blicamente en ellos ⁵ y así vino a Alcalá y a Toledo ⁶. Porque era 50
camino para Castilla y el rescibimiento de / los clérigos ⁷. Porque
dezían en París que era fugitibo. / Que con su mucha humildad
no diría la causa de la venida. / A Doña Marina sobre el sobrino
de Don P.º el de Çumaya.

gestas ipse describit in epistula ad Ignatium data Caesaraugusta, die 30
octobris 1539 (*Miatæ* I 31-38). Ibi, p. 35, dicit se sequenti die Alma-
zanum versus iter arrepturum, quod erat oppidum natale patris Lafnez. De
hoc itinere Araozii v. etiam *Chron.* I 88-89; FX I 502.

⁴ Tres circiter menses haec commoratio Azpeitiana protracta est, ab
exeunte, ut videtur, mense aprili 1535, ad finem iulii. FN I 33*-34*.

⁵ Haec ratio datur etiam ab Araoz in praecedenti censura, supra n° 2;
a primis biographis non adducitur. Conferatur cum iis quae Polancus in
Vita latina scribit: « ubi etiam multis offendiculo fuerat, aliquid aedifica-
tionis, sua scilicet in patria, praebere cupiebat ». Supra, p. 238; FN II 568.

⁶ Hoc loco absolvitur folium chartae; notationes quae sequuntur scrip-
tae iacent in margine sinistro, ad modum compendii.

⁷ Supra, p. 236.

4

CENSURA SANCTI PETRI CANISII

Oeniponte, inter exeuntem a. 1573 et medium a. 1576

Praefatio

I. - EDITIONES: 1^a *Scripta* I 714-720; 2^a BRAUNSBERGER, *B. Petri Canisii epistulae et acta*, VII 250-271 (doc. 1912, cf. doc. 1801, p. 47). Auctor hoc modo procedit: in prima columna verba primae editionis *Vitae* (a. 1572) exscribit, quam «notae» Canisianae respiciunt; in secunda, Canisii «notas» in hanc editionem; in tertia denique, verba Ribadeneyrae in secunda editione latina *Vitae*, facta Matrili a. 1586. Quod si nihil in hac editione immutatum est, hoc etiam indicat.

II. - TEXTUS servatur in Archivo Provinciae Toletanae Societatis Iesu, cod. *Belero*, ff. 51-52v (prius 16-17v). Est archetypus, a P. Vellelmo Eldereren exaratus dictante Canisio, qui propria manu non pauca correxit vel addidit.

III. - TEMPUS. Edita *Vita* S. Ignatii mense maio 1572, eius auctor Ribadeneyra Canisium rogavit ut suum de ea iudicium exprimeret, quod scimus ex epistula Canisii ad P. Nadal, vicarium generalem, data 13 iulii 1572: «Ingentes ago gratias R. T. quae nuper ad me misit sacra dona (*Agnus Dei* vocant) et praeterea historiam Ignatianam eleganter, pie, utiliterque conscriptam ac diu desideratam nobis communicavit. Autor eius libri meum de tota historia iudicium expetit, quod puto supervacaneum esse, cum exactos habuerit isthic iudices, et multis annis non potuerit hoc opus non elaborate conscribi. Spero sane magno et salutari usui nobis fore hanc libri lectionem, quae tam praeclare monet de moribus et virtutibus tum primo patri nostro, tum huic instituto maxime congruentibus.» (BRAUNSBERGER, VII 50). Canisius igitur primo «supervacaneum esse» censuit iudicium suum exprimere de *Vita*. Attamen cum non multo post, in Congregatione Generali tertia nonnullae observationes factae fuissent in librum *Vitae* a Ribadeneyra conscriptum (vide supra, p. 17), cumque P. Mercurianus 25 iunii 1573 omnes provinciales qui Congregationi interfuissent rogasset ut inquirerent in his quae in *Vita* addi vel minui possent (cf. supra p. 17), S. Petrus Canisius, his, ut videtur, motus incitamentis, «notas» suas composuit, quas hic denuo typis edimus.

Ad tempus pressius statuendum, cum hae «notae» scriptae fuerint manu patris Vellelmi Eldereren¹, iuvat inquirere quonam tempore dictus pater una cum Canisio vixerit. Iam, testimonio patris Braunsberger, quem sequimur hac in re, scimus patrem Eldereren mense februario a. 1572 ex Italia in Germaniam rediisse, et sequentibus annis in collegio oenipontano cum Canisio commoratum esse, cui in scribendis litteris et contionibus adiumento fuit. Iam «Canisius mense iunio 1576 Oeniponte abiit neque proximis annis eo redibat, nisi ut ibidem aliquot septimanas maneret; post

¹ P. Vellelmus Eldereren, belga, Augustae a Petro Canisio «in laboris molestiarumque sane ingentium communionem ascitus». AGRICOLA, *Historia Prov. Germaniae Superioris*, I, p. 38 n° 134. Mortuus est anno 1592. Ibid; *Hist. Soc.* 42, f. 101v.

annum denique 1580 prorsus ea urbe abfuisse videtur » (BRAUNSBERGER, VII, p. 251). Unde « notae » canisianae intra praedictos temporis limites scriptae fuisse videntur, immo nulla solida apparet ratio ob quam longe ab anno 1573 separandae sint.

Qua de causa hoc monumentum in archivo provinciae toletanae Societatis servetur clare apparet ex annotatione autographa clarissimi patris Iacobi Ludovici de Sanvitores (1627-1672), quae ad calcem documenti additur. Litterae Canisii de quibus ibi fit sermo amissae videntur. Applicatio monumenti archivo supra dicto fieri debuit annis 1655-1656, nam P. Sanvitores annis 1655-1660 philosophiam in illo collegio docuit, antequam in Mexicum proficisceretur; P. Petrus de Vivero (1572-1656), rector collegii matritensis, mortuus est anno 1656.

IV. - NATURA MONUMENTI. Teste Manareo (vide *Censuram* n° 13), Canisius fuit ex illis patribus qui, tempore Congregationis Generalis tertiae, notarunt « quod nimis multa historiae interserta essent, a vita B. P. N. Ignatii suscepta aliena. Item, non probabatur quod tam multorum collegiorum initia et progressus describerentur ». Attamen in suis « notis » Canisius potius optatum suum exprimit ut nonnulla addantur vel explicentur, et de initiis collegiorum Germaniae uberiores notitias expetit. Praecipue notanda sunt quae Canisii mentem vel opinionem nobis patefaciunt. Talia sunt: de recte intelligendis orationis donis quibus Ignatius fuit insignitus; de visione ad La Storta ac de nomine Societatis Iesu; quae primos Societatis socios attingunt qui in Germania strenue laborarunt; quae illustrent initia collegiorum ingolstadiensis, viennensis, pragensis. Iam, comparanti textus primae (a. 1572) et secundae (a. 1586) editionis latinae *Vitae* sub luce « notarum » canisianarum, haec quae sequuntur clare apparent: Ribadeneyra accepit quidem et consideravit observationes Canisii, quod vel ex his apparet quae in secunda editione addidit de Petro Fabro, quae fere ad verbum a Canisio mutuatus est. Quae de sermone latino perpoliando agunt, negligenda putavit. Quantum ad res quae addi vel minui possent, dicendum est Ribadeneyram non multa mutasse, ea ut videtur, adductus ratione « ne prolixus forte ac molestus essem » prout in prologo secundae editionis asserit. Additiones praecipuae hae sunt: 1^a In his quae agunt de Ignatii « illustrationibus », textum quidem non mutavit, sed ad finem capituli VII libri I hac super re declarationem subiecit. 2^a De nomine Societatis declaravit illud non unice originem duxisse e visione ad La Storta, sed etiam ex « aliis divinis illustrationibus multis magnisque » ab Ignatio habitis. 3^a Uberiores dedit notitias de primis Societatis patribus qui in Germania operam suam navarunt, praecipue vero de patribus Fabro, Iaio et Bobadilla. Quae omnia non mutant nec minuunt laudes a Canisio *Vitae* tributas, immo, ut ipse in fine « notarum » expresse asserit: « opus per se commendari satis non posse videtur », quod iudicium illud confirmat quod Canisius expressit litteris supra allatis ad P. Nadal, die 13 iulii 1572.

V. - RATIO EDITIONIS quam Braunsberger tenuit optima quidem est, sed quo minus eam imitemur obstat spatii difficultas. Praeterea, comparisonem editionum *Vitae* in hoc volumine instituimus. Id certe curabimus, ut lectori clare appareat quem locum in singulis suis animadversionibus Canisius attingat. Verba autographa Canisii litteris inclinatis exprimimus, quo melius appareant lectori.

†

NOTAE IN VITAM P. IGNATII

Pagina 23 B [l. I, c. X, supra, p. 154, lin. 43]. Obscurius dictum videtur illud: « eo ipso die, hausto conscendit », referendum est enim « hausto » ad nomen pharmaci, quod procul
 5 abest.

Pag. 24 B [l. I, c. XI, supra, p. 156]. Fortasse posset adiungi, quod ex M. Fabro audisse memini, quomodo Ignatius in sacris Palaestinae locis versatus fuerit, magna scilicet cum pietate, multis cum lacrymis, nec sine vehementi et flagranti divini amoris
 10 ardore, cum contemplaretur, velut ob oculos, illa vitae et passionis Christi mysteria, eoque magis animabatur ad vitam omnem illic transigendam.

Pag. 55 B [l. I, c. XII, supra, p. 254], Ubi fit mentio Veralli, dignus is sane mihi videtur, ut aliquam accipiat commendationem, quod de nostris optime meritus fuerit saepe.¹
 15

Pag. 56 B [l. II, c. VIII, supra, p. 256, lin. 17-18], linea prima: « ad sacra *primae* Missae peragenda se compararent ». Optarim hoc dici luculentius, ut intelligatur agi de primis *missae* sacris sermonem institui.

Pag. 60 B [l. II, c. XI, supra, p. 268, lin. 14]. Fit mentio de illustrationibus Ignatii, et quod supra modum Manresiae fuerit illustratus, et similia de illo libro priore dicuntur. Numquam ego absolute dicerem: « habuit illustrationes », sed potius, sicut alibi lego: « accepit insignes et multas de divinis rebus
 25 cognitiones. » Nollem enim confirmari illorum calumnias, apud quos male audimus propter illuminationes. Et fortasse profuerit aliquod addi discrimen inter veras et falsas *sive* suspectas illuminationes, ad omnem suspicionem *et obiectionem* illusionum efugendam.²

Pag. 60. [l. II, c. XI, supra, p. 268]. Addi posset fortasse ubi et quando primum *missae* sacrificium peregerit Ignatius.³
 30

Pag. 61. [l. II, c. XI, supra, p. 270, lin. 32]. « Ego, inquit, vobis Romae propitius ero. » Hic reddi puto illud dictum: « Io

¹ Eo] Illo ms. || 17 *primae sup. lin.*, *deest in textu Vitae* || 18 *verbum agi super vacaneum videtur* | *missae corr. ex missis* || 21 *post Ignatii del. si* || 27 *sive corr. ex sibi* || 28 *et obiectionem sup. lin.*

¹ Canisius sine dubio optavit ut hic vir laudaretur eo quod, dum esset Nuntius Apostolicus in Germania, magnae benevolentiae signa Societati dedit. BRAUNSBERGER, VII 253¹.

² Rib. hoc loco nihil mutavit. Vide tamen quid addiderit in altera editione latina, ad calcem capitis VII libri I (supra, pp. 128-130, nn. 37-38), de natura illustrationum caelestium Ignatio concessarum; et cf. etiam librum V, caput X, supra pp. 860-854.

³ In textu hispano hoc indicatur.

sarò con voi; » id, quod multo plus in se continet, ut arbitror, quam quod per nomen « propitius » explicatur, licet hoc saepius repetatur. Deinde significant verba sequentia, quod Ignatius, praeclaro illo viso animatus, appellari voluit Societatem Iesu. Fortasse non est opus fateri hanc vel unicam vel praecipuam Ignatio causam fuisse huius nuncupationis. Percuperem de hoc nomine plura dici, ut constet clarius cur de nomine Societatis Iesu appellemur, et ne solum causa referatur ad revelationem semel factam Ignatio. Multi sane rogant frequenter de hoc nomine, quibus vix satisfiet in hac operis parte.⁴ *Quid si adiungatur, quod iesuitarum nomen, uti plerique putant, numquam nobis arrogaverimus? Lovanii nostris inditum esse puto.*⁵

Linea 75. [l. II, c. XVII, perperam scriptum VXII, supra, p. 308, lin. 53-54]: « et pontificio afflatu, spiritum Dei hic esse dixit ». Satis obscure, ut vix ego sententiam assequar. [51v]⁶

Pag. 83 B [l. III, c. IIII, supra, p. 380, lin. 26]: « quasi speculatores Lugduni intercepti ». Usitatus diceretur exploratores.

Linea 84 [l. III, c. IIII, supra, p. 380, lin. 32]. Plura dici possent de P. Bobadilla, ut sic legeretur: « missus est », ac multis deinde annis apud germanos ita versatus, ut pace belloque labores ingentes nec levia pericula exantlarit, ac pro catholica quidem religione gnaviter, praesertim in comitiis imperii crebro decertavit. Igitur « ex his, quae diximus, perspicere potest », etc.

³ 88 vel *sup. lin.* || 43-45 *Quid si — esse puto marg.* || 46 *Linea] sic pro Pag.* || 50 *post diceretur del. deser.* || 57 *crebro sup. lin.*

⁴ De nomine Societatis Iesu auctor aliqua addidit (v. p. 272): 1° nomen illud derivasse non solum ex ignatiana visione ad La Storta, sed ex aliis a Deo acceptis illustrationibus, prout Canisius optabat. 2° Constantiam Ignatii in hoc nomine tuendo. 3° Fontes unde notitiam habuit visionis ad La Storta, quae sunt: Lainii adhortatio anno 1559 Romae habita, cui Ribadeneyra se interfuisse asserit (FN II MON. 6); *Acta*, n. 96; Ignatii ephemeris.

⁵ De hoc nomine vide quid ipse Canisius dicat: « De nobis dicam potius qui Iesuitae dicimur ». BRAUNSBERGER, I 121. « Facimus ita quidem, tametsi non sine quorundam invidia simul et obtrectatione, quae nobis etiam Iesuitae nomen dedit. Absit enim procul ut sacrosanctum illud nomen ullatenus usurpemus nobis, qui Christi Iesu vixdum discipuli vel sane tyrones sumus, adscripti militiae crucis eius ». Ibid., p. 134-135. Vied etiam FN I 792¹⁸; ORLANDINI, l. 15 n. 47; SUÁREZ, *Tractatus de religione Societatis Iesu* (Bruxellis 1857), l. 1, c. 1, pp. 3, 4.

⁶ In 1^a editione legitur: « ...cum enim formula comprehensum perlegisset, vehementer probavit, et pontificio afflatu: spiritum Dei hic esse dixit ». Sed iam ad calcem libri (id Canisius non vidit), ubi *Errata* corriguntur (f. *Eo* 2°) mutatum est: loco « cum enim formula », legendum esse « Pontifex cum formula ». Quae correctio inducta est in ed. 1586. Vide supra, p. 308, lin. 53-54.

Pag. 86. [l. III, c. V, supra, p. 386, lin. 66]: « tunc inchoatum, postea vero etiam perfectum »: « inchoatum » enim lege pro « informatum ». ⁷

Pag. 92 B [l. III, c. IX, supra, p. 406, lin. 46]: « ut singulae in Italia iudaeorum synagogae. Sic mallem legere quam [Italiae] iudaeorum.

⁶⁵ Fol. 97 [l. III, c. XI]. De Petro Fabro plura dici et addi possent. Mihi quidem haec veniunt in mentem, *ex quibus nonnullae* subiici possent post illa verba: « mirifice sibi obligavit ». [supra, p. 418, lin. 32]. Pergratus ille fuit Alberto, cardinali Moguntino, apud quem diu haesit, psalmos interim davidicos ⁷⁰ *in schola theologica* Moguntiae interpretatus. Gratus Ottoni, cardinali augustano, ⁸ episcopo spirensi ⁹ multisque magnatibus. Aliquoties cum Bucero et haeticis aliis congregari non dubitavit, et quam ipse fidem profiteretur, illis etiam potuit comprobare. Pro haeresiarchis, utpote Calvino, Lutero, Philippo ¹⁰ et similibus ⁷⁵ singularem orandi spiritum illi Dominus impartiebat, ¹¹ sicut et pro tota Germania, quam tum *restituendam esse* sentiebat atque praedicebat, cum quorundam bonorum sanguine *primum* ira Domini placaretur. Ex germanis primum Societati lucrificavit Moguntiae Petrum Canisium, qui, *fama eius excitatus*, ad videndum illum Colonia *ultra* fuerat profectus. Sed et hospitem suum, ⁸⁰ apud quem Moguntiae morabatur, carthusianum effecit. ¹² Cum Coloniam pervenisset, multas saepe conciones *latinas* habuit, non solum in monasteriis, sed etiam coram academia, easque mira pietate conditas. Amabat et reverebatur locum sacrum, qui apud ⁸⁵ colonienses extat (auream cameram vocant) in templo sanctae Ursulae, ubi, sicut et Moguntiae, inter sacrificandum, sacris de

⁶⁰ lege corr. ex legatur || ⁶⁶⁻⁶⁷ ex quibus nonnullae sup. lin. corr. ex quae || ⁷⁰ in schola theologica sup. lin. || ⁷⁶ restituendam esse corr. ex offenso Deo placatum iri || ⁷⁷ cum sup. lin. | *primum marg.* || ⁷⁹ fama eius excitatus sup. lin. || ⁸⁰ ultra sup. lin. || ⁸² latinas sup. lin.

⁷ Agitur de collegio conimbricensi, de quo Ribadeneyra a. 1572: « Regis Lusitaniae munificentia iam tum informatum, postea vero etiam perfectum ». Nihil immutatum in ed. 1586.

⁸ Albertus Brandenburgensis, cardinalis, archiepiscopus moguntinus, princeps elector imperii.

⁹ Otto Truchsess von Waldburg, anno 1542 a Fabro exercitiis excultus, a. 1543 episcopus princepsque augustanus, a. 1544 cardinalis.

¹⁰ Philippus Melanchton.

¹¹ De his pro quibus Faber speciales orationes Deo fundebat, vide eius *Memoriale* n. 25: FN I 48.

¹² « Vixit idem [Faber] Moguntiae in aedibus domini Conradi parochi, apud divum Christophorum, quem ex concubinario carthusianum effecit, idemque, ut puto, in Carthusia coloniensi diem clausit extremum ». Sic Canisius scribens Patri Ioanni Busaeo, Friburgo 2 ianuarii 1596. *Fabri Mon.* 484-485; vide ibid. 292; BRAUNSBERGER, I, 77^a.

rebus illustres cognitiones accepit, quas aliquando nostris patefecit. E nostris Canisium et Leonardum Kessel cum paucis aliis, ut illic una morarentur, primus ipse *designavit*, qui, post patris huius discessum, variis veluti fluctibus et procellis *agitati sunt*, prius quam fructus, qui postea consecutus est *multiplex*, appareret. Ac erat Fabro mira quaedam in precando sedulitas, praesertim cum in Germania versatur, *ubi* sollicite commendavit Domino, tum generatim, tum in specie, [52] germanorum incolunitatem. Iam regionis et oppidi, in quo versaretur, nomine gratias agebat pro *acceptis* divinis beneficiis; iam peccatis inhabitantium coelestem misericordiam implorabat; iam spiritualem simul et temporalem benedictionem, praesenti clero et populo exoptabat. Infracto semper pectore minas et calumnias quorumlibet obstrepentium excipiebat, *cum didicisset gaudere, si pro Iesu nomine contumeliam pateretur*.¹³ Verum ex his excerptantur, quae magis ad rem facere videbuntur.¹⁴

Pag. 72 B [l. II, cap. XVI, supra, p. 298]. Mirum videri potest, unde Govianus ad Ignatium scripserit de iuvandis rebus indicis. Credo *eum* ex Portugalia scripsisse, non Lutetia; qua de re posset aliquid adiungi *ad scrupulum lectori eximendum*.¹⁵

Pag. 137 B [l. IV, c. IV, supra, p. 622, lin. 39]. Obscura sunt prorsus illa verba, « de cuius voluntate diplomatis », etc., et quae sequuntur.

Pag. 114 B [l. III, c. XVIII, supra, p. 476-478]. Non satis explicatur initium collegii ingolstadiensis, *quod post annos tres aut quatuor, petente Alberto*¹⁶, *esse coepit*. Missi quidem illuc *primum* fuere tres e nostris, qui nominantur¹⁷; sed qui omnes revocati fuere, ut per illos nullum fuerit initium collegii constitutum. Quare in fine capitis ego sic legerem: Hi ad tempus Ingolsta-

88 E nostris *corr. ex primos e nostris* || 89 *designavit corr. ex auctor fuit* || 90 fructibus *ms.* | *agitati sunt corr. ex exponi coeperunt* || 91 *multiplex sup. lín.* || 92 *ubi corr. ex ac* || 94 *generatim corr. ex tum in genere* || 95 *post iam del. pro* || 96 *acceptis sup. lín.* || 100-1 *cum — pateretur add. manu Can.* || 5 *eum corr. ex autem | post non del. ex* || 6 *ad — eximendum add. manu Can.* || 11-12 *quod post — esse coepit marg.* || 13 *primum sup. lín.*

¹³ Cf. Act. 5, 41.

¹⁴ Ribadeneyra de Beato Fabro multa addidit in altera editione quae sine dubio e « notis » canisianis excepit, saepe enim fere ad verbum eius dicta in *Vita* transcribit. Vide supra, p. 418-420.

¹⁵ Re quidem vera, Iacobus de Gouveia Lutetiae, ubi munere Principis in collegio Sanctae Barbarae fungebatur, egit de sociis in Indiam mittendis. Vide FN I 228⁶⁴; *Doc. Indica*, I 748-751. 758.

¹⁶ Albertus V, Bavariae dux.

¹⁷ Alfonsus Salmerón, Petrus Canisius, Claudius Iaius.

¹⁸ Rib. nonnulla addidit in 2^a editione. Vide supra, p. 470. De col. ingolstadiensi v. FN I 294-295; II 50 217; III 256 295. Hoc collegium inauguratum est a. 1556 mense novembri. *Chron.* VI 408; *DURR*, I 56.

dii partim in schola theologiam sunt publice professi, partim in templo concionati, ut et principis et academiae multorumque animos ad initium collegii constituendum, quod postea sub Alberto principe consecutum est, magnopere sibi devincirent. Et
 20 Claudius quidem inde Viennam, ut postea dicemus, a rege Ferdinando postulatus, discessit.¹⁸

Pag. 139. [l. IV, c. V, supra, p. 628]. Plura hic possent adiungi de principio collegii viennensis. Claudius Iaius Viennam venit ab Ingolstadio revocatus et a Ferdinando rege postulatus.
 25 Missi praeterea ex Urbe D. Nicolaus Lanoyus, Ioannes Victoria pluresque alii; praeterea, ex Ingolstadio vocati, accesserunt D. Petrus Canisius et D. Nicolaus Goudanus, qui simul et in schola theologiam professi, et postea populo Viennae sunt concionati. Magnam huic collegio fundando dederunt operam Urbanus, episcopus labacensis¹⁹, et D. Ionas, vicecancellarius²⁰, ut qui apud
 30 Regem Romanorum tunc valerent plurimum, et qui de nostris bene mereri studuerunt. Primum collegii habitatio nostris apud dominicanos, postea vero in carmelitarum monasterio contigit, sicut recte docetur eadem pagina²¹.

35 Sed plura dici possent de P. Claudio, quemadmodum obiter subiiciam. Is primum in germanicis comitiis bonam et utilem saepe Ecclesiae operam navavit, et apud magnates quidem valuit plurimum, multisque annis Otthonem cardinalem et episcopum augustanum est comitatus. Is WORMATIAE coram Rege Romano-
 40 rum, cum frequens esset conventus imperii, magna cum laude fuit italice concionatus. Is Ratisponae cum archiepiscopo armacano²², caeco, sacras litteras professus est; et hinc ab haereticis iussus civitatem exire. Is praeclare se gessit in synodo tridentina, perquam familiaris tum Christophoro, cardinali tridentino²³, tum
 45 aliis multis episcopis atque magnatibus; [52v] sicut etiam in Germania, ob raram modestiam et singularem pietatem, magnam sibi gratiam comparavit apud Ferdinandum regem et utrumque Bavariae ducem, Guilielmum et Albertum, [et] Mauritium, episcopum eistetensem²⁴. Is denique, tertiana febre correptus, cum
 50 de morte imminente suos praemonuisset, Viennae diem clausit

17 post academiae del. animos || 18-19 sub-principe sup. lín. || 42 post caeco del. qui || 43 post synodo del. florentina || 49 corr. a Can. ex Eichtetensem

19 Urbanus Textor (Weber), episcopus labacensis (Laibach, Ljubljana).

20 Iacobus Ionas, consilii aulici Ferdinandi I vicecancellarius.

21 Nihil mutavit Rib. de initiis collegii viennensis, quod collegium apertum est a. 1553 ineunte. *Quadrimestres*, II 113-114 249; *Chron.* III 242.

22 Robertus Vauchop, sive Wauchop, archiepiscopus armachanus (Armagh).

23 Christophorus Madruzzo.

24 Mauritius Hutten, episcopus eystettensis (Eichstätt).

extremum ipso dominicae Transfigurationis die²⁵, et magnum certe sui desiderium tum regi, tum bonis omnibus reliquit, quod omnium fere animos sibi conciliatos haberet.²⁶

141 B [l. IV, c. VI, supra, p. 634, lin. 65]. Mortuo tamen Iulio tertio. Ambiguus videtur sensus, cum bellum ad Paulum quartum sit referendum, nec opus sit hic Iulii tertii meminisse, nisi fortassis ad odium Pauli pontificis imminuendum. 55

Pag. 155 [l. IV, c. XI, supra, p. 674, lin. 37]. Nam recenti negotio etc. Clarius hunc sensum exprimi posse puto aliis verbis.

Pag. 164 B [l. IV, c. XV, supra, p. 706]. Hic optarim adiungi plura de initio collegii pragensis, ad quod, *cum primum ego necessaria praeparassem*, ex Urbe primi missi fuere: rector Ursmarus, D. Henricus Blissemius et alii²⁷, quibus habitatio contigit in monasterio divi Clementis, *ultra* cedentibus iuri et monasterio suo dominicanis, *et in aliud pragense monasterium immigrantibus*. Ex quo collegio magnus deinde fructus est consequutus. 60 65

Pag. 166 [l. IV, c. XVI, supra, p. 710, lin. 37]: diligenter, sancteque coluerit. Non decet fortasse hoc Ignatio tribui, ne praeter morem modestiae se ipsum commendare videatur. 70

Fol. 199 B [l. V, c. X, supra, p. 856, lin. 27] redundare potest, utilitatem. Sic ego legerem, et non « utilitas ».

Postremo meliorem distinctionem in toto fere opere desiderarem. Nec attingo minutula quaedam, quae fortasse eleganter, sed parum usitate dicuntur, ut: hilare, pro hilariter; dissipant, pro spargunt; et quae sunt eius generis plura. In quibus mihi nolo sumere iudicium, sed libenter cedo doctiori. 75

Haec e multis obiter excerpisse sit satis. Quem laborem, ut lector boni consulat, precor. Alii proculdubio alia, et fortasse maiora, in censendo adferent. Opus per se commendari satis *non* posse videtur; quod utinam ad hoc usque tempus producat, ut sic nostrae Societatis hystoriam integre conscriptam habeamus. Deo sit omnis gloria. 80

[*Manu Patris Sanvitores.*] Estas notas embió el V. P. Ca-

²⁵ Die 6 augusti 1552.

²⁶ De Claudio Iaio nonnulla addidit Rib. in 2^a editione. Vide p. 628. De hoc egregio viro aliud elogium, a Canisio scriptum, vide apud BRAUNSBERGER, I 405-413.

²⁷ Anno 1556, die 14 februarii, accepta Pauli IV benedictione, 12 socii Roma profecti sunt ad fundadum collegium pragense. FN I 60^a. Eorum nomina dantur in MI *Epp.* X 683-684. Rector mittebatur Ursmarus Goyssonius, « in artibus magister et diu in theologia versatus ». Ibid. Henricus Blissemius, « in sacra theologia doctor et in ea professor publicus futurus ». Canisius Pragam se contulit mense aprili. BRAUNSBERGER, I 608 ss.; DUHR, I 77.

85 nisio al P. Ribadeneira, y están emendadas en las márgenes de su misma letra del P. Canisio, como consta por una carta, firmada de mano del mismo P. Pedro Canisio, que vi y tube del P. Pedro Vivero, rector del colegio de Madrid. Aplícase al archivo de Alcalá²⁸.

80 [Obsignatio autographa] † Diego Luis S. Vitores †

5

CENSURA PATRIS PETRI PAULI FERRER
IN PETRI RIBADENERII LIBROS DE VITA P. IGNATII

Praefatio

I. - MON. ineditum.

II. - TEXTUS: 1 (A) ARSI, *Epp. NN.* 79, ff. 60-61v.

2 (B) Ibid. ff. 62-64v.

Uterque textus est apographus, a diversis librariis exaratus. Prior habet ad calcem notationes hispanica lingua conscriptas, quibus alter caret. In reliquis fere ad litteram inter se conveniunt. In fol. 64v adest haec nota, ab antiqua manu exarata: «P. Ferrerii in Petri Ribadenerii libros de Vita P. Ignatii». Inde eruimus, saltem aliquo modo, quisnam fuerit huius censurae auctor. De quo nonnulla addenda sunt.

III. - AUCTOR: De quo Ferrerio agatur accuratius investigandum est. Auctor certe hispanus fuit, nam censura ad calcem nonnulla hispanica habet, prout diximus. Videtur etiam in Lusitania eum vivere dum scribebat, tum quia accuratam postulat scribendi rationem earum urbium quae sub ditione lusitana erant, tum quia in notatione quadam ad lib. quartum, caput nonum, adducit auctoritatem geographorum lusitanorum. Auctor est vir geographiae peritus. Iam haec omnia inveniuntur in patre Petro Paulo Ferrer; unde probabili saltem coniectura eum hanc censuram scripsisse affirmare possumus.

